β quam ob causam (ob q. c. *l. 32. 38. 40*, quas ob c. *l. 30*, *?* ecquam ob c. *l. 31*): CIC. S. Rosc. 61 ratio . . . reddita non est, q. ob c. patrem filius occiderit. 120 quaero abs te, q. ob c. recusaris (leg. agr. 2, 17 LIV. 42, 40, 10. *cf.* HIER. epist. 21, 2, 1 inquirere. VVLG. Dan. 2, 15 interrogavit . . ., q. ob c. [act. 10, 29]). Verr. II 3, 64 videtis, q. ob c. *eqs.* (AVG. civ. 5, 12 p. 211, 12 D.). de orat. 1, 26 de temporibus deque universa re publica, q. ob c. venerant, multum . . . collocuti sunt. fin. 5, 24 intellegere, q. ob c. *eqs.* Att. 3, 8, 1 scripseram ad te, quas ob c. . . . non essemus profecti (11, 13, 2 perscribit). 9, 13, 3 nec q. (*Sjögren*, ecquam *Bosius al.*, et quam *trad.*) ob c. plane scio ([nescio *Bosius*]. LIV. 41, 24, 5 nec ob q. c. nec quem ad modum perierit . . . scimus. QVEROL. p. 8, 2 R. scin tu, q. ob c. . . .?). SALL. hist. frg. 3, 73 incertum, q. ob c. (LIV. 38, 28, 7 cum . . . civitas, i. q. ob c., . . . desciverunt [*sic in parenthesi etiam*: CVRT. 6, 7, 18. 9, 7, 8]. *cf.* MELA 1, 71 ignotum, q. ob c.). CVRT. 6, 7, 29 haud ignarus, q. ob c. *eqs.* VLP. dig. 38, 1, 7, 1 parvi . . . referre, q. ob c. (*cf.* COD. Iust. 4, 28, 7, 1 nulla differentia introducenda, ob q. c. *eqs.*). AMM. 14, 10, 4 monstraret (AVG. civ. 1, 36 p. 52, 12 D. *cf.* 4, 2 p. 148, 13 demonstraturum). 14, 11, 21 docere. 26, 1, 1. 27, 5, 1. 28, 4, 14. VVLG. Luc. 8, 47 ob q. c. (*gr.* δι' ἣν αἰτίαν).

b *usu libero*: CIC. har. resp. 21 audio, quibus dis violatis expiatio debeatur, sed hominum quae ob delicta quaero (TAC. ann. 5, 9, 1 ut . . . interrogaret, quod ob d. et quo traheretur). SALL. or. Macri 1 docendi . . ., quas ob iniurias et quotiens . . . plebes secessisset. LIV. 21, 20, 5 neque . . . meritum esse neque . . . iniuriam, ob quae . . . sumant arma (SEN. benef. 7, 26, 4. PLIN. epist. 9, 31, 2 *v. p. 30, 40. aliter p. 28, 36*). 24, 47, 5 percunctantibus . . ., quid sibi vellent . . ., quam ob noxam... aut quod meritum *eqs.* 36, 9, 1 quaerentes, quod ob factum dictumve . . . bello lacesseret eos. APVL. apol. 90 respondeat . . ., ob quod emolumentum *eqs.* TERT. castit. 13 l. 34 vivendo serves id, ⟨o⟩b quod emori malis (CASSIAN. inst. 2, 16 [ob hoc q. *H*]. *aliter p. 28, 42*). HIER. epist. 21, 2, 1 ita . . . facere *sc. inquirere* debemus, quare . . . et ob quam interrogationem *eqs.*

III *stilistica quaedam* (*ad I et II*): **A** *pro causa sunt animantia* (*fere ad II. v. etiam p. 33, 8. 44*): TER. Andr. 870 tantum laborem capere ob talem filium (EVSEB. EMES. mart. 4 p. 266, 13 ut ob filios non dolerent). Phorm. 370 numquam tam gravis ob hanc *Phanium* inimicitias caperem in vestram familiam. HOR. ars 220 certavit ob hircum. LIV. 5, 4, 11 urbs oppugnata est ob unam mulierem (TERT. virg. vel. 5, 10). FRONTIN. strat. 2, 5, 4 ob ingentem *Hasdrubalis* . . . exercitum et CXXX elephantos intentior *erat L. Metellus*. TAC. ann. 1, 44, 4 *v. infra p. 33, 56*. 1, 61, 1 permoto . . . exercitu ob propinquos amicos. TERT. carn. 21 l. 44 ob quam *Mariam eqs.* (*c. pron. relat. etiam*: HIL. in psalm. 51, 2 in eo . . ., ob quem omnia sunt. 134, 25 ob quem *populum* [VVLG. IV Esdr. 8, 15 doleo]. 141, 4 ob quos . . . homo erat natus *deus*). adv. Marc. 1, 23 p. 322, 25 ob . . . deum . . . operatur (EVSEB. EMES. serm. 2, 44 p. 77, 5 ob d. . . . et Christum . . . vigilemus ad ecclesiam. SALV. eccl. 3, 44 ob d. donantes omnia sua). 3, 24 p. 422, 1 ob . . . ingratos. *al.* Ps. CYPR. aleat. 1 p. 92, 19 nobis ob universam fraternitatem cura est. SPART. Hadr. 12, 1 nata est *seditio* ob Apidem, qui *eqs.* HIER. in Philem. 1, 8 p. 755 tanta ob Christum opera perpetrarat. COD. Theod. 3, 6, 1, 2 (= Iust. 5, 2, 1, 2) ob eas personas, de quibus . . ., fuerat obligatum *matrimonium* (COD. Iust. 3, 19, 1 [*a. 293*] ob auctoris personam. 11, 36, 4). EVSEB. EMES. serm. 3, 35 iudicatur iudex ob condemnatum. *al.*

B *ad subst. accedunt participia* (*ad I et II*): **1** *perf.* (*exempla selecta*): **a** *de compensatione* (*v. etiam formulas* ob rem gestam *p. 15, 84*, ob cives servatos *p. 16, 14*): CIC. Lael. 25 qui ob eam *amicitiam* . . . servatam maxumam gloriam ceperit. VARRO ling. 5, 178 'praemium' a praeda, quod ob recte quid factum concessum (LIV. 4, 43, 2 ob . . . levatam ignominiam). LIV. 9, 38, 14 cum ob animum egregie victum . . . gratias agerent (APVL. flor. 16 p. 70 ob decretam . . . statuam. TREB. trig. tyr. 10, 9 ob redditum Illyricum.

[Sz.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

cf. APVL. apol. 85 gratias ... rependis ob datam vitam *eqs.*). VAL. MAX. 2, 8, 5 ob reciperatas Hispanias ... ob captas Syracusas. TAC. ann. 2, 41, 1 ob recepta signa ... dicantur *arcus et aedes*. SVET. Vit. 10, 1 exposcentium praemium ob editam ... operam (MARCIAN. dig. 40, 8, 5 ob necem detectam). APVL. apol. 96 ob ... ortas simultates ... satisfecit. CAPITOL. Aur. 7, 9 vicena milia ... ob participatum imperium ... promiserunt. AMM. 30, 4, 5 ob defensum negotium ... accepisse mercedem (SERV. auct. Aen. 5, 30 ob fabricatos muros). *c. subst. personae*: LIV. 45, 16, 8 dona ... ob devictum Antiochum ... data. FEST. p. 371 quae *victima* ob hostis victos immoletur. TAC. ann. 3, 11, 1 ob receptum Maroboduum et res ... gestas.

b *de causa*: CIC. phil. frg. V 95 ob aliqua scelera suscepta. LIV. 1, 45, 3 ob rem ... infeliciter temptatam. 2, 17, 7. 4, 32, 7. 6, 27, 8. 9, 45, 8. 10, 36, 19 ob amissa tot milia militum et quod *eqs.* (35, 31, 14 cum ob ..., tum q.). 23, 20, 4. 31, 6, 1 ob iniurias armaque inlata (TAC. ann. 3, 14, 3 ob bellum ... inlatum). VELL. 2, 33, 4 SEN. nat. 2, 32, 5 FRONTIN. aq. 5 TAC. ann. 1, 3, 6. 2, 60, 1. 3, 36, 3 SVET. Aug. 16, 1. *al.* DECL. in Catil. 117 *bis*. AMPEL. 7, 2. VLP. dig. 3, 3, 15 pr. ob rem non defensam (*al.*). 17, 2, 52, 16 ob iniuriam ... factam (*al.*). 46, 4, 20 ob rem iudicatam (*al.*). APVL. met. 10, 5, 5 TREB. trig. tyr. 22, 2. *al.* *c. vocibus affectuum*: SALL. Iug. 79, 7 ob rem conruptam ... poenas metuunt (*cf.* APVL. met. 9, 41, 2 sacramenti genium ob amissam spatham verebatur). VERG. Aen. 2, 571 infestos eversa ob Pergama Teucros (28, 37, 2 CAPITOL. Pert. 3, 10). 5, 283 servatam ob navem laetus. LIV. 2, 19, 10 ira ob erepta bona patriamque ademptam (42, 28, 12. *cf.* LACT. inst. 1, 9, 10 iratus ... ob negatam sibi ... mercedem. AMM. 31, 6, 2 suscensebat ... ob rem suam ... vastatam). 4, 1, 4. 9, 14, 13 infensos ob interpellatam dulcedinem irae (31, 1, 10 SIL. 9, 24). ASCON. Scaur. p. 24, 24 cum ob ... negatam civitatem nobilitas in invidia esset. *de causis punientium* (*cf. etiam l. 21*): LIV. 38, 35, 5 frumentarios ob annonam compressam damnarunt (TAC. ann. 13, 30, 1 ob Sardiniam provinciam avare habitam. 16, 21, 2). VAL. MAX. 6, 1, 9 ob turpiter ictum foedus deditus fuerat. SVET. Cal. 32, 2 TERT. apol. 6, 4. *al.* *de causis iudicantium, accusantium sim.*: LIV. 8, 33, 17 anquisitum ob rem ..., male gestam. VELL. 2, 45, 1 incesti reus ob initum ... adulterium (VAL. MAX. 7, 2, 6 ob nimis aspere actam censuram). TAC. ann. 4, 42, 2 postulato Votieno ob contumelias in Caesarem dictas. FLOR. epit. 4, 2, 9 ob inminutum ... triumphum ... detrectare. SCAEV. dig. 46, 7, 21 si ... ob rem non defensam conventus sit (*al.*). VLP. dig. 46, 1, 33 ob rem non defensam agere (*al. cf.* PAVL. dig. 47, 2, 86 actionem [*al.*]). PAPIN. dig. 20, 6, 1, 2 ob rem iudicatam ... non tenebuntur (*al.*). COD. Iust. 2, 11, 9 (*a. 208*) infamia ob defensa negotia publica. 9, 9, 23 pr. (*a. 290*) ob violatum contubernium adulterii accusare. *c. subst. animantium*: LIV. 9, 38, 8 ob amissos quosdam equestris ordinis *eqs.* (26, 2, 7 ob exercitum ... a. TAC. ann. 1, 50, 1 iustitio ob a. Augustum. AMM. 29, 4, 7 ob cervum a. ... increpans). FEST. p. 310 suillum genus invisum Veneri ... ob interfectum ab apro Adonim. PAVL. FEST. p. 108 aes abnegabant ob equum male curatum. TAC. ann. 12, 9, 2 eorum, quis ob accusatam Messalinam ultio ex filio timebatur. SVET. Iul. 48 ob adulteratam ... uxorem. Dom. 8, 3. ARGVM. Plaut. Asin. 6 amens ob praereptam mulierem. VLP. dig. 9, 2, 27, 34 agendum ... ob mulum ruptum vel debilitatum. AVIEN. Arat. 584 ob formidatum ... Oriona. AMM. 20, 8, 20 (*v. app. crit.*).

2 *praes.*: MELA 2, 15 ob excedentia ripas suas ... flumina ... fertiles *terrae*. TAC. ann. 1, 44, 4 specie defendendae provinciae ob imminentis Suebos, ceterum ut *eqs.* FLORENT. dig. 23, 4, 24 ob unum vel plures liberos intervenientes. HIL. myst. 1, 13, 3 ob imminens iudicium.

CAPVT TERTIVM: *de rectione recentiore.*

I *c. abl.*: **A** *sing.* (*propter debilitatem* m *finalis fidemque codicum incertam genuina a minus certis vix possunt distingui*): **1** *exempla varia: in codd.*: ITALA Rom. 5, 17 (cod. r^3 = nr. 64; ob *add. Souter* Pelag. *in l.* p. 47, 21) si ... ob unius delicto regnat mors *eqs.* (*gr.* τῷ τοῦ ἑνὸς παραπτώματι, *Vulg.* unius delicto). FVLG. myth. 1, 4 tridentem ... ob hac re (*sic R, var. ll.* hanc re, hoc re, hanc rem) ferre pingitur *Neptunus*, quod *eqs.* (1, 14 ob h. re [*v. app. crit.*] ..., quia *eqs.* 2, 5 ob h. re [*v. app. crit.*] ..., quod *eqs.* 2, 7. *cf.* CASSIOD. hist. 6, 46, 7 ob hac ... causa [hanc ... causam *edd.*]). PS. ARNOB. in Matth. p. 140, 11 ob nomine Christi occiduntur (GREG. TVR. Andr. 1 p. 828, 3. 23 p. 839, 21). SVLP. SEV. chron. 1, 53, 1 (*P*) ob impietate. MARCELL. chron. II p. 99, 516, 3 ob metu ... militis. IORD. Get. 24 ob nimia proceritate (*var. l.* -am -em). 141 ob incursione (*var. l.* -em) Vandalorum. 146 ob audacia (*var. l.* -am) virtutis. GREG. TVR. Franc. 1, 19 p. 17, 6 ob zelo (*var. l.* -um) regni sui ... infantes interimit *Herodes*. 1, 24 p. 19, 9 ob suae malitiae scelere, hoc est pro nece, quam *eqs.* 2, 37 p. 86, 19 ob dei timore (*var. l.* -em). *in titulis*: CIL I^2 1296 ob fidelitate. FAST. mag. Ost. a. 146 (Inscr. Ital. XIII 1 p. 207) ob dedicatione (a. 152 [*ibid.*] ob d. basilicae. CIL VI 85, 7. IX 4215 [*a. 338*] ob cuius d. [4970 *a. 173. al.*]. X 109, 4 ob d. eius [XIV 8, 6]. X 5923 ob quarum d. XI 5939, 3 ob d. earum). CIL III 1193 (*a. 191*) cui ob virtute sua ... coronam ... dederunt. 3173 nepoti ... ob pietate posuit (6191. 7954 VIII 9084 XIII 7292 [= 11941]. 7516^a). 3431 ob salute (XIII 6415 ob s. sua. *v. etiam l. 10*). 3553 ob memoria (VIII 3716. 10839. XIII 2958). 7576 ob ⟨d⟩ie rosaliorum. 8088 ob instantia aqu(a)educt(us). VI 17330 ob praecepto. VII 496 ob reditu. VIII 4196 ob honore (XI 1441 XIV 62. 352^b INSCR. Afr. Gsell I 2092 [*saec. III ineuntis*]). 11344 ob innocente actu. IX 4206 ob perpetuo et simplicissimo eius erga se amore (X 5336 ob tanto a. XIV 2934, 12 ob nimio a. *v. etiam l. 13*). X 6586 ob munificentia (INSCR. Afr. Cagnat-M.-Ch. 309). XIV 2934, 9 ob eadem contemplatione. CE 1788, 3 ob sorte e⟨t⟩ fortuna improba. PAP. Tjäder 26, 8 ob repetitione. *al.* *iuxta acc.*: ACT. ARV. a 213, 23 ob salute victoriamque Germanicam. IORD. Get. 19 ob nimium frigore (*sic HPV*, -em *L*, frigus *alii*). 160 ob generis nobilitatem formeque pulchritudine et integritate (*var. l.* -em et -em) castitatis. INSCR. Bull. d'arch. et d'hist. dalmate LIII 1950/51, 227 ob amore patriae ... ob merita sua. *de* obmerito *v. p. 118, 38*. **2** *contaminationes esse vid.*: ob eo quod (*ex* ob id quod [*v. p. 29, 19*] *et* eo quod. *v. etiam p. 29, 28*): CONC.^{S} II 3, 1 p. 218, 27 subscripsi per nepotem ... ob eo q. (*om. M*) litteras ignorem (*gr. I 1, 7 p. 103, 5 διὰ τὸ μὴ εἰδέναι κτλ.*). p. 221, 1 (*gr. ibid. p. 104, 28 ut supra*). II 3, 2 p. 29, 4 (*gr. ibid. p. 16, 13 ut supra*). p. 34, 19 (*var. l.* pro *ut* p. 61, 23). p. 55, 11 (*var. l.* ab). ob qua re (*ex* quam ob rem *vel* ob quam rem [*v. p. 23, 65. 24, 81*] *et* quare. *cf.* ob hac re *p. 33, 67*): VISIO Pauli 29 rec. P p. 26, 28 J. dixi: ob q. re (obquare *ed.*) ... unus alium praecedit in gloriam *eqs.*

B *plur.* (*vix dat.*): SACR. Gelas. 3, 49 p. 262 quam *oblationem* ... offert ob (de *Gerbert*) iustis eleemosynis suis. RVSTIC. Conc.^{S} I 4 p. 243, 26 quicumque ... ob incongruis factis ab ... conventu deiecti sunt (*gr. I 1, 3 p. 28, 11 ἐπί*). VITAE patr. Iurens. 2, 10 p. 149, 14 ob (*var. l.* ab) tuis ... peccatis. THEOD. MOPS. in I Thess. 2, 19/20 p. 17, 3 ob (*sic CH, alii* ab) illis laboribus, quos ..., mercedem ... exspectamus. in Gal. 3, 3 p. 37, 21 ob magnis ... promissionibus (*sic CH, alii c. acc.*). CIL VI 68 votum solvit ... ob luminibus restitutis. 31955 ob eius erga se adfectib(us). X 5200 ob his omnibus laboribus. INSCR. Année épigr. 1909, 153 ob honoribus. *imprimis in formula* ob meritis (*cf. p. 13, 41. 16, 18*): CIL II 497. III 9507 ob m. et fide(l)itatem totiusque sanctitatem. VI 19419. 23712. 36076 VIII 4380. 10917. 12637. 12657 uxori carissimae et ob m., quod *eqs.* 20465. 20717. 21038. 21047. 21068. 21345^a X 683. 1750. *al.*

II *c. gen.*: ACT. Arv. a. 57, 14 ob tribuniciae potestat(is). CIL III 4314 ob memoriae (*vix dat.*) defun(c)t⟨e⟩ (5846 ob m. Pusinti et Victorinae. VIII 9072 ob m. Rutiliae Ianuariae. INSCR. RevA. VI 2, 1933 p. 382 n. 36). 11697 ob peregrinationis exped(i)tionum. XI 4580 ob insignis venationis ab eo edita⟨e⟩. *per contaminationem c.* causa *c. gen.*: ACT. Arv. a. 81 I 39 ob votorum ⟨co⟩mmendandorum c. a. 118 I 41 ob arb⟨orum caeden⟩darum c. GREG. TVR. Franc. 3, 13 p. 109, 3 ob illius c. glor. mart. 25 p. 503, 10 ob furti c. CIL XII 2819 ob pietatis c.

? **III** *c. dat.* (*cf. l. 23. 38*): ACT. Arv. a. 184 III 23 piaculum factum ob ferri elationi scriptur⟨ae et scalpturae magisteri pe⟩racti (*at* a. 220, 15 ob ferri elationem).

compos.: v. sub ob-, occ-, off-, opp- *passim. cf.* opter. *Sz.*

obacerbat exacerbat PAVL. FEST. p. 187. *ab* ob *et* acerbare.

obacero, āre. *ab* ob *et* acer (*adi.*), *vix conferendum c.* acus (-eris) *et* aceratus. PAVL. FEST. p. 187 -are obloqui atque alterius sermonem moleste impedire; quod sumptum videtur a paleis, quas Graeci ἄχυρα (chira *trad.*) vocant *eqs.*

obaemulor, -ātus sum, -ārī. *ab* ob *et* aemulari. *i. q. in aemulationem adducere*: ITALA deut. 32, 21 (Tert. adv. Marc. 4, 31 p. 528, 14 *et* 16) illi -ti sunt me in non deo ... et ego (*sc. deus*) -bor eos in non natione (*gr.* παρεζήλωσαν ... παραζηλώσω, *Vulg.* provocaverunt ... provocabo, *Ambr. in psalm. 36, 6, 2* excitaverunt me in aemulationem *eqs.*).

? **obaequālitās** *legit Hildebrand cum codd. det. apud* APVL. Plat. 1, 17 (simulabo aequalitas *sim. cett.*). *si recte, conferas fortasse* coaequalis *et* adaequare.

obaerārius, -a, -um. *ab* ob aes, *cf.* aerarius *et* obaeratus. GLOSS. V 630, 15 ob aes obligatus. *i. q. obaeratus* (*ad rem v. Blümner, Privatalt. 552*): VARRO rust. 1, 17, 2 quos -os (*def. Goetz, IF 31, 1912, 298*; obaeratos *edd. vet.*) nostri vocitarunt.

ὑπαργύρευσις: obaeratus, **obaerātio** GLOSS. II 463, 25. *ab* obaeratus (-are).

1. obaerātus, -a, -um *et* obaero, -āre (*l. 76*). *ab* ob aes, *cf.* obnoxius *et* aeratus. *de deriv.*: VARRO ling. 7, 105 ab aere -us (*explicatur* nexus). *scribitur* ab- SEN. benef. 6, 41, 2 *cod. N* (*s. VIII/IX*), -er(r)- *e. g.* PLIN. nat. 34, 1 (*var. l.*). GLOSS. Suet. Iul. 27. *compar.* -ior TAC. *p. 35, 7*. GLOSS. -us: argento privatus. ut plus dicat(ur) quam quod habet (debet *Lindsay in indice Gloss. I ed. Goetz*). subaeratus (-terr- *trad.*). quasi circumfusus pecunia. subarratus vel circumfusus pecunia. obaero: ὑπαργυρεύω. ὑπαργυρεύομαι. *v. et p. 35, 1*. [*e coni. falsa l. 66; falsa var. l. p. 36, 5.*]

i. q. aere alieno obligatus (*in imag. p. 35, 4. 6. 9; ad rem cf. Gummerus, Der röm. Gutsbetr. 62*): **1** *m. plur. pro subst.*: CIC. rep. 2, 38 cum ... -os ... liberavisset. CAES. Gall. 1, 4, 2 omnes clientes -osque suos (TAC. ann. 3, 42, 2 vulgus -orum aut c.). LIV. 26, 40, 17 exules, -i, capitalia ausi. PLIN. nat. 34, 1 hinc (*i. ex aeris pretio*) ... aerarium, -i, aere diruti. TAC. ann. 3, 60, 1 eodem subsidio (*i. templo*) -i adversum creditores ... receptabantur. SVET. Iul. 27, 2 reorum aut

[W.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

-orum ... subsidium (GLOSS. Suet.: alienum aes debentium). DON. Ter. Phorm. 334, 2 quo *iure* -i, cum solvendo non essent, ipsi manu capiebantur. 334, 3 quod -is inimicum ...: duci ab aliquo domum. AMBR. in psalm. 118 serm. 14, 41, 1 *hereditas peccati* -os faenore delictorum adiudicavit inimico. 2 *adi.* (*dub. in usu praedic. l. 6. 8*): LIV. 6, 27, 6 -am plebem obiectari ... hostibus. SEN. benef. 6, 41, 2 -um se iudicare (*sc. beneficiis*). TAC. ann. 6, 17, 3 quanto quis -ior. SVET. Iul. 46 *Caesarem* villam ... totam diruisse, quamquam tenuem adhuc et -um. AMBR. epist. 41, 7 quod *fenus* -us auctor (*i. Adam*) ad posteros ... transmiserat (*antea*: obnoxiae hereditatis).

deriv.: obaeratio, obaeratus (-ūs).

2. obaerātus (-ūs) *v. p. 34, 67.*

obagito, -āre (-igit-*? l. 14*). *ab* ob *et* agitare. FEST. p. 189 -igitat antiqui dicebant pro ante agitat, ut obambulare. *i. q. adversando agitare* (*desideratur obi.*): ENN. sat. 5 restitant, occurrunt, obstant, obstringillant, -ant (*scrib.* ov-; [ob]agitant⟨ve⟩ *Bolisani hexametrum instituens*).

obambulātio, -ōnis *f. ab* obambulare. *i. q. actio obambulandi* (*vel turba obambulantium*): RHET. Her. 3, 19, 31 quod frequentia et -o hominum conturbat ... imaginum notas, solitudo conservat integras ... figuras.

obambulo, -āvī, -ātum (*sup. l. 30*), -āre. *ab* ob *et* ambulare. NOT. Tir. 90, 34 -at. FEST. p. 189 (*v. l. 14*). PAVL. FEST. p. 187 -are adversum alios ambulare et quasi ambulanti se obponere. GLOSS. περιοδεύω. περιέρχομαι. *inde a* PLAVTO. [*confunditur in codd. c.* ambulare *e. g. l. 37. 50; e coni. non necess.* PLAVT. Men. 276 *Ritschl hiatus delendi causa.*]

1 *intransitive (vel absol.) fere i. q. ambulando obversari* (*de animantibus praeter l. 40*): **a** *de circumeuntibus*: *α absol.* (*c. adv. l. 32*): PLAVT. Trin. 315 neu noctu irem -tum. OV. trist. 2, 459 cum solus -et. LIV. 27, 42, 12 paucos ... qui ... -verant (*in castris*). PLIN. nat. 35, 116 varias ibi -antium species. QVINT. inst. 11, 3, 121 -are sermone imperfecto (*inter gestus vitiosos*). FRONTIN. strat. 3, 2, 1 morem ... -andi (*antea*: circumire). SVET. Tib. 25, 3 dextram ... -antis ... continuit. APVL. flor. 9 p. 30 mendicabula -ant. ITALA iud. 11, 3 (Aug. quaest. hept. 7, 49 p. 494, 16) colligebantur ad eum viri latrones et -bant (amb- *var. l.*) cum ipso (*gr. συνεξεπορεύοντο, Vulg.* sequebantur, *Lugd.* conversabantur). AMM. 30, 8, 8 post pugnam ... licenter -ans. PRVD. perist. 5, 324 -antem pangere *martyrem*. *de oratione*: AVG. soliloq. 2, 14, 25 quasi ad insidiandum (*cf. l. 48*) -vit oratio (*antea*: circuitu ... usi sumus). *β accedunt praepos.*: PLAVT. Capt. 491 parasiti frustra -bant in foro (OV. met. 2, 851 *taurus* in teneris ... -at herbis). Poen. 19 neu dissignator praeter os *spectatorum* -et. LIV. 25, 39, 8 milites ... -antes ante vallum. SYMM. epist. 6, 67, 2 residens aut -ans inter pensa ... puellarum *filia erilis* (PRVD. cath. 2, 159 lupus i. oves). VEN. FORT. carm. 7, 4, 7 super ... Mosellae -at amnem. *γ accedit dat. vel abl.*: VERG. georg. 3, 538 nec gregibus nocturnus -at *lupus* (SERV.: insidiatur [*cf. l. 40*]; *adde explic. ad Aen. 11, 767* circuitum). LIV. 36, 34, 4 muris. SVET. Tib. 11, 1 gymnasio (gymnasium *var. l.*) interdum -ans (amb- *var. l.*). SERV. auct. Aen. 4, 56 (= MACR. Sat. 3, 4, 5) quid ... est 'spatiatur' quam 'spatio lati loci (itineris *Macr.*) -at'? GREG. M. dial. 2, 14 p. 101, 15 M. ut ... eius lateri -rent *comites*.

b *de obsistentibus*: ITALA I Macc. 13, 20 (cod. L) Simon et castra eius -bant in omnem locum, quocumque ibat *hostis* (*gr. ἀντιπαρῆγεν*, ambulabant *Vulg.*, perambulabant *G*, praecedebat *B*).

2 *transitive i. q. (obversando) perambulare*: OV. met. 14, 188 gemebundus -at Aetnam *Polyphemus*. PRVD. c. Symm. 2 praef. 20 Christum ... calcantem ... mare, ac si per solidam viam siccum litus -et. SEDVL. op. pasch. 3, 6 p. 235, 6 litoreas ... oras -ans. BOETH. cons. 4 carm. 3, 16 *comes Vlixis transformatus* tigris ut Indica tecta ... -at. IORD. Get. 212 *Attila* velut leo ... speluncae aditus -ans. *cf. l. 49.*

deriv.: obambulatio.

[obānellātus *pro* sub- ITIN. Anton. Plac. rec. A 23 *cod. G.*]

obāns *v.* ovans (ovo).

obarātor, -ōris *m. ab* ob *et* arare, *cf.* arator, obarare. *i. qui (ob)arat*: FAB. PICT. Serv. auct. georg. 1, 21 (*enumeratur inter numina rustica*).

obarbo *v.* oburvo (-as).

obārdēsco, -ārsī, -ere. *ab* ob *et* ardescere, *cf.* inardescere. *i. q. ardentem occurrere*: STAT. Theb. 9, 856 torva clipei metuendus -sit luce Dryas.

obārēsco, -ere. *ab* ob *et* arescere, *cf.* inarescere. *i. q. aridum fieri, arere occipere*: LACT. opif. 10, 3 membrana *oculi* ..., quam siccari et -ere non oportet.

obarmo, -āvī, -ātum, -āre. *ab* ob *et* armare. *i. q. armis offirmare, instruere, armare* (*in imag. l. 80*): HOR. carm. 4, 4, 21 *Vindelicis* mos unde deductus ... Amazonia securi dextras -et (*cf.* APVL. met. 8, 16, 4 pastores ... in speciem proelii manus -verant [9, 1, 1 carnifex contra me m. impias -bat]). APVL. met. 2, 25, 1 perfrictis oculis et -tis ad vigilias. AVSON. 25, 1 p. 329 P. Lacaena clipeo -ans filium.

obaro, -āvī, -āre. *ab* ob *et* arare, *cf.* inarare. *i. q. perarare, inarare sim.*: LIV. 23, 19, 14 cum hostes -assent, quidquid herbidi terreni extra murum erat.

cf. obarator.

obarro, -ātum, -āre. *ab* ob *et* arra, *cf.* oppignerare, subarrare. CHAR. gramm. p. 473, 31 B. -o *ἀρραβωνίζω*. [*var. l. pro* subarratur SVLP. SEV. epist. app. 2, 12.] -tus *i. q. arrā obligatus*: SVLP. SEV. epist. 3, 2 -tos habes notarios meos (oberr-, obaer- *var. ll.*).

obātrātus, -a, -um. *ab* ob *et* atratus, *cf.* offuscare. *i. q. caligine obtectus, offuscatus*: VARRO frg. Plin. nat. 18, 349 luna si cornu superiore -o surget.

obātrēsco, -ere. *ab* ob *et* ater, *cf.* obrubescere, obsordescere. *i. q. atrum fieri*: FIRM. math. 1 praef. 4 qui *lacus* ... crassitudine lurida sordidus liventibus spumis -it.

† **obatu** *in versu corrupto* ENN. ann. 567 (*v. Vahlen ad l. et Stowasser, ALL 3, 1886, 282. Mariotti, Lezioni su Ennio 102*).

obaud- *v.* oboed- *praeter*:

obaudītus, *abl.* -ū *m. ab* obaudire (*cf. l. 24*) *sec.* auditus. [*dub.*: ITALA psalm. 111, 7 (cod. 136 Cas., Caes. Arel. serm. 157, 1 *pars codd.*) -u malo non timebit (*gr. ἀπὸ ἀκοῆς, Vulg.* ab auditione, *Caes. Arel. cet. codd. et aliae verss.* ab auditu; *sim. var. l.* CAES. AREL. serm. 158, 4).]

nonnisi in locutione pleonastica '(in) -u auris (ob)audire' *ad redd. gr.* (*εἰς*) *ἀκοὴν ὠτὸς* (*ὠτίου*) *ἀκούειν* (*ὑπακούειν*) *fere i. q. auditu* (*cf. hebr. et vol. II 1298, 8*): ITALA Iob 42, 5 (Aug. civ. 22, 29 p. 627, 9 D.) in -u auris audiebam te (*Vulg.* auditu). psalm. 17, 45 (Veron., Tert. adv. Iud. 3 l. 83. *al.*) in -u auris obaudivit (-oed- Aug. serm. 158, 5 Bened. reg. 5, 5) mihi (*Vulg.* in auditu oboedivit; *Hier. psalt. sec. Hebr.* in auditione; *om.* in PSALT. Rom. *al.*; abauditu *in var. l.* Epiphan. in euang. 37 p. 84, 11 [ab aud- *ed.*] *et* Bened. reg. 5, 5; auditu *in paraphrasi Tert. l. c.; pendet* AVG. serm. 77, 5, 8 in -u auris obauditurus erat).

obaurātus, -a, -um. *ab* ob *et* aurum, *cf.* in-, subauratus. *i. q. auro obductus, inauratus*: APVL. met. 11, 8, 2 soccis -is inductus.

obba (ubba *l. 36*), -ae *f. orig. inc.; vocem peregrinam ab oppido q. e.* Obba *tractam putat Niedermann* (*v. Walde, Lat. etym. Wb.² 533*). *scribitur* -bb- (*cf.* TER. MAVR. 884. 1245 PRISC. gramm. II 46, 7) *praeter* GLOSS. I p. 248 -br-, V 644, 70 -bp-, GLOSS.^{L} II Philox. OB 101 -bv-. NON. p. 146, 8 (*affert* VARRONEM) -a: poculi genus, quod nunc ubba (cubba *var. l.*) dicitur (p. 545, 1 p. g. vel ligneum vel ex sparto [*cf. l. 46*]). MARTYR. gramm. VII 186, 10 -a *ποτήριον*. GLOSS. V 617, 38 cratera vel -a est calix habens ansas. 644, 70 poculum. GLOSS.^{L} II Philox. OB 101 *ἄμβυξ ἐν ᾧ τοῖς νεκροῖς σπένδουσιν*. [*e coni. falsa* APIC. 1, 12 *Schuch. v. etiam s. v.* obra.]

i. q. genus poculi (*in inferiis adhibetur l. 40. 47*): LABER. mim. 60 (*vocem usurpatam testatur Gell.*). VARRO Men. 114 Calenas -as et Cumanos calices. frg. Non. p. 545, 5 utrum meridie an vesperi libentius ad -am accedas. PERS. 5, 148 *vinum* rubellum exhalet vapida laesum pice sessilis -a (SCHOL.: genus vasis ex sparto factum). TERT. apol. 13, 7 quo differt ab epulo Iovis silicernium, a simpulo -a ... ? (*comparatur cultus deorum et mortuorum*).

obbibo, -ere. *ab* ob *et* bibere. *i. q. (ob-, ab-)sorbendo consumere*: Ps. HIPPOCR. epist. 8 p. 13, 14 N. sanguis ardentior febribus augmenta suppeditat nec minus humor *corporis* -itur *sc. calore veris iam progressi.*

? **obblatero,** -āre. *si recte legitur, ab* ob *et* blaterare, *cf.* obloqui (*Afran. com. 13* blaterare atque obloqui). *i. q. blaterando obloqui, obstrepere*: GLOSS.^{L} IV Ps. Plac. praef. p. 8 (= ANTH. 19, 6) quasi agredula ... baburrum stridorem ... -o (*scribitur* obl-, *unde Lindsay* oblatro).

obbonis *pro* abonnis (*cod. A 1*, obclinis *A 17*) *nunc legitur* LEX Sal. 104, 1 (*v. vol. I 24, 79 et cf. Gamillscheg, Germania Romanica I 207*).

obbripilātio *v. s.* horripilatio.

obbrūtēsco (-īsco *l. 68. 71*), -uī, -ere. *ab* ob *et* brutus, *cf.* brutescere. obr- PACIAN., PRVD. (*var. l.*), GLOSS. PAVL. FEST. p. 187 -uit obstupuit, a bruto, quod antiqui pro gravi, interdum pro stupido dixerunt (*affert* AFRAN.). GLOSS. -uit: obstipuit. *i. q. brutum fieri, obstupescere*: AFRAN. com. 418 non possum verbum facere; -ui. LVCR. 3, 545 utrum pereat dispersa *anima* ... an contracta ... -at (-isc- *codd. Non. p. 77, 27*), quando hominem ... sensus deficit. PACIAN. (?) sim. carn. p. 145, 24 quis agnoscit eum *Christum*, vel quod homo est, dum divinis virtutibus -unt (obr-), vel *eqs.* (*postea*: obcaecantur). PRVD. ham. 651 damna aures ... et claude meatus -entis (obr-, -isc-, -mut- *var. ll.*) capitis (SCHOL.: insanientis, stolidi).

obc- *v.* occ-.

obdēdo, -ere. *ab* ob *et* dedere. *i. q. dedere*: VIRG. gramm. epit. 5 p. 27, 9 (*verba Ciceronis Virgiliani*) Iustinus ... proprius (*pro* primus) omnium sese -it (*cf. Stangl, Virgiliana 131*).

? **obdēnsātio,** -ōnis *f. si recte legitur, ab* ob *et* densare, *cf.* densatio *et* obduratio. *i. q. densatio*: CAEL. AVR. chron. 1, 1, 47 *frigidum lavacrum* nervos ... indurat ac congelare consuevit -e (ob densationem *R, quem sequitur Bendz, Emend. 82; v. et vol. V 1, 542, 73*) cutis ac totius corporis. *W.*

obdo, -didī, -ditum, -ere. *ab* ob *et* dare. *inter verba activa coniug. III^{ae} enumerat* CHAR. gramm. p. 477, 26 B. *perf. act. nonnisi* NOT. Tir. 12, 86 -didit, *plusquamperf.* SVLP. SEV. epist. 1, 12 -dide-

[Quadlbauer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

rat. NOT. Tir. 12, 72 -it. PAVL. FEST. p. 191 -ere obponere vel operire. GLOSS. *περιάπτω. ἀντιτίθημι.* -it: coniungit. obicit. intromittit vel opponit. -e: *βῦσον.* clude. GLOSS.^{L} IV Ps. Plac. o 18 -et: obiciet. suggerit ('-et *?*' *edd.*). V Abba OB 18 -at: opponit. praeligat. I Ansil. o 5 o⟨b⟩dere: cl⟨a⟩udere. *v. l. 17. 20.* *legitur inde a* NAEV. com., PLAVTO, TER., HOR. sat., OV., FESTO, SEN. *philos.* [*confunditur in codd. c.* addere OV. Pont. 2, 2, 42 FLOR. epit. 3, 6, 10 (-ere *restituit Lipsius* TAC. ann. 13, 5, 1 [abd- *L*], add- *Mayhoff c. F*^{2} PLIN. nat. 6, 30). *falso trad. pro* abd- THEOD. MOPS. epit. in psalm. 32, 7^{b} (*Bulhart in scheda*). *e coni. dub.*: GRATT. 311 (*Schenkl*), COMM. instr. 2, 35, 8 *pro* obse (*Martin cft.* HOR. *l. 28*), GLOSS. *pro* obsit (*v. s.* obsero; *utrum ibid. sub* ubdo *lateat* ob- *an* sub-, *non liquet*).]

1 *structura 'aliquid alicui' i. q. opponere* (*omittitur dat. passim; c.* in *l. 26*): **a** *proprie*: *α frenando*: NAEV. com. 20 leoni s⟨i⟩ -as oreas. *β claudendo*: PLAVT. Cas. 891 forem -o (OV. fast. 1, 281 *loquitur Ianus* [*cf. 282* clusus ero]). TER. Haut. 278 anus foribus -it pessulum (TER. Eun. 603 ostio [EVGRAPH.: obduco. SVLP. SEV. epist. 1, 12]. APVL. met. 4, 18, 8 -dito cellae p. PRVD. perist. 2, 480 -ens aenos p. [*antea*: claudat, obstruat]. SVLP. SEV. dial. 3, 3, 4 -endi p. [*i. operculi; inde* GLOSS.^{L} IV dub. Plac. o 1 -endi claudendi; *postea additur*: de ampulla olearia dictum]). OV. ars 2, 636 postibus -e seras. SEN. epist. 31, 2 si cluseris aures, quibus ceram parum est -ere. FLOR. epit. 3, 6, 10 Propontidos fauces . . . -ditis navibus quasi portam (porta *edd. post Lipsium*) obseravit. *γ nectendo*: APVL. met. 1, 16, 4 tigillo . . . iniecta atque -dita parte funiculi ('*constricta*' *Hildebrand*). 3, 18, 2 capillos in mutuos nexus -ditos atque nodatos.

b *in imagine*: HOR. sat. 1, 3, 59 fugit *cautus* . . . insidias nullique malo latus -it apertum. OV. Pont. 2, 2, 42 nec rigidam timidis vocibus -e forem.

c *translate*: AVG. epist. 80, 2 proposueram *quaestiunculam*, tamquam praesens praesenti . . . -rem. mor. eccl. 1,29, 61 *scripturam Manichaeorum* -is invito et . . . cogis in fidem (*cf. postea* proferente).

2 *structura 'aliquid (aliquem) aliqua re' i. q. obtegendo sim. claudere vel operire* (*cf. l. 2; nonnisi p. p. p.*): APVL. met. 5, 9, 8 domum seris e catenis -ditam. 10, 12, 3 feralibus amiculis instrictus atque -ditus . . . puer.

obdormio, (-īvī, -iī), -īre. *modo retrogrado derivatum ex perfecto* obdormivi *verbi incohativi* obdormiscere. *ad confusionem praeverbiorum* ab- *et* ob- *cf. script.* abd- LACT. opif. 18, 8 (*var. l.*); *Niedermann, Recueil 46 huc trahit etiam* add- MARCELL. med. 16, 18 (*ubi olim Cornarius* obd-; *adde* GLOSS. III 216, 45 [*var. l.* obd-] *et v. vol. I 592, 39*). *formas perf. v. s.* obdormisco *p. 38, 14 sq. indic. imperf. non occurrit nisi* VVLG. Ios. 2, 8 *var. l.* -iebant *pro* -ierant. NOT. Tir. 83, 24 -it. *legitur ap.* CELS., PLIN. nat. *et inde ab* ITALA *saepius; dub. l. 46.* [*confunditur in codd. c.* dormire CELS. 4, 28, 2 PSALT. Rom. 4, 9 VVLG. psalm. 12, 4. *al.* *e coni. dub.* PLAVT. Men. 928.]

i. q. dormire incipere (*hic illic vi incohativa evanescente, e. g. l. 51. 49. 43*): **1** *proprie* (*de mente l. 54*): CELS. 3, 18, 15 ne, quem -ire volumus, excitare . . . non possimus. 4, 28, 2 nec supinus -at *aeger.* PLIN. nat. 16, 51. ITALA gen. 28, 13 (Lib. iubil. 27, 19; *loq. deus cum Iacob dormiente*) tu -is *in terra* (*gr. καθεύδεις, Vulg.* dormis). PORPH. Hor. carm. 3, 21, 4 quidam *poti* . . . effervescunt, nonnulli -unt (*cf.* Ps. AVG. serm. 146, 1 [= MAX. TAVR. serm. 36, 1 M.] ebrius). LACT. opif. 18, 8 mens per diem veris visionibus avocatur, ne -at (abd- *P*). PELAGON. 397 *equus aeger* -et (*Hippiatr. gr. II p. 83, 9 ἀποκοιμηθῆναι*). CHIRON 296 ut insudent et -ant *iumenta insana* (*Veg. mulom. 2, 12, 7* dormiant). Ps. AMBR. serm. 37, 6 (= MAX. TAVR. serm. 49, 4 M.) -it Christus. GREG. TVR. Mart. 1, 5 ut . . . Ambrosius super . . . altare -ret (*postea*: obdormisse).

2 *translate* (*alludit ad somnum mortis l. 69*; -ire somnum *l. 83, accedit dat. l. 68 sq. 82,* in *c. acc. vel abl. l. 75. 79. 81. p. 38, 6. 9,* super *p. 38, 1*): **a** *de deo cessante*: ITALA psalm. 43, 24 (Firm. err. 24, 3, Ambr. *ad. l.* = PSALT. Rom.) exsurge, quare -is . . .? (*gr. ὕπνοῖς, Vulg.* dormis). 120, 3 (codd. 401. 402 = PSALT. Rom.) neque -et, qui custodit te (*gr. νυστάξῃ, Vulg.* dormitet). 120, 4 (Veron. *al.* = PSALT. Rom.; *cf.* Mutian. Chrysost. hom. 12, 3 p. 319/20) non dormitavit neque -et (*gr. νυστάξει . . . ὑπνώσει, Vulg.* dormitabit . . . dormiet, Mutian. -et . . . obdormiscet). AMBR. in psalm. 37, 40, 3 excitant dormientem, ne -ret sibi (*i. apostolis. postea*: obdormisse). 43, 88, 1 ne -at peccatoribus; -ire enim videtur his, quibus non resurrexerit. Ps. AMBR. serm. 37, 7 (= MAX. TAVR. serm. 49, 4 M.) ut non -at, sed vigilet in nobis. EPIST. pontif. 391 Conc.^{S} I 2 p. 108, 8 nec dormitare nec -ire. Ps. ORIG. hom. in Matth. 3, 1 p. 257, 22 *Christus*, qui numquam -it, dormit (APON. 7 p. 140 divinus sermo). **b** *de hominibus neglegentibus* (*in fide l. 79. 81. 84. p. 38, 3*): ITALA psalm. 4, 9 (Aug. *ad l.*) in idipsum -am et somnum capiam (*postea*: abalienatio a mortalibus rebus [*cf. p. 39, 17*]. *gr. κοιμηθήσομαι . . . ὑπνώσω, Vulg.* dormiam et requiescam [PSALT. Rom. -am et r.]. *explicat* Aug. *ad l.* non obdormivi . . . aut -o, . . . sed -am). 12, 4 (Aug. anim. 2, 2, 3. *al.* = VVLG.) ne . . . -am in mortem ([in morte *var. l.* Aug. c. Faust. 19, 31. *al., gr. ὑπνώσω εἰς θάνατον*]. *inde* VICT. VIT. 3, 40 ne -rent in mortem *pueri*). AMBR. parad. 11, 50 inflectere videmur ad quendam somnum istius mundi et paulisper -ire divinis. patr. 7, 33 qui -unt somnum suum (*cf. p. 38, 67*). Ps. ORIG. in Iob 2 p. 490^{B} vigilo . . . in proelio, . . . non -o in stadio. CONC.^{S} II 2, 1 p. 78, 39 ne -ire patiamini super his (*sc. acquiescendo ut*: NOVELL. Iust. 88, 2, 1 si *quis* . . . habeat causam ad obnoxium sibi, non -at [*gr. μὴ τούτῳ . . . ἐπικαθευδέτω*]). OP. imperf. in Matth. 51 p. 926^{B} in peccatis (*postea*: neglegentiae somno). **c** *de variis rebus torpescentibus, deficientibus* (*sublucet imago*): PRVD. cath. 1, 74 quiescant improba, . . . culpa . . . -at. PAVL. NOL. epist. 40, 3 ne -ret in mortem oblivionis (*v. p. 37, 79*) *caritas.* AVG. serm. 10, 7 'refrigescet caritas' (*Matth. 24, 12*) . . ., id est operis spiritualis . . . mater -et. serm. coll. Morin p. 717, 12 interiores oculi nostri in noctem cordis.

deriv.: obdormitio, obdormito.

obdormīsco, -īvī (-iī), -ere. *ab* ob *et* dormire (*cf.* con-, edormiscere). abd- *pro* obd- (*v. p. 37, 39*): Ps. PHILO antiq. 29, 4. -esc- AMBR. in psalm. 118 serm. 19, 32, 1 (*var. l.*). ORIBAS. syn. 8, 2 Aa add. p. 204. *praevalent formae perfecti (quarum exempla nonnulla etiam ad* obdormire *trahi possunt, cf. perf. iuxta* obdormire *p. 37, 58. 68. 78); formae breviores leguntur solae* -ierunt, -ieri(n)t, -ieram, -issem *sim.* (*sed* -vero CAECIL. com. 96 [*var. l.* -iero]), *iuxta plenas* -isti ITALA gen. 49, 4 (Cypr. testim. 1, 21; -visti PLAVT. Amph. 620), -iit ITALA Luc. 8, 23 (cod. e). PORPH. Hor. sat. 2, 3, 60 (*inde* SCHOL.; -vit *inde a* CIC. *passim*), -isse *inde a* SVET. Aug. 94,4 (-visse PLAVT. Amph. 272 [*e coni.*]. ARNOB. nat. 5, 1). *legitur perf. inde a* PLAVTO, CAECIL., CIC., PETRON., *praes. inde a* CIC., PETRON., PLIN. nat.; *adamant post sacr. script. ecclesiastici.* [*dub. trad.* PLAVT. Most. 1122 (*cf. vol. V 2, 112, 33*). *confunditur c.* dormi(sce)re *e. g.* VLP. dig. 9, 2, 27, 9 SCHOL. Hor. sat. 2, 3, 60, *c.* obdormire *e. g.* DECL. in Catil. 81 AMBR. Nab. 15, 63.]

i. q. dormire incipere (*hic illic vergit ad notionem q. e. dormire, v. l. 33. 54. 83*): **1** *perf.*: **a** *proprie* (*c. abl. l. 36. 54, cf. l. 67,* in *l. 57. 61,* cum *l. 58*): *α vario usu*: PLAVT. Amph. 272 Nocturnum -isse (-visse *Leo, Lindsay sec. Italos*) ebrium (Curc. 415 -vi e. *cf.* Rud. 591 -issemus *poti.* HYG. astr. 2, 4 *pastores* -ierant [*antea*: consopiuntur *vino*]. ARNOB. nat. 5, 1 *eos* -visse factos graves *bibendo.* SCHOL. Hor. sat. 2, 3, 60 Fufius . . . vino confectus -iit. *v. et l. 41 sq.*). 620 -visti dudum? CAECIL. com. 96 -vero (-iero *var. l.*). CIC. Tusc. 1, 92 Endymion . . . -vit, . . . nondum . . . est experrectus. PETRON. 86, 2. 5 numquam altiore somno ephebus -vit. SVET. Aug. 94, 4 -isse. VLP. dig. 9, 2, 27, 9 si . . . servus . . . ad fornacem -isset (*postea bis*: -vit). TERT. bapt. 20 p. 217, 26 -ierunt *apostoli* (*sec. Matth. 26, 40*). ITALA gen. 2, 21 (Ambr. parad. 11, 50) inmisit . . . deus soporem in Adam et -vit (*gr. ὕπνωσεν,* VVLG. cum . . . -isset [dormisset *var. l.*]). 9, 21 (Ambr. hex. 3, 17, 72) Noe . . . bibit de vino . . . et -vit (*gr. ἐμεθύσθη* [*καὶ ὕπνωσεν add. k*], *Vulg.* inebriatus est. *inde* AMBR. Hel. 5, 10 *Noe* iustus -vit. *cf. l. 30. 73*). 28, 11 (Lugd., *cf.* Aug. serm. 122, 2 Greg. M. moral. 5, 54) *Iacob lapidem* posuit ad caput . . . et -vit (*gr. ἐκοιμήθη, Vulg.* dormivit). psalm. 3, 6 (Iren. 4, 31 [= 48 H.], 2 *pars codd.*) -vi et somnum cepi (dormivi *cett. c. Vulg., gr. ἐκοιμήθην. inde* IREN. 4, 31 [= 48 H.], 2 filius hominis . . . -vit et somnum cepit). Matth. 25, 5 (Anon. de decem virg. Migne suppl. 1, 173) tardante . . . sponso -ierunt omnes (*gr. ἐνύσταξαν . . . καὶ ἐκάθευδον, Vulg.* dormitaverunt . . . et dormierunt). Luc. 8, 23 (codd. e b *al., cf.* c) -iit *Iesus* (*gr. ἀφύπνωσεν,* VVLG. *et aliae verss.* -vit, *cod. a* condormiit. *inde* LACT. inst. 4, 15, 22 cum -isset). PORPH. Hor. sat. 1, 5, 84 *se* -isse. PROB. Verg. georg. 1, 20 Crathis cum -isset. VVLG. II reg. 4, 5 (*pars codd., ceteri om.*) ostiaria. ORIG. in Matth. ser. 145 p. 299, 18 tanto somno (*sec. Matth. 28, 13*). *al.* *β de somno mortis*: ITALA iud. 5, 27 (Lugd.) *Sisara* -vit (*gr. ἐκοιμήθη, Vulg.* mortuus est). act. 7, 60 (cod. h, Aug. serm. 90, 9 p. 565^{B} = VVLG.) *Stephanus* (*gr. ἐκοιμήθη, pars codd.* VVLG. *add.* in domino). ZENO 2, 43, 2 leo (*sc. Christus; aliter l. 68*). Ps. PHILO antiq. 24, 5 cum patribus suis (29, 4 -vit Zebul c. p. s. et sepultus est [*scrib.* abd-]. POSSID. vita Aug. 31). CE 717, 3 (*a. 588*; = INSCR. christ. Diehl 1728; *cf. vol. V 1, 2030, 66 sqq.*) in pace Iesu. VVLG. Is. 43, 17 -ierunt nec resurgent, . . . extincti sunt *hostes.* CONC.^{S} I 5 p. 359, 3 quod . . . episcopus . . . iuxta divinam voluntatem -ierit (*gr. I 1, 7 p. 121, 1 κεκοίμηται*). *γ de torpore membrorum*: VEG. mulom. 2, 111, 3 si frigore maxillae -ierint (*Pelagon. 270* obstupuerint. *cf. Hippiatr. gr. I p. 182, 30 μὴ ἔχειν ἐν κινήσει*).

b *translate* (-ere somnum *l. 70. 74 [v. p. 37, 60], cf. c. abl. l. 28*): ITALA gen. 49, 9 (Cypr. testim. 1, 21) recubans -isti velut leo, *Iuda* (*gr. ἐκοιμήθης, Vulg.* requiescens accubuisti. *aliter l. 57*). psalm. 75,6 (Ambr. patr. 7, 33) -ierunt somnum suum . . . viri divitiarum ([*antea*: somnus neglegentiae; *gr. ὕπνωσαν, Vulg.* dormierunt]. *de hominibus neglegentibus in fide ut*: AMBR. Nab. 15, 63 qui . . . non intellegit, . . . somno temulentiae consopitus -vit [obdormit *var. l.*]. RVFIN. Basil. reg. 3 p. 495^{B} si quis . . . -ierit somnum illum, qui ducit ad mortem. PELAG. in I Thess. 5, 6 qui sic -ierunt [dormierunt *var. l.*], ut etiam obliti sint sui). AMBR. in psalm. 37, 40, 3 (*de deo cessante ut*: ORIG. in Matth. ser. 44 p. 90, 14 si . . . vigilaverit Christus in eis, si . . . -ierit). AVG. in psalm. 4, 9 (*v. p. 37, 78*).

2 *praes.* (*c.* in *c. abl. l. 82. p. 39, 10. 12*): **a** *proprie* (*in comparatione* CIC.): CIC. Tusc. 1, 117 in mediis vitae laboribus -ere et . . . somno consopiri sempiterno (*de somno mortis ut*: GREG. M. moral. 18, 29 cum corpus -it in morte, . . . anima evigilat in . . . cognitione). PLIN. nat. 9, 37 *testudines* summa in aqua -ere, id prodi stertentium sonitu. SVET. Claud. 33, 2 ut *Claudius* . . . in iure dicendo -ret. Vesp. 4, 4 cum

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

cantante *Nerone* ... -ret *Vespasianus*. ARNOB. nat. 7, 32 (*cum irrisione*) -unt ... superi, remeare ut ad vigilias debeant. AMBR. in psalm. 118 serm. 19, 32, 1 ne -as *in orando*, psallito. AVG. gen. c. Manich. 2, 12, 16 (*ad gen. 2, 21*) *a visibilibus rebus in interiora intellegentiae secedere* est ... quasi -ere. ORIBAS. syn. 8, 2 Aa add. p. 204 ex ... agitatione *lectuli* ... somno provocato -unt *aegri*.

b *translate* (sibi *l. 12*): DECL. in Catil. 81 non -it (-vit, obdormit *var. ll.*) ... Catilina, ... sed ... saevit (*de pigro, otioso*). ITALA psalm. 120, 4 (Mutian. Chrysost. hom. 12, 3 p. 319/20) *v. p. 37, 65*. AVG. in epist. Ioh. 10, 6 *impii* -unt in concupiscentiis ..., evigila (*de hominibus neglegentibus in fide, caritate ut*: AVG. in psalm. 49, 23 ne *dicentes bona, facientes mala* securi sibi -ant in mala vita. MVTIAN. Chrysost. hom. 12, 3 p. 319/20 cautelam exhibere ..., ne ... -amus [*gr. ἀπονυστάξωμεν*]).

obdormītio, -ōnis *f. ab* obdormire. *i. q. actio vel status (ob)dormientis* (*de neglegentia sim.*): AVG. in psalm. 4, 9 saeculi huius oblivio ... nomine -is et somni ... significatur (*cf. et p. 37, 75*). 75, 10 duritia ... cordis -o est (*de Pharaone praeceptum dei neglegente*).

obdormīto, -āre. *ab* obdormire, *cf.* dormitare. [*var. l. dub.* PELAG. in II Tim. 1, 6.] *i. q. (ob-)dormire* (*nonnisi de neglegentibus sim.*): ITALA psalm. 120, 3 (cod. 419; *cf. p. 37, 64*). Ps. ORIG. in Iob 1 p. 398^{B} *Iob* non quiescebat, ... non -bat ..., non erat negligens (*cf.* 2 p. 490^{B} non -antem *Iob*). VEN. FORT. epist. (carm. 3, 4) 1 graviter -ans (*i. carmina non scribens*) ... inter ... verborum vestrorum tonitrua vix surrexi. *Quadlbauer.*

[obducātus *v. l. 32.*]

***obdūco,** -dūxī, -ductum, -ere. *ab* ob *et* ducere. *inf. perf. brev.* -xe ARGVM. Plaut. Merc. 1, 7. NOT. Tir. 7, 39^{a} -it. 7, 54^{a} -xit. NON. p. 360, 33 -ere aperire (*interpretatur falso* LVCIL. 817 *v. l. 69*). p. 360, 35 -ere tegere (*affert* VERG. *p. 40, 51*). SYNON. Cic. p. 439, 8 praetendunt. obtendunt. -unt. opponunt. obiciunt. GLOSS. -it: *κατάγει*. -at: *ἀναπέμπει* (*-πιμπλῇ? Goetz in indice*). -ctum: *κεκρυμμένον*. -c[a]ta: opposita aut contracta, circumfusa. per oculos ducta. *legitur inde a* PLAVTO, ENNIO, LVCILIO, ACCIO, VARRONE, CIC., CAES. [*saepius confunditur c.* abd- (*e. g.* CIC. leg. agr. 3, 4 SEN. Oed. 831, *falsa var. l.* SEN. nat. 7, 17, 3, *restituitur pro* abd- SEN. Tro. 1163) *vel c.* add- (*e. g.* NEP. Hann. 5, 2 PASS. Perp. 18, 5; *coni.* add- CIRIS 506, *v. Ehlers, MusHelv. 11, 1954, 71*). *falso trad.* SEN. nat. 4 praef. 14 *pro* eo ducere. *e coni. dub.* PLIN. nat. 28, 146 *pro* duc-.]

I *structura originaria aliquid (aliquem) alicui (rei) i. q. ad-, in-, circumducere sim.* (*accedit dat. saepe, gen. pro dat. p. 40, 7. 25*, ad *l. 44. 57*, contra *l. 46*, in *c. acc. l. 52. p. 40, 15*, *c. abl. p. 40, 23*, inter *l. 53*, *?*iuxta *l. 51*, super *l. 77*): **A** *variis modis*: **1** *ad alios vel alia* (*translate l. 47*): **a** *per oppositionem quandam*: PLAVT. Pseud. 587 ad oppidum hoc ... exercitum ... -am (ACC. praetext. 3 vim Gallicam -c contra ... e.). ENN. scaen. 175 obsidionem -ere. CIC. Att. 1, 1, 2 Curium -ere (*i. candidatum aliis candidatis*). CAES. Gall. 2, 8, 4 fossam -xit (civ. 3, 46, 1. *cf.* BELL. Alex. 2, 4 vallum [OROS. hist. 6, 10, 8]). ARGVM. Plaut. Merc. 1, 7 eum putat uxor sibi -xe scortum (*cf. p. 41, 62*). IREN. 4, 35 (= 57 H.), 4 -ctis superciliis agitantes capita (*an ad p. 40, 84 sqq.?*). PHYSIOGN. 36 iuxta huiusmodi oculos frontem -i (*gr. I 333, 2 ἐπισκύνιον βαρὺ νεύει*). THEOD. PRISC. gyn. 12 -ctae in se identidem scissurae. MART. CAP. 6, 652 Peloponnesus ... inter duo maria ... angulosos recessus -ens. CORIPP. Ioh. 3, 103 follibus -ctis (*sc. fornaci*). **b** *per adnumerationem*: CIC. Att. 16, 6, 1 -xi diem (*sc. alteri diei*). IREN. 1, 18, 3 (= 1, 11, 2 H.) quaecumque inveniuntur in scripturis -i posse ad numerum octavum (*i. adiudicando referri; gr. ὑπάγεσθαι ... εἰς*).

2 *ad se, significanter i. q. labris admovere, bibere* (*de hominibus praeter l. 63. 66*): CIC. Tusc. 1, 96 *cum Theramenes* venenum ut sitiens -isset (*cf.* SEN. dial. 1, 3, 12 illam potionem ... non aliter quam medicamentum inmortalitatis -xit *Socrates* [SCRIB. LARG. 122 p. datur -enda]). SEN. Tro. 1163 -xit statim saevusque ... sanguinem tumulus bibit (*Muretus*, abd- *trad.*). PETRON. 42, 2 mulsi pultarium -xi. *fortasse huc pertinet*: POTAM. subst. 25 Migne suppl. 1, 212 narium visus qui ... odores hauriant, ... suavitates -ant.

B *obtendendo sim., sc. tegendi gratia* (*reflex. l. 75. p. 40, 3; mediopass. l. 72 sqq. 84. p. 40, 4*): **1** *aliis* (*ad vim claudendi vergit l. 81 sqq. p. 40, 8*): **a** *proprie*: LVCIL. 817 lumen auferte atque aulaea -ite (CVRT. 8, 5, 21 a. quae lectis -erat. *cf.* PLIN. epist. 2, 17, 21 speculari-bus et velis -ctis reductisve [7, 21, 2 cubicula -ctis v. opaca]). CIC. leg. 2, 63 -cta ... terra erat (*i. sepulchro*). NEP. Hann. 5, 2 -cta nocte (MANIL. 3, 194. CVRT. 8, 13, 25 caelo. OROS. hist. 5, 15, 11 ut ... pulvis ... diem ademerit noctemque -erit. *cf.* PROP. 3, 16, 5 -ctis ... tenebris [PLIN. nat. 11, 143 t. sese -entibus. SER. SAMM. 202 t. oculis]). VERG. georg. 1, 116 -cto ... limo. Aen. 2, 604 *nubes* -cta tuenti (GERM. 403. ITALA num. 9, 19 [Lugd.] cum -cta fuerit n. super tabernaculum [*gr. ἐφέλκηται*, *Vulg.* maneret]). CIRIS 342 genis -ere vestem (CVRT. 6, 5, 27 corpori. TAC. ann. 4, 70, 1. *cf.* VITAE patr. Iurens. 2, 12 p. 151, 13 cocullo ... capiti -cto). PROP. 4, 5, 48 in -ctam ... seram (*cf.* SEN. Herc. O. 1548 -ctis foribus [CYPR. ad Donat. 9 recludere cubiculorum -ctas f. LACT. opif. 8, 12]). OV. ars 1, 286 *Myrrha* -cto cortice pressa. SEN. dial. 6, 24, 5 circumdata nobis ossa ... et -ctam cutem. CVRT. 8, 10, 31 -cta vulneri cicatrice (PLIN. nat. 23, 124 CASS. FEL. 46). 9, 4, 30 lorica -cta transitum saepserat. COLVM. 9, 13, 10 *apes* -ctas ceras erodunt. LVCAN. 9, 648 mundo ... -ere terram. PLIN. nat. 2, 159 *ossibus insepultis* ipsa se -it *terra*. 17, 27 ferro ... rubiginem (*cf.* PRVD. psych. 601 -cta aerugine [subd- *var. l.*]). TAC. ann. 13, 35, 3 -cta glacie. TERT. apol. 35, 7 si pectoribus ... specularem materiam natura -isset. AMBR. incarn. 9, 103 nisi ... sexus genitalia sulcis naturalibus -at semina. AVG. c. adv. leg. 2, 9, 34 quamvis narium rugas et frontis -at (*vix obi. rei effectae, cf. l. 25*). VAL. CEM. hom. 5, 6 -ctis labiis (*an ad II?*). EVSTATH. Basil. hex. 2, 3, 6 aquam fuisse summitati terrae -ctam (*gr. ἐπιπολάζειν*). DRAC. laud. dei 3, 702 naribus -ctis (*i. faciei praefixis*). *al.* **b** *in imagine vel translate*: CIC. rep. 4, 9 *populo* -unt tenebras *poetae* (ac. 2, 16 clarissimis rebus. QVINT. inst. 10, 1, 72 *Menander aliis comicis* fulgore ... suae claritatis t. -xit. LACT. epit. 23, 9 [*inst. 2, 16, 10* offundunt]. *cf.* PAVL. NOL. carm. 26, 33 nec pavor ... in hanc -at nubila lucem). Tusc. 2, 36 labor quasi callum quoddam -it dolori (3, 53 animis ... c. vetustatis. fam. 9, 2, 3 stomacho. SEN. epist. 95, 25 iocineribus). SEN. dial. 11 (12), 2, 1 rescindam, quae iam -cta sunt. PANEG. 4, 35, 1 ut numquam oblivionem gratiae -ura sit ... utilitas singulorum. HIL. coll. antiar. p. 157, 8 velamen ... veritati. SYMM. epist. 1, 89, 2 germanos colores rebus -is (EVSTATH. Basil. hex. 9, 1, 10 honestatis ... c. ... scripturis [*gr. ἐπιφημίσαι*]). 3, 6, 1 cicatricem ... -ere *fortunae* (HIER. in Ezech. 1 praef. vulneri. VVLG. Ier. 30, 17 -am ... c. tibi [*sc. Sion*]. RVFIN. Orig. in Ios. 6, 1 in vulnere. *cf. per hypallagen*: PS. CYPR. spect. 1 sanitatis -ctae ... cicatricem). PRVD. perist. 2, 380 inpiorum caecitas ... -cta. GREG. M. moral. 5, 45 mentibus ... reverentiam. DIONYS. EXIG. Greg. Nyss. creat. 19 pulcherrimae imagini ... faciem passionis -ens (*gr. ἐπιπλάσσουσα*). *al.*

2 *sibi, i. q. accipere, induere sim.* (*deficiente dat. praeter l. 33; cf. p. 39, 59; in imagine l. 30. 31. 35*): COLVM. 3, 18, 6 *radices* cicatricem -unt (4, 24, 7. 18 [-dur- *trad.*]. RVFIN. Orig. in Ios. 6, 1 p. 321, 23 [*in imag. ut*: p. 322, 10]). PLIN. nat. 13, 47 *palmulae* crustam verius quam cutem -unt. TERT. adv. Val. 16 p. 195, 23 Achamoth ... velamentum sibi (EVSTATH. Basil. hex. 2, 1, 9; *cf. gr. ἐπιπρόσθεσιν*). HIER. epist. 29, 7, 2 Hebraici sermonis lectione detenti in Latina lingua rubiginem -ximus. AVG. ord. 2, 6, 19 p. 159, 15 caelum (*subi.*) -erat nubes. MART. CAP. 6, 667 *arbores* lanam -unt. DRAC. Romul. 3, 13 limos (-us *trad.*) -it ager.

II *structura inversa aliquid (aliquem) aliqua re i. q. obtegere, velare sim.* (*c. notione circumcludendi, claudendi l. 57 sqq. 63 sqq. 70; pro subi. est ipsum tegmentum saepius, e. g. l. 44. 54. 59. 60. 70; accedit abl. passim*, in *c. acc. l. 57*, sub *c. abl. l. 43. 83*, *cf. etiam* de *p. 41, 27 sqq.*, ex *p. 41, 32; mediopass. l. 46. 55. 57. 68*): **A** *proprie*: CIC. Arat. frg. 26, 1 *Auriga* sub laeva Geminorum -ctus parte ([*gr. 160 ἐπὶ λαιὰ κεκλιμένον*]. *cf.* Arat. 477 nec potis est *nox* ... umeros *Centauri* -ere [*gr. 697 χαδεῖν*]. AMM. 20, 3, 3 sol ... -itur *luna*). leg. 2, 56 corpus *sepultum* quasi operimento matris -itur. nat. deor. 2, 120 -untur ... libro aut cortice trunci. 2, 121 *animantes* squama -ctas. VARRO Men. 270 nubes ... velo ... caeli cavernas ... -erant (*cf.* VVLG. gen. 9, 14 nubibus caelum [MACR. Sat. 1, 12, 14]). rust. 3, 16, 32 favorum foramina -cta ... membranis. LVCR. 5, 207 *arva* sentibus (*cf.* VERG. ecl. 1, 48 pascua iunco. georg. 2, 411 segetem ... sentibus. COLVM. 2, 17, 2 prata situ vetustatis). 5, 777 tenebris -ere terras. MORET. 9 -ctae ... lumina prunae. PROP. 4, 5, 1 spinis ... sepulcrum. SEN. Phaedr. 586 ora morti similis -xit color. nat. 1, 15, 7 *speculum* imagine. CVRT. 7, 9, 11 -cta cicatrice cervicis (*i. vulnere ut*: VVLG. II Esdr. 4, 7 c. muri. II par. 24, 13 parietum c. *aliter p. 39, 84; cf. l. 76. 80 et* HIER. epist. 1, 14 in cicatricem vulnus -itur). MELA 1, 113 *lacus* margine -ctus. 3, 25 Germania hinc ripis *Rheni* ..., a meridie ... Alpibus ... -cta est. 3, 95 collis ... litoribus. LVCAN. 3, 735 oculos ... -xere tenebrae (PETRON. 19, 6 mors [*ironice*]. APVL. flor. 17 p. 78 albugine. ITALA gen. 27, 1 [Lugd.] -cti sunt o. *Isaac* [*gr. ἠμβλύνθησαν*, *Vulg.* caligaverunt]. AMBR. off. 3, 14, 86 caecitate. *cf.* SVLP. SEV. chron. 1, 8, 3 luminibus -ctis. MARCELL. med. 8, 107 -ctam aciem aperire. SOL. 27, 56 visu -cto). 4, 31 -xit castra maniplis (FLOR. epit. 4, 2, 39 vallo). 5, 69 -cta ... reserat penetralia Phoebi (*cf.* PETRON. 89, 7 specus. PORPH. Hor. epist. 1, 7, 30 'cumera' vasi ... genus factum ex vimine admodum -ctum [-cto *var. l.*]). 9, 109 caput ... -xit amictu (*cf.* PORPH. Hor. epod. 9, 7 veste -retur *Pompeius*. Ps. AVR. VICT. orig. 12, 2 velamento). PLIN. nat. 29, 73 faciem ... lentigine. STAT. Theb. 12, 700 clipeis ... pectora. TERT. anim. 32, 6 animam ... corpore -i. PALLAD. 3, 25, 15 quae rasa sunt, ... stercus -at. AVIEN. Arat. 1629 -cti ... diei. RVFIN. Basil. hom. 7 p. 1786^{D} pudoris ... rubor, quem ... pallor -ret. CAEL. AVR. chron. 3, 2, 28 *salivarum fluor* -at stomachum. BOETH. cons. 1, 1, 4 W. speciem ... caligo ... vetustatis -erat. *al.*

β c. acc. animantium (*vel part. corp.*): VAL. MAX. 4, 1 ext. 8 ephori Lacedaemone ... potestati oppositi, quemadmodum Romae consulari imperio tribuni pl. sunt -cti. CELS. 7, 26, 2[E] etiamnum a lateribus duo valentes -antur, qui circumstantes *eqs.* CVRT. 8, 6, 16 non occurrit modo abeunti *Alexandro*, sed etiam semet -ecit *mulier*. 8, 7, 2 ad os manu -cta (QVINT. inst. 11, 3, 114 -imus adversas *m. al.* PS. QVINT. decl. 13, 10 exemplo ... obviam ... eundum est et -endae adversus ... licentiam ... m. CHIRON 763 equae loca si exierint, ... m. siccam in verginali -es. *al.*). STAT. Theb. 4, 144 *Hylaeus* magnum ... -ctus detinet amnem. 7, 429 -ctus ... vado pater. VLP. dig. 37, 8, 1, 1 neque nepotes iure potestatis -antur patri suo (*sim. in iure*: 38, 17, 2, 15). APVL. met. 8, 24, 1 emptorem aptissimum duris meis casibus mire repertum -ecit *Fortuna*. AMM. 25, 4, 10 cedentes -cto (*Gelenius*, sub- *V*) pectore ... cohibuit. CLAVD. 3, 274 qui paene ruenti ... tuos umeros -eris (sub- *Burman*) orbi. *al.* *singulariter acclinando*: STAT. Theb. 10, 936 *Capaneus* pectora ... invisis -it fumantia muris, ne caderet.

b *impeditur perceptio, cognitio sim.*: PLAVT. Mil. 148 ei *servo* ... glaucumam ob oculos -emus (*cf.* OV. met. 12, 32 nubem ... oculis -ecit *Diana*). LIV. 27, 25, 7 -ctae animo religiones. VITR. 5 prooem. 2 vocabula ex artis propria necessitate concepta inconsueto sermone -unt sensibus obscuritatem. SEN. benef. 5, 12, 2 quibus *ingeniis* ... creperi aliquid et confragosi -endum, per quod erepant et sollicite vestigium faciant.

2 *speciatim de defendentibus aut aggredientibus* (*acced. adi. praedic.* transversum *p. 58, 4*; velut murum *p. 58, 23*; pro munitione *p. 58, 5*, muro *p. 58, 6*, vallo *p. 58, 2*): **a** *c. acc. rerum*: **α** *corporalium*: CIC. Font. 13 propugnaculum istis ipsis nationibus oppositum et -ctum. har. resp. 49 omnis altitudines ⌊moenium -ctas⌋ (*Baiter*, om-

nium -cta *codd.*). rep. 2, 11 maximo aggere -cto (TAC. ann. 2, 20, 1). CAES. Gall. 1, 26, 3 quod pro vallo carros -erant. civ. 1, 58, 4 aequo animo singulas *naves* binis navibus -bant (3, 39, 2 navem. BELL. Alex. 15, 6 ut ... nulla *n.* transversa hosti -retur [LIV. 28, 30, 10]. LIV. 37, 10, 10 certamini. *al.*). 3, 46, 3 crates ... pro munitione -ctas. 3, 112, 9 has munitiones ... auxit ..., ut pro muro -ctas haberet (LIV. 3, 26, 4. *cf.* AMM. 20, 11, 24 munimentum). *al.* BELL. Alex. 12, 1 materiam cunctam. VERG. Aen. 2, 444 clipeos ... ad (ac *var. l. ap. Serv., Junell*) tela sinistris protecti -unt (12, 377 CVLEX 316 AMPEL. 35, 2). 9, 45 -unt portas (*cf.* SERV. auct. Aen. 9, 44 *ad l.*: obices ponunt, vel obicibus muniunt, et per hoc claudunt). LIV. 1, 14, 10 (11) fores portarum (5, 13, 13. *al.*). 2, 10, 10 scuto (22, 6, 4 scutis). 2, 20, 10 parmas (2, 46, 5 -cta ... p. *al.* STAT. Theb. 5, 662. *al.*). 4, 9, 12 moenibus hostium vallum -ecere (26, 42, 9. *al. v. etiam l. 27. aliter p. 59, 38*). 10, 15, 1 castra (38, 4, 5 Fulvius bina a campo c. ..., unum castellum loco edito contra arcem -ecit. *al.*). 25, 14, 9 arma ... et corpora (FRONTIN. strat. 2, 3, 20). 31, 39, 9 -ctis per omnes transitus operibus (PLIN. nat. 6, 146). 32, 17, 13 ubi conferti hastas ... prae se Macedones -issent (36, 18, 6. CAPITOL. Pert. 11, 9 Tausius ... hastam in pectus Pertinacis -ecit). 37, 37, 11 interiore labro murum cum turribus ... -ecit *Antiochus* (38, 7, 5. *al. aliter p. 59, 40*). 44, 11, 5 quam *fossam* ... -erat Perseus (CVRT. 8, 10, 24. FRONTIN. strat. 1, 5, 11 triplices f. intra vallum -ecit *Lysimachus. v. etiam l. 27*). *al.* CVRT. 7, 4, 5 Oxum amnem velut murum -cturum hosti *Bessum* (TAC. ann. 6, 44, 4. *al.*). *al.* FRONTIN. strat. 1, 5, 6 -cta ad ingressum *portus* catena (3, 14, 2). *al.* *β incorporalium*: CIC. Pis. 81 cuius *Caesaris* ego imperium, non Alpium vallum contra ascensum ... Gallorum, non Rheni fossam ... Germanorum ... gentibus -o et oppono. de orat. 1, 3 hoc tempus omne post consulatum -ecimus eis fluctibus.

b *c. acc. animantium* (*de bestiis l. 44. 45, part. animant. l. 31. 37*): PLAVT. Cas. 404 cave -xis manum (COD. Iust. 9, 39, 2, 1 si ... memorati audaces exsecutoribus -erint m. *al.*). CIC. Font. 44 -itur contra istorum impetus Macedonia. Phil. 11, 4 alteri *Antonio* se Brutus -ecit (13, 20 CAES. civ. 3, 66, 2 NEP. Hann. 5, 1. VERG. Aen. 9, 379 -unt equites sese ad divortia nota. LIV. 22, 6, 4 obviam. 24, 17, 3 ab tergo [28, 33, 6. *al.*]. *al. cf. p. 59, 56*). 12, 9 *Gallia* crudelitati M. Antoni suum totum corpus -ecit ([*in imag.*]. LIV. 35, 48, 13. SEN. epist. 82, 21. *al. v. etiam supra l. 16*). LIV. 4, 28, 2 dictator ... hosti undique -erat victorem peditem equitemque (CVRT. 3, 11, 8. *al. cf.* LIV. 22, 4, 3 -cto equitatu. FRONTIN. strat. 2, 5, 34 partem *equitatus*). 4, 28, 6 cohortes (34, 16, 2 ab tergo). 10, 13, 3 exercitum adversus ... hostem (*aliter p. 56, 18*). 24, 1, 4 turmas (AMM. 24, 6, 8 contra haec). *al.* VAL. MAX. 3, 2 ext. 3 toti Asiae -ctus *Leonidas* (*cf.* SEN. benef. 6, 31, 5 Lacones -cti). PHAEDR. 5, 10, 4 *canis* -ctus hispidi pugnae suis. SEN. benef. 4, 30, 2 qui *Fabii* hostium incursioni ... unam domum -erant. *al.* CVRT. 8, 13, 6 elephantos -erat *Alexandro Porus*. *al.*

3 *i. q. contradicendo proferre*: **a** *usu communi*: **α** *c. acc.*: CIC. de orat. 2, 230 quod esset ab eo -ctum ([*antea*: quod non provocatus responderit]. HIER. hom. Orig. in Luc. 6 p. 36, 18 e contrario. CASSIOD. in psalm. 118, 149 p. 889[B] contra peccata. *al.*). QVINT. inst. 9, 2, 16 praesumptio, quae *πρόληψις* dicitur, cum id, quod -i potest, occupamus (FORTVN. rhet. 1, 11 p. 90, 1 PS. IVL. RVF. schem. dian. 2 p. 60, 16). TERT. idol. 5 p. 34, 15 illa -i solita vox. HIL. trin. 5, 6 p. 133[B] earum quae -i soleant quaestionum (AVG. conf. 5, 6, 10 p. 83, 9 nat. et grat. 44, 52 p. 271, 11. *al.*). HIER. hom. Orig. in Luc. 7 p. 44, 3 si ... haeretici vobis tale quid -erint. EPIST. pontif. 330 Migne 20, 659[A] *sententiam*. *al.* *β seq. or. recta*: APVL. Socr. 5 p. 129 'quid igitur, orator', -erit aliqui, '... faciam?' MAXIMIN. c. Ambr. 105 unde tu statim calumniose -isti dicens: 'ergo filius dei non est sapiens?' 107 cum ... ad hoc -ctum tibi fuisset: 'an Christi appellationem humanam crederes?' ORIG. in Matth. ser. 26 p. 44, 14 ut aliquis ... -at et requirat: 'quare non dixit *eqs.*?' *γ c. acc. c. inf.*: MAXIMIN. c. Ambr. 91 tibi a Palladio -ctum est, non ideo se ad vos venisse, ut *eqs.* HIER. hom. Orig. in Luc. praef. p. 2, 1 antequam ille -at, in his Origenem tractatibus ... ludere. *δ* quod: HIER. in Gall. 1, 16 p. 326[C] Porphyrius -it, q. post revelationem Christi non fuerit dignatus ire ad homines.

b *in serm. iuris i. q. per exceptionem proferre, allegare*: *α c. acc.*: IAVOL. dig. 47, 2, 72 pr. actioni furti exceptio -itur (NERAT. dig. 44, 4, 11 pr. GAIVS inst. 4, 119. *al.* VLP. dig. 10, 4, 3, 13. *al.* PAVL. Coll. Mos. 16, 3, 1. *al.*). GAIVS dig. 40, 12, 9, 2 ut ... exceptioni rei iudicatae -atur replicatio (VLP. dig. 44, 1, 2, 1 MARCIAN. dig. 20, 6, 8, 7). inst. 4, 66 inter conpensationem ..., quae argentario opponitur, et deductionem, quae -itur ... emptori. PAPIN. dig. 31, 78 pr. herede Falcidiam -ente. VLP. dig. 15, 1, 30, 6 in dolo -endo (*ibid.* d. malum. 44, 4, 4, 31). 16, 2, 10, 3 in ... stipulatione ... poterit -i compensatio (16, 2, 13 [*e Labeone*]. PAVL. dig. 16, 2, 23 COD. Iust. 4, 31, 7. 4, 31, 8. 4, 31, 14, 1). 48, 5, 2, 1 accusanti ... praescriptio -itur (48, 5, 16, 6. 48, 5, 16, 7. 48, 16, 7 pr. COD. Theod. 4, 10 [9], 1, 2 [= Iust. 7, 10, 7, 2]. COD. Iust. 8, 35 [36], 8. *al.*). *al.* *β seq. or. recta*: QVINT. inst. 3, 6, 102 -itur (ad- *BP*) communiter a duobus: 'redire tibi in familiam non licet'. decl. 348 p. 369, 20 ut nondum -am: 'propter bellum factum est' (*AB*, esse *Obrecht, Ritter*). *γ c. enuntiato secundario*: PAVL. dig. 10, 2, 29 si -atur creditori, quod animose licitus sit. VLP. dig. 17, 2,

[Lumpe]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

16 pr. (*fort. interpol.*) nonnumquam ei -i possit, quia potuit et per alium societatem administrare.

B *latius vi impediendi attenuata -i dicuntur, quae (qui) quolibet modo opponuntur vel apponuntur:* **1** *in descriptione terrarum vel mundi:* **a** *formae pass.:* *α perf.:* Caes. Gall. 5, 13, 3 complures praeterea minores -ctae (*β*, sub- *α*) insulae existimantur (*v. vol. VII 1, 2035, 84*). 5, 13, 6 tertium *latus* est contra septentriones; cui parti nulla est -cta terra. civ. 3, 40, 2 ex altera parte molem ... naturalem -ctam. 3, 79, 7 quod *Aeginium* est -ctum oppositumque Thessaliae. Bell. Alex. 36, 3 montibus ... altis ab duobus lateribus -ctis (Mela 1, 27 mons). Verg. georg. 4, 503 -ctam ... transire paludem. Aen. 3, 534 -ctae ... cautes. Hor. carm. 2, 11, 3 Scythes ... Hadria divisus -cto. Liv. 2, 10, 1 Tiberi -cto. 31, 46, 7 promunturium (*cf.* 37, 11, 8 quae *promunturia* cornibus -ctis ab alto portum faciunt). 36, 15, 9 iugum ... orienti -ctum. 43, 9, 6 quae *pars Italiae* -cta Illyrico est. 45, 30, 3 quae *Amphipolis* -cta claudit omnes ab oriente sole in Macedoniam aditus. *al.* *β praes.:* Liv. 32, 13, 3 (*agitur de montibus Lyncon*) septentrio a Macedonia -itur. 45, 29, 8 ad septentrionem Bora mons -itur. **b** *formae act.:* Mela 2, 87 Tarraconensis ... mari latera -it. Nemes. auc. 11 patulis qua se sol -it agris. *in astrologia de oppositione:* Firm. math. 3, 3, 12 quodsi ... Luna ... se ... diametrum radiis Martis -erit (3, 6, 1 si nulla malivola stella sic positae Veneri aliqua se potestate radiationis -erit).

2 *vario usu:* **a** *c. acc. animantium (de bestiis l. 30):* Caes. civ. 3, 88, 6 quam ob causam cunctum equitatum, sagittarios funditoresque omnes sinistro cornu -erat ([ad- *Meusel; recte Kuebler confert Bell. Afr. 13, 2* equites dextro sinistroque cornu opponit]. Liv. 26, 6, 6 convertere agmen peditum -cto ab tergo e., ne hostis instaret, coepit *Hannibal*). Bell. Alex. 2, 5 subiectis ... eas *turres* rotis funibus iumentisque -ctis (*i. adiunctis; del. Scaliger, alii alia coniecerunt*) ... in quamcumque erat visum partem, movebant. Liv. 37, 23, 7 ab regiis sinistro cornu, quod ab alto -ctum erat, Hannibal ... praeerat. 37, 39, 11 laevum cornu non egere videbatur -ctis talibus (*M. Müller, v. app. crit.*) auxiliis. Cels. 7, 26, 2[N] leniter intus digiti *calculo* -endi, ne valenter promovendo *vesicam* convulnerent. Amm. 19, 6, 13 stationes muris -ctas.

b *c. acc. rerum:* Liv. 26, 42, 6 his *castris* ab tergo ... duplex vallum -ctum (31, 39, 10 hastis velut v. ante clipeos -ecit *phalanx Macedonum. aliter p. 58, 14*). 34, 38, 2 fuerat quondam sine muro Sparta; tyranni nuper locis patentibus planisque -erant murum (*aliter p. 58, 20*). Cvrt. 7, 9, 4 illos, quos utres ... vehebant, -ctae rates tuebantur. Cod. Iust. 8, 10, 11, 1 in quibus *locis* aedificia privatorum horreis publicis videntur -cta obstructione Maenianorum.

structurae indicantes, cui (rei) aliquid -atur: **A** *c. dat. passim inde a* Plavt. Amph. 190 Thebano poplo. **B** *c. praep.:* Plavt. Cist. 669 ante ostium (Liv. 31, 39, 10 a. clipeos. Cvrt. 3, 11, 8 a. ipsum currum regis). Mil. 148 ob oculos (Most. 619 ob os [Apvl. apol. 89]). Cic. Font. 44 contra istorum impetus (Pis. 81 c. ascensum transgressionemque Gallorum. Liv. 38, 4, 5 c. arcem. Plin. nat. 8, 54 c. ingruentis impetum. Ps. Qvint. decl. 12, 5 c. famem. *al.*). fam. 6, 4, 3 ad omnis casus (Verg. Aen. 2, 444 clipeos ... ad [ac *var. l. ap. Serv., Janell*] tela ... -unt. 9, 379 ad divortia. *al.* Liv. 22, 42, 6 ad praedam. Cvrt. 8, 7, 2 ad os [Tac. Germ. 3, 1]. *al.*). Varro rust. 3, 5, 14 sub retem. Liv. 32, 17, 13 prae se (36, 18, 6). Ps. Qvint. decl. 13, 10 adversus nascentem licentiam (*cf.* Svlp. Sev. chron. 2, 22, 3 adversum hos *Syros*). Greg. Tvr. Franc. 5, 16 p. 214, 15 *Theudericus* se super Macliavum -ecit (5, 25 p. 231, 10 *Dracolenus* se s. eum *Gunthramnum* -ecit). in *c. acc.* (*dub.* Cic. Cluent. 113 rem esse ullam cuiquam [*Madvig*, in quemquam *codd.*] illorum -ctam): Cic. Arch. 14 in ... dimicationes atque in ... impetus (*fort. propter inusitatum dat. pl. vocis q. e.* impetus). Gell. 2, 22, 15 in austrum. Capitol. Pert. 11, 9 in pectus. *al.* in *c. abl.:* Varro rust. 2, 5, 16 in praesepiis. Chiron 763 in verginali.

part. praes. **obiciēns,** -entis *pro subst. i. q. opponens:* Favst. Rei. grat. 1, 12 p. 44, 1 sub interrogantis vel -is persona contrarium sensum apostolus intromittit.

p. p. p. [s]**obiectus,** (-a), -um *pro subst.:* **A** *masc. i. q. adversarius* (*cf.* Gloss. V 215, 17 -us [obrectus *cod.*]: resistens. Gloss.[L] II Philox. OB 17 -is: *τοῖς ἐπαγομένοις*): Avr. Vict. Caes. 17, 4 *Commodus* immiti ... feroque ingenio, adeo quidem, uti gladiatores specie depugnandi crebro trucidaret, cum ipse ferro, -cti mucronibus plumbeis uterentur.

B *neutr.* (*c. dat. p. 60, 4 et 13; pendet* de *p. 60, 5. 10*): **1** *i. q. crimen, accusatio* (*cf.* Gloss. IV 545, 27 quod -it⟨ur⟩, obprobrium): **a** *plur.:* Qvint. inst. 4, 2, 26 -a diluit (9, 2, 93 Amm. 14, 9, 3. *al.*). 7, 2, 29 ut -a vel neget vel defendat vel minuat (Apvl. apol. 28 Amm. 14, 9, 5. *cf.* Tac. ann. 15, 57, 1 quin -a denegaret). Tac. ann. 13, 21, 1 ut nosceret -a dissolveretque. 16, 24, 1 requirens -a et expurgaturum adseverans, si notitiam criminum ... habuisset (*cf.* Serv. Aen. 1, 257 -a purgat [Clavd. Don. Aen. 4, 335 p. 403, 11 Rvfin. hist. 2, 5, 4. *al.*]. Clavd. Don. Aen. 10, 60 p. 300, 9 -orum purgatio). Qverol. p. 59, 13 R. -a repellere. Symm. rel. 38, 5 -a reticere. Amm. 16, 6, 3 -orum probatio (*cf.* Cod. Theod. 10, 10, 17 [= Iust. 10, 11, 6] etiamsi -a probaverit). 18, 1, 4 cum infitiatione defenderet -a. Clavd. Don. Aen. 1, 560 p. 111, 13 ut *Dido* non solum propter femineam verecundiam vultum deiceret, verum etiam propter -a (Conc. Rom. a. 501 p. 420, 26). Rvfin. hist. 4, 9, 2 cognoscere de -is. Avg. c. Cresc. 4, 24, 31 p. 529, 10 quod -is meis respondisti. gest. Pelag. 11, 23 p. 76, 15 haec ... sequuntur -a Pelagio. Boeth. cons. 1, 5, 8 W. de -orum tibi vel honestate vel falsitate. *al.* **b** *sing.:* Symm. rel. 28, 1 consulto ... -um provocationis admisi. Clavd. Don. Aen. 11, 390 p. 474, 29 huic -o ita respondit. Rvfin. apol. adv. Hier. 2, 10 a p. 591[C] alterius -i purgationem (*cf.* Evgraph. Ter. Eun. pr. p. 89, 4 -um purgat *Terentius*). Avg. coll. c. Don. 3, 11, 22 p. 71, 12 ad quod illi -um ... obmutescentes. 3, 17, 31 p. 80, 29 illud de die et consule -um contemnendum et removendum. c. Cresc. 4, 24, 31 p. 529, 12 iacturam huius -i. c. Faust. 22, 46 p. 637, 25 de simili -o inculpatus. grat. 5, 10 ut, nisi hoc -um sibi anathemasset, ipse inde anathematus exisset *Pelagius*. c. Petil. 3, 36, 42 p. 195, 30 ubi ad nostrum illud venit -um.

2 *i. q. pars proiecta, impedimentum* (*cf.* Synon. Cic. p. 436, 8 obstans. obpositum. officiens. obsistens. inpedimentum. -um. Gloss. V 123, 31 -um: oppositum): Avien. orb. terr. 212 seu quod collisas Thetis indignata per arces saeviat -is (*cf. 209* vastas praetendere rupes). Amm. 27, 10, 12 cum ad rupium -a venissent. Evcher. epist. ad Val. p. 721[D] nec tam longe per novorum semper graduum -a transisset *fides*.

3 *i. q. oblocutio:* Avg. anim. 2, 13, 18 p. 353, 19 haec sibi ... propositurus -a (Ps. Primas. in Rom. p. 429[B] apostolus irrationabilia -a proponit et respuit). conf. 5, 14, 24 p. 97, 9 doctos adsertores ..., qui copiose et non absurde -a refellerent (Vict. Vit. 2, 44 adversariorum -a). Cod. Theod. 3, 1, 4, 1 (= Iust. 4, 44, 15) neque inanibus immorari sinatur -is.

deriv.: obiectio, obiecto, obiector, obiectus (-ūs), obiex.

[obiciter *v. s.* ociter.**]**

obicula, -ae *f. ab* obiex *demin.* Gloss. V 606, 3 -a: parvus obex. Gloss.[L] V Aa o 37 -icia (*i.* -icla): repagula. Gloss.[L] Corp. o 108 -a: geoc-stecca (*anglosax. i. q. iugum*).

obīd- *v.* oboed-.

obiectāculum, -ī *n. ab* obiectare. [*e coni. p. 57, 42.*] *i. q. obiex, obstaculum:* Rvfin. Basil. hom. 2, 8 p. 1744[A] (*de auribus*) nihil ... aliud extrinsecus incidere inflexionum ipsa -a patiantur, quod impedire possit auditum.

obiectāmen, -inis *n. ab* obiectare. Gloss. II 283, 64 *ἔγκλημα* crimen -n.

obiectāmentum, -ī *n. ab* obiectare. *i. q. obiectatio, exprobratio:* Apvl. apol. 1 cum intellegerem non tam crimina iudicio quam -a iurgio prolata.

obiectātio, -ōnis *f. ab* obiectare. **[***falso trad., ut videtur* Mart. Cap. 9, 924 oblectationis (*b, Grotius* [*cf. ibid. 920* oblectati], -is *β ARB[1] M vulg.* ['*i. artis a me obiectae' Dick*], obiectionis *A, Meibom*).**]**

1 *i. q. actio obiectandi, exprobratio:* Caes. civ. 3, 60, 2 id ... ita esse cum ex aliorum -bus, tum etiam ex domestico iudicio atque animi conscientia intellegebant. Pavl. Fest. p. 369 velitatio dicta est ultro citroque probrorum -o. Rvstic. Conc.[S] I 4 p. 181, 32 sed hanc ⌊-em serotinus⌋ (*Lupus*, oblectationem serotinum *M*) et novellus error a veteribus mutuatus est. **2** *ap. rhet. i. q. ἀνθυποφορά, oppositio, relatio:* Schol. Pers. 1, 40 est *ἀνθυποφορά* id est -o illius culpati poetae ad Persium. **3** *i. q. impedimentum:* Ennod. epist. 9, 30, 5 p. 253, 3 nec fortitudo *Theoderici* qualibet -e confringi *potest*.

[s]**obiectio,** -ōnis *f. ab* obicere. *legitur inde a* Tert. (*p. 61, 13*), Arnob. **[***confunditur c.* subiectio *p. 61, 13. 39* (*falso trad.* Cassiod. hist. 4, 24, 16 *v. Bulhart, ALMA 24, 1954, 11*); -o *pro* abiectio Vvlg. Sirach 42, 11 *edd. post Stephanum, pro* obreptio Arnob. nat. 5, 9 *cod.***]**

i. q. actio obiciendi vel res obiecta (*maxime infra l. 82 et sub 2*; obicis -o *l. 69*, contraria -o *p. 61, 31. 77*): **1** *proprie* (*plur. nonnisi infra l. 84; c. gen. obi. praeter infra l. 80. 83 sqq.*): **a** *generatim:* Arnob. nat. 6, 3 p. 216, 9 *deos* tectorum munitionibus claudere, saxorum aut -e tutari (Serv. Aen. 11, 298 'clauso gurgite': s. -e praecluso). Hier. epist. 100, 14, 1 eos *fluctus* ... prorae -e sustentant *gubernatores* flectentes in diversum gubernacula. Rvfin. Greg. Naz. orat. 3, 7, 1 *a daemoniis* honor divinus idolorum ... -e furatur (*impeditur visus ut:* 3, 13, 4 nunc ipse *diabolus* carnis *Christi* -e decipitur [*aliter p. 61, 5*]. Orig. in num. 16, 1 p. 138, 4 demens *Balac* qui Israeliticam gratiam loci -e crederet posse celari). hist. 10, 20 p. 987, 20 velut obicis validissimi -e sublata. Orig. in num. 9, 5 p. 60, 15 (*ad num. 16, 48*) intuere stantem pontificem et -e quadam sui viventes a mortuis dirimentem (Act. Archel. 25, 8 quod *corpus* umbram s. -e generaret). Cassian. conl. 18, 14, 4 ut ne ab -e (in- *var. l.*) ... manuum procax mulier temperaret. Epiphan. Avell. p. 773, 1 Sicima ... hinc inde montium -e conclusa. Val. Cem. hom. 5, 3 p. 707[B] scuti -e. Boeth. anal. post. 2, 9 p. 750[C] (*de defectu lunae*) utrum -o aut conversio lunae aut exstinctio ([*Aristot. p. 93 b 5 ἀντίφραξις*]. *cf.* in top. Cic. 2 p. 303, 13 si luna defecerit, terrae adsit -o). Ennod. epist. 1, 18, 4 p. 30, 6 aquilas ferunt pullos ... ad solis parare radios et lucem seminis sui ... splendoris -e cognoscere. Cassiod. Ios. antiq. 13, 8 p. 370 *Gazaei* durissima -e non eum *Ionathan* suscipere ... decreverunt (*cf. gr. 13, 150 ἀπέκλεισαν ... τὰς πύλας*). *al.* *metonymice i. q. obiex, impedimentum* (*cf.* Serv. georg. 4, 421 'obice': -e. Gloss. Verg. ed. Hagen A 264 p. 460 'aggeribus ruptis': -bus dissipatis. *v. etiam supra l. 69*): Cassian. conl. 21, 33, 2 cui *igni*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

etiamsi sua illa ita . . . occurrat -o, ut exaestuare extrinsecus non sinatur. GREG. M. moral. 32, 26 p. 651D etiam in electorum corporibus crudelitate inaestimabili sine qualibet -e grassabitur *Behemoth*.

b *specialia*: **α** *i. q. oblatio, deditio*: LEO M. serm. 61, 4 p. 348A Iesus . . . adversas . . . virtutes per -em passibilis carnis elisit (*aliter p. 60, 67*). **β** *i. q. iactatio, gestatio*: CAEL. AVR. chron. 1, 1, 20 prohibitis . . . his rebus quae implere atque commovere caput valent, ut sunt ea quae cum -e plurima corporis fieri iubentur, necnon etiam circulatos ductus atque retrogressus cum saltibus.

2 *translate* (*plur. passim; accedit gen. obi. saepe, cf.* de *l. 43*, contra *l. 46*, *pendet enunt. l. 48; accedit gen. subi. ex. gr. l. 21. 39. 41*): **a** *de exprobratione, accusatione sim.*: TERT. uxor. 2, 5 l. 24 -e nominis *Christiani* (subiectione *Rigaltius*. AVG. c. Faust. 15, 9 p. 435, 20 non . . . timet ecclesia Christi istorum n. -em). SCHOL. Verg. Veron. Aen. 2, 678 feminei doloris -o. AMBR. epist. 24, 6 p. 1037A -em non timerem, non vererer criminationes tuas. HEGES. 2, 9, 1 p. 147, 9 ne . . . sit gravior . . . -um invidia quam commissorum pretia. HIER. adv. Rufin. 3, 42 p. 489A in superflua criminum -e (AVG. quaest. hept. 3, 68 p. 295, 24 calumnia non est, nisi quando falsi c. -e proximus laeditur. CONST. Sirmond. 15. *al.*). RVFIN. apol. Orig. praef. p. 548B ad omnes -es accusatorum (EPIST. pontif. 650 Cassiod. var. p. 389 l. 9). AVG. coll. c. Don. 3, 23, 41 p. 89, 19 de -e mutua. c. Cresc. 3, 26, 29 p. 435, 6 hoc retortae -is genus. serm. coll. Morin p. 297, 22 calumniatoris (*cf.* LEO M. serm. 59, 2 p. 338A post insanas calumniantium -es. RVRIC. epist. 2, 51 p. 433, 17 hominem . . . ab huius calumniae -e defendere). MART. CAP. 5, 445 'intentio' est -o eius facti, quod in iudicium venit (5, 449). *al.* *de actione iudiciali*: AVG. coll. c. Don. 1, 9 p. 43, 7 cognitor . . . dixerat . . . praescribere, ut causa non ageretur, non episcopalis, sed forensis potius esse -is.

b *de contradictione, oblocutione*: **α** *generatim*: SERV. Aen. 11, 399 quotiens argumentum non possumus solvere, aut contraria -e aut risu aut maledicto . . . adversario respondemus (RVSTIC. c. aceph. p. 1252C). PELAG. in I Tim. 2, 4 p. 480, 8 illud hoc loco solvitur de induratione Pharaonis et cetera huiusce modi -o quaestionum (AVG. c. acad. 3, 4, 9 p. 51, 25 nat. et grat. 44, 52 p. 271, 18. *cf.* GREG. M. dial. 2, 16 p. 106, 18 M. quaestiunculae). RVFIN. Adamant. 1, 21 p. 41, 19 caput -is istius protulisti. Greg. Naz. orat. 9, 1, 1 qui . . . -bus falsae scientiae verborum pugnas . . . movent. hist. 4, 24 p. 381, 9 quaestiones eorum *haereticorum* et perversas -es (sub- *N*) . . . confutando (*cf.* SALV. gub. 7, 1 ad confutationem -is istius). Orig. in exod. 5, 3 p. 187, 13 multas -es haereticorum, multas contradictiones infidelium. Orig. in num. 16, 4 p. 142, 27 videbitur -o intentata dissolvi. AVG. epist. 166, 15 p. 567, 16 -o (sub- *var. l.*) ista de adulterinis fetibus. c. Fort. 29 p. 110, 16 cum tu meis -bus responderis (pecc. orig. 18, 19 p. 180, 20 suae propositioni quasi adversantis -i. divers. quaest. 80, 3. RVSTIC. c. aceph. p. 1237D ad tuam . . . contra nos -em. *al.*). QVODV. Aug. epist. 221, 3 p. 444, 10 si quis aliquam -em aut convictionem . . . nosse voluerit. CASSIAN. conl. 6, 5 tit. -o, quemadmodum ipse deus dicatur creare mala. *al.* *in tit. libr.*: PROSP. responsiones ad capitula -um Vincentianarum. FVLG. RVSP. contra Arianos -o et responsio. **β** *t. t. rhet. i. q. ἀνθυποφορά, ὑποφορά, ἔνστασις, oppositio, relatio, subiectio* (*cf.* PS. IVL. RVF. schem. dian. 4 p. 61, 5 *ἀνθυποφορά* . . . Latine dicitur oppositio vel -o. *v. etiam Ernesti, Lex. techn. graec. rhet. p. 111 s. v. ἔνστασις*): SERV. Aen. 2, 646 'exuviasque petet': quasi -o: 'sed spoliatum linquet cadaver', et responsio: 'facilis iactura sepulcri' (SERV. auct. Aen. 9, 138 SCHOL. Hor. ars 10 Iuv. 10, 324. *al.*). SERV. auct. Aen. 4, 569 'varium et mutabile semper': haec . . . -o est: sed amat. SCHOL. Hor. sat. 1, 1, 51 'at suave est': -o (*cf. Porph. ad l.*: per *ἀνθυποφοράν*). COMMENT. Lucan. 4, 488 'non tamen . . . cadendum est': -o: sed melius est pugna mori. *al.* SCHOL. Pers. 1, 28 'at pulchrum est . . .': -o stulti poetae. Iuv. 10, 346 'nihil ergo optabunt homines?': -o cum interrogatione. PELAG. in Rom. 3, 4 p. 28, 25 huc usque -o cucurrit; iam incipit apostolus respondere. in Eph. 5, 31 p. 378, 18 -o ex persona carnaliter amare volentium. *al.* AVG. nat. et grat. 10, 11 p. 239, 24 *Pelagius* oblitus est iam se illi respondere . . ., cuius -em paulo ante proposuerat dicentis *eqs.* (*cf. ibid. l. 10* sed obiecit sibi quasi ab alio dictum et ait *eqs.*). MACR. somn. 2, 12, 14 breviter tantae -i valideque respondit *Plotinus* (*cf. antea*: Plotinus . . . obiecit sibi *eqs.*). *al.* **γ** *in serm. iur. i. q. allegatio, exceptio*: COD. Theod. 5, 13 (14), 30, 3 (= Iust. 11, 59 [58], 7, 2) nemo . . . qualibet meriti et potestatis -e submoveatur, quominus *eqs.* 7, 20, 12, 2 nulli . . . tali excusari -e permittimus (*cf. antea*: obiectu piae religionis). 7, 21, 3 pr. *ne* talis se impetrati quisquam -e defendat (*synon. ibid. 2* excusatio).

c *de qualibet propositione, oppositione*: RVFIN. Orig. princ. 3, 1, 4 p. 199, 31 adversas concupiscentias . . . rationis -e depellunt. COD. Theod. 9, 6, 4 (= Iust. 4, 20, 12) improbas voces poenae -e praecludimus. CASSIAN. conl. 19, 14, 2 contrariis semet ipsum -bus . . . exerceat (*cf.* 19, 15 per -em contrariarum rerum). 22, 10, 2 scripturarum -e. CONC.S II 3, 1 p. 163, 31 si talem ei . . . episcopus fecerit -em (*gr. II 1, 1 p. 175, 3 πρότασιν, cf. antea*: obtulit ei interrogationem). *pressius de comparatione* (*gr. resp. ἀντιπαράθεσις*): CASSIOD. Ios. c. Ap. 2, 238 accusatoribus . . . per -es suas nos increpare volentibus (*agit de comparatione christianae et iudaicae religionis*).

[obiectīvus *in var. l. v. p. 55, 55.*]

obiecto, -āvī, -ātum, -āre. *ab* obicere. *formae stirp. perf. plenae* TAC. ann. 1, 44, 5 -issent (*cf.* OROS. hist. 2, 18, 2 -isset), *breviores* Ps. QVINT. decl. 13, 14 -asset (SVLP. SEV. chron. 1, 35, 8. *cf.* APVL. apol. 3 -asse). NOT. Tir. 12, 103 (*post* iactat . . ., coniectat, *ante* deiectat). GLOSS. -at: opponit, spargit. obviat. -are: obicere. GLOSS.L III Abstr. OB 12 -ant: obiciunt aut opponunt. V Aa o 41 -are: opponere, dicere (obicere *Acc.*), increpare. *legitur inde a* PLAVTO, *? ENNIO (v. infra l. 76)*, CATONE, PACVVIO, TITINIO, ACCIO, POMPONIO, CIC. [*confunditur in codd. c.* obicere *ex. gr. l. 24. 45* (*sed restituitur l. 34*), oblectare *l. 60. p. 63, 50* (*sed restituitur l. 80. p. 63, 18. 42*), subiectare *p. 63, 49. e coni. pro* iactare LIV. 41, 10, 6 (*v. vol. VII 1, 56, 25* -asset *Madvig, Zingerle*).]

i. q. obviam iactare, mittere, statuere sim. (*reflexive l. 15. p. 63, 41; acced. dat. e. g. l. 17. 65 et 76;* pro se *p. 63, 28*): **I** *porrigendi, offerendi causa* (*reflexive l. 73. p. 63, 23*): **A** *exprobrando*: **1** *c. acc.* (*obi. suppl. l. 21,* de navibus *l. 19*): **a** *rerum*: PLAVT. Most. 16 rus mihi tu -as? Trin. 654 inopiam . . . tibi. 694 tibi sit emolumentum honoris, mihi quod -ent siet (CLAVD. DON. Aen. 10, 80 p. 304, 4 de conversis . . . navibus. *cf.* CATO orig. 95g id. APVL. apol. 3 quae ipse possit aliis vere -are). ACC. trag. 92 cedo ecquid te redhostit, itum cum eas?:: hem -et (*Fest.*, obbiet, obtet *Non.*) facilius (*v. Delz, MusHelv. 12, 1955, 274sqq.*). CIC. dom. 76 in isto tuo maledicto probrum . . . mihi nullum -as (SALL. Iug. 85, 14 mihi fortuna, illis probra -antur [obiciuntur *V*]. PAVL. FEST. p. 47 TAC. hist. 2, 30, 3). Planc. 76 mihi lacrimulam. CAES. civ. 3, 48, 2 famem nostris. SALL. Iug. 94, 4 Mario vecordiam. or. Lep. 18 mihi possessiones ex bonis proscriptorum. LIV. 9, 34, 14 contagio eius . . . criminis -ta . . . est. TAC. hist. 1, 60 Trebellius seditionem et confusum ordinem disciplinae Caelio, spoliatas et inopes legiones Caelius Trebellio -bat. 1, 74, 1 stupra ac flagitia in vicem (2, 44, 1). ann. 4, 52, 1 crimen impudicitiae (APVL. apol. 25 flor. 3 p. 16. SYNON. Cic. p. 428, 20 criminatur. c. -at. *al.*). *al.* *c. additamentis explic.*: GELL. 13, 22 (21), 1 cui hoc M. Tullius pro turpi crimine -vit. TERT. pudic. 1 p. 220, 19 in notam levitatis (obiicient *trad.*). LACT. inst. 4, 16, 1 velut obprobrium. **b** *animantium* (*per breviloquentiam pro rebus positorum*): OV. met. 2, 400 *Phoebus* natum (*i. mortem Phaethontis*) . . . -at et imputat illis *equis*. SEN. dial. 7, 27, 5 mihi ipsi ⌊Alcibiadem et Phaedrum⌋ (*Erasmus, trad. corrupt.*) -ate. TAC. hist. 4, 42, 2 ut . . . datam interfectori Pisonis pecuniam a Regulo adpetitumque morsu Pisonis caput -ret (*item c. p. p. p. praedic.*: ann. 13, 43, 2 acerbitate accusationis . . . Pomponium . . . detrusum . . . Suillio -bant. IVST. 22, 7, 10 Hannonem falsa . . . invidia circumventum. HEGES. 1, 37, 2 p. 73, 13 *Mariamme* -vit marito iussu eius sibi fratrem ereptum).

2 *c. (acc. c.) inf.* (*cf. et l. 39*): PLAVT. Merc. 411 maledicentes homines uxori meae mihique -ent (obicient *B*) lenocinium facere (*item c. inf. solo*: TAC. ann. 3, 49, 1 Clutorium . . . corripuit delator, -ans aegro Druso composuisse *carmen*). LIV. 10, 15, 12 nobilitas -are Fabio fugisse eum Ap. Claudium collegam. TAC. ann. 16, 22, 1 quin et illa -bat, principio anni vitare Thraseam sollemne ius iurandum *eqs.*

3 *c. enuntiato secundario*: TAC. ann. 16, 7, 2 missa ad senatum oratione . . . -vit . . . Cassio, quod . . . C. Cassi effigiem coluisset (EPIST. pontif. 592 Schwartz p. 71, 2). AMM. 29, 2, 27 cum -retur ei *municipi*, quam ob rem constellationem principis collegisset (*cf. relat.*: AVG. c. Pelag. 2, 2, 4 p. 463, 7 desinant . . . Pelagiani catholicis -are quod non sunt). PS. RVFIN. in Am. 4, 4—6 p. 1071C Israeli insultanter -at, ut studiis, quae elegit, immineat, et Bethel atque Galgal . . . frequentare non desinant.

4 *absol. et c. adv.*: TAC. ann. 4, 11, 2 (*de morte Drusi*) neque quisquam scriptor tam infensus extitit, ut Tiberio -ret, cum omnia alia conquirerent. LACT. inst. 5, 19, 12 ut ipsi -ant (oblectant *R*).

B *prodendo, exponendo sim.*: **1** *c. acc. rerum* (*sc. ad animantia pertinentium*): PACVV. trag. 168 quod ego in acie . . . -ans vitam bellando aptus sum (CLAVD. rapt. Pros. 3, 365 procellis. *cf.* AMM. 27, 6, 9 salutem pro periculorum sociis). VERG. georg. 4, 218 corpora (pectora *P*) bello -ant *apes*. Aen. 2, 751 caput -are periclis (SVLP. SEV. chron. 1, 35, 8. *cf.* SIL. 3, 121 -as . . . c. telis. 15, 39 armisonae c. -are procellae. *v. l. 72*). 12, 230 (*verba Iuturnae*) non pudet . . . pro cunctis talibus unam -are animam (STAT. Theb. 11, 160 animas. ARNOB. nat. 2, 45 p. 84, 8 morbis). SIL. 4, 415 pectus. RVFIN. hist. 8, 9, 4 cervices caedentibus -bant (11, 3 p. 1004, 13). PAVL. NOL. carm. 26, 402 -are manus flammis. *immergendo*: VERG. georg. 1, 386 (*de avibus aquatilibus*) caput -are fretis.

2 *c. acc. animantium*: se: TITIN. com. 69 magis quae famae ⟨se⟩ -rent, ne eam male factis nobilitarent. LIV. 25, 19, 16 telis. AMM. 20, 7, 12 periculis. RVFIN. hist. 5, 1, 6 cruciatibus. *al.* *alios*: SALL. Iug. 7, 1 statuit eum -are periculis ([*fortasse ex Ennio, cf. l. 65 et Skard, Enn. u. Sall. 43*]. TAC. hist. 2, 33, 2 AMM. 21, 13, 2 SVLP. SEV. chron. 1, 34, 6). LIV. 6, 27, 6 plebem . . . hostibus. TAC. ann. 2, 5, 1 Germanicum . . . dolo simul et casibus. TERT. scorp. 6 p. 156, 21 homines violentiae (oblect- *trad.*). AMM. 14, 11, 17 uncis furialibus. PRVD. apoth. 5 neci. THEOD. MOPS. in Phil. 1, 27 p. 213, 15 passionibus.

C *quolibet modo*: **1** *proprie* (*escam praeter p. 63, 7; c. acc. praedic.* comedendum *p. 63, 4*, invadendum *p. 63, 8*, mandendum *p. 63, 5*, obsorbendum *p. 63, 4*): POMPON. Atell. 177 illi valent, qui (vi *add.*

[Lumpe]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Ribbeck) luctantur cum leonibus: ⌊et te⌋ (ei te *Harl.*[1], *Flor.*, eis tete *Ribbeck*) -es frustatim passerinum prandium? Sen. clem. 1, 13, 2 quibus *ministris* non aliter quam bestiis homines -at *rex* ([*in imag.*]. Lact. mort. pers. 21, 6 his *ursis* h. non plane comedendi, sed obsorbendi -bantur). Mela 2, 29 Diomeden ... inmanibus equis mandendos solitum -are advenas. Plin. paneg. 28, 3 quod ... antea principes ad odium sui leniendum tumentibus (*sc. ira*) plebis animis -bant, id tu ... innocens populo dedisti. Tert. pall. 5, 6 Vedius Pollio servos muraenis invadendos -bat. Ivl. Val. 1, 7 p. 14, 11 quisque ... subcubuerit legibus tristioribus, huiuscemodi melius -bitur lanienae (*sc. capite damnatus*). Arnob. nat. 1, 26 p. 17, 8 nos feris et beluarum laniatibus -atis. Heges. 3, 20, 2 p. 223, 8 cum ceto -retur *Andromeda*.

2 *translate* (*sc. ea, quae percipienda proponuntur; c. acc. c. inf.* Ivst.): Ivst. 26, 1, 9 *Hellanicus* -ans singulis se ... desertae *patriae* ultorem futurum. Ambr. Cain et Ab. 1, 9, 34 p. 368, 10 qui *Pharisaeus* ieiunia sua velut beneficia enumerabat et tamquam -bat deo. Didasc. apost. 21, 1 *episcopus* non ... reminiscens eam, quae super paenitentes est, bonitatem eius nec -ans (*Hauler*, oblect*ns *trad.*, *def. Tidner*, *Komm. 146*) eos, qui tales sunt et ... in penitentia acciperunt remissionem a deo (*Const. apost. 2, 21, 8 λαμβάνων σκοποὺς τῶν τοιούτων*). Prvd. ham. 626 dominum ... vera -antem mortalibus. c. Symm. 2, 310 quid mihi tu ritus solitos ... -as ...? Avg. gen. ad litt. 4, 7 p. 103, 2 quamvis ... se -ent mentis aspectui quasi corpusculorum quaedam simulacra (Clavd. Mam. anim. 1, 21 p. 76, 10 non se nunc aliqua veluti corpuscula oculis mentis -ent. 1, 24 p. 85, 19 ille prae oculis eius *hominis* imaginum corporearum tumultus se semper -ans). Clavd. Mam. anim. 1, 12 p. 53, 11 quod iste corporis advocatus aut philosophicam de substantia incorporali sententiam ... nequaquam pro se -are debuerit.

II *opponendi causa*: **A** *obloquendo* (de re *l. 34, seq. or. recta l. 40*): Plavt. Most. 810 ah, cave tu illi -es nunc in aegritudine, te has emisse. Tert. coron. 10 l. 66 ut ... nullam earum *causarum* rationis patrocinio fultam probemus, quo posset habitus huiusmodi quoque communioni vindicari, sicut et quidam, quorum exempla nobis -antur. Avg. bapt. 1, 1, 1 p. 145, 8 ea refellere, quae de hac re nobis Donatistae -are consuerunt. Mart. Cap. 8, 848 hac quaestione consummata alia subtilior de spatiis imparibus -atur. Boeth. in top. Cic. 2 p. 292, 21 quin etiam -are ipsi aliquid et resolvere ob ecta conantur. Facvnd. defens. 7, 4 p. 689[D] quod videmus ab eorum sociis ... -ari, non omittimus simili ratione refellere. 8, 5 p. 726[C] si cav llari quisquam volens -et eis ac dicat: quid commeruit ...?

B *vario usu* (*refl. l. 46*): Ov. hal. 91 num vada subnatis imo viridentur ab herbis -etque (*sc. imum; sic Heinsius*, oblectetque *A*) moras et molli serviat algae (*item mera vi impediendi*: Amm. 19, 7, 5 ut excogitari possit, quid exitio ita atroci -retur). Sil. 2, 194 ora (*cf.* Stat. Theb. 8, 723 manus. Clavd. 17, 98 membra). 10, 176 hunc *Paulum* -antem sese. Stat. Theb. 2, 602 clipeum (Prvd. psych. 503. *cf.* Stat. Theb. 10, 412 mucronem. Ps.-Qvint. decl. 13, 14 telum). Oros. hist. 2, 18, 2 cum e diverso concurrentes sibi ambo fratres mutuo casus -isset (sub- *L; sec. Iust. 5, 11, 8* utrumque ... pugnae obtulisset). Anon. Vales. 9, 42 *Zeno* -ans (oblectans *B*) militem, post biennium veniens, obsidens civitatem Constantinopolim.

deriv.: obiectaculum, obiectamen, obiectamentum, obiectatio.

obiector, -ōris *m.* *ab* obicere. *i. qui aliquid obicit*: Non. p. 130, 19 infitiatores sunt falsi criminis -es (*cf.* Epist. pontif. 761 Schwarz p. 154, 20 convicia sunt ista, non criminum probamenta, nescio utrum quibus obicitur falsum, an falsis -bus inimica). Ps. Arnob. confl. 1, 13 p. 261[B] dicant nunc iudices -i huius sententiae, quam protulit ad hoc, ut doceret *eqs.*

1. obiectus, -a, -um *v. s.* obicio.

[2. obiectus, -ūs *m.* *ab* obicere. *maxime abl.* -u: *singulis locis apud* Cic., Caes., Verg., Melam, Plin. epist., *duobus apud* Qvint. inst., *ternis apud* Sen. philos., Colvm., Plin. nat., *quattuor apud* Tac.; *acc.* -um *nonnisi* Lvcr. 4, 847 Chalc. transl. p. 40[B] Symm. rel. 19, 2; *nom.* -s *praeter* Char. gramm. *et* Gloss. *rarius quam abl. inde ab* Edicto imp. Constant. de accus. (*p. 64, 75*), Pallad. 4, 11, 8, Clavd. Don. (*bis*); *plur. nonnisi acc.* (Stat. Theb. 10, 526 Tac. ann. 14, 8, 1) *et abl.* (Arnob. nat. 6, 3). *de notione*: Char. gramm. p. 452, 11 B. -s *προβολή, ἀντίθεσις* (*cf.* Gloss.). Gloss. *περίφραξις*. -u: oppositione. *legitur inde a* Cic. (*v. supra*). ⌈*dub. vel falso trad.* -u *pro* obiecto Nep. Hann. 52 (*restituitur p. 64, 20*), subiectu Chalc. comm. 124.⌉]

i. q. actus obiciendi, obiectio (*adhibetur pro ipsa re obiecta ex. gr. l. 80. p. 64, 7. 14. 17. 61. 62. 65*): **I** *-s fit opponendi causa*: **A** *strictius c. respectu impediendi* (*c. gen. obi. praeter l. 75. p. 64, 7*): **1** *generatim*: Cic. rep. 4, 1 ea denique ⌊-u mutuo aeque⌋ (*L. Mueller*, -um vivo atque *codd. Non.*, -u suo *edd. vet.*) umbram noctemque efficiat. Sen. benef. 5, 6, 4 (*de defectione solis*) infra ipsum solem orbem suum posuit et illum -u sui abscondit luna (Ambr. off. 2, 4, 11 p. 106[C] [*pertinet ad V. T. num. 16, 48*] *Aaron* -u s. statuit mortem). nat. 4, 2, 8 Nilus ... ne in latitudinem excedat, -u montium (*i. montibus obiectis*) pressus (Symm. or. 2, 4. *cf.* Sol. 37, 1 *Euphrates* luctatur cum montis Tauri -u). 6, 1, 6 ignis ille caelestis non transverberat terram, sed exiguo eius -u retunditur. Colvm. 3, 19, 2 ne semina exarescant, ... ventum solemque vitare, qui uterque ... arcetur -u vestis aut cuiuslibet densi teguminis. 8, 17, 10 maris atrocitas -u crepidinis frangitur. Mela 2, 16 frigora -u frondium cultores arcuere. Plin. nat. 2, 47 manifestum est solem interventu lunae occultari lunamque terrae -u (Chalc. comm. 66 Ambr. hex. 4, 3, 11 p. 118, 10. Boeth. anal. post. 2, 2 p. 744[D] *defectus lunae est* privatio luminis ... a t. -u [*cf. ibid.* obiecta terra, *Aristot. p. 90 a 16 ὑπὸ γῆς ἀντιφράξεως*]. Isid. nat. 21, 1 [= Svet. frg. p. 213, 2]). Qvint. inst. 11, 3, 21 finditur ... spiritus -u aliquo (Pallad. 4, 11, 8. 12, 7, 2). *al.* Tac. hist. 5, 14, 2 cuius *molis* -u revolutus amnis adiacentibus superfunderetur (Sidon. epist. 1, 5, 5 molium publicarum). Apvl. apol. 33 interfemineum tegat et femoris -u et palmae velamento. Arnob. nat. 6, 3 p. 216, 23 (*de templis*) quo minus *dii* se saepiant et eorum (*sc. molium marmorearum sim.*) -bus coerceantur inclusi. 7, 46 p. 280, 10 cuius *obstaculi* sese -u atque oppositione protexerit *serpens*. Ivst. 1, 8, 2 -u fluminis (*i. flumine obiecto*) fugam difficiliorem (Oros. hist. 2, 7, 1. 6, 21, 14). Chalc. transl. p. 40[B] qui *motus* semper ultra procedere gestiens eiusdem atque immutabilis naturae coercitione intra -um eius *naturae* rotabundus teneretur (Hil. in psalm. 2, 32 p. 61, 13). *al.*

2 *in defensione vel oppugnatione hostium*: Lvcr. 4, 847 prius ... quam daret -um parmai laeva per artem. Caes. civ. 2, 15, 3 sub tecto miles dextra ac sinistra muro tectus, adversus plutei -u ([*Aldus*, obiecto *codd.*]. Amm. 20, 6, 3 -u vinearum pluteorumque). Stat. Theb. 10, 526 illi portarum -us minuunt (Oros. hist. 6, 2, 11). Mod. dig. 29, 5, 19 auxilium ei *domino* familia ferre debet ... -u corporis (Gild. Brit. 95 chron. III p. 78, 23. *cf.* Ps. Rvfin. Ios. bell. Iud. 6, 10 p. 791, 7 disiectis muri partibus -u corporum praemunitis). Lampr. Heliog. 14, 6 in angulum se condit -uque veli cubicularis ... se texit. Alex. 51, 4 quem *Vlpianum* saepe a militum ira -u purpurae ... defendit. Symm. or. 1, 5 Marium ... -u quodam prioris evasisse reverentiae. Amm. 15, 4, 9 -u turmarum hostilium repercussi *scutarii*. 31, 8, 1 barbarorum catervas ... clauserunt aggerum -u celsorum (Clavd. Don. Aen. 10, 70 p. 302, 23 aggeris). Clavd. Don. Aen. 10, 775 p. 387, 31 -u clipei occurrentis excussa est *hasta* (12, 540 p. 615, 15). Mythogr. 2, 53 p. 92, 32 -u ... a Minerva Gorgonae capitis prostrati *Titanes*. Heges. 3, 5, 3 p. 194, 12 quae *Sepphoris urbs* ad custodiam totius gentis oportuno quodam in hostem -u occurreret. *al.*

3 *de contradictione, oblocutione*: Clavd. Don. Aen. 4, 380 p. 409, 1 nec ea, quae dicis, -u cuiuspiam disputationis expugno. 5, 640 p. 497, 28 quod ... potuit ... -u contradictionis excludi. Ambr. fid. 4, 9, 96 p. 636[A] inaequalitatem ex generationis -u probare. Leo M. serm. 43, 2 p. 282[B] ut de -u contrariorum sumatur materia querelarum. Clavd. Mam. anim. 1, 1 p. 23, 17 auctoritatem -u rationis eludunt. Greg. M. epist. 9, 218 p. 208, 31 ne forsitan ab hoc pravae se consuetudinis quisquam velit -u defendere. *in serm. iuris i. q. allegatio, exceptio*: Symm. rel. 16, 1 ne existimarer offensus liberae quidem, sed inmaturae vocis -u. 19, 2 -um cassae praescriptionis amovimus. 39, 3 -u Constantinianae legis. Cod. Theod. 2, 27, 1, 1 absque ullo sequestrationis -u ... manum defuncti probare. 7, 20, 12, 2 latere -u piae religionis (*cf. ibid.* excusari obiectione). 10, 26, 2 nec ... severitatem iudiciariam ullo cinguli frustrabuntur -u. 11, 30, 39 appellationis. 12, 1, 155 paternae dignitatis. Novell. Valent. 31 pr. cum is, a quo discessit obnoxius, triginta annorum repellatur -u. Cod. Iust. 2, 53 (54), 5 cum exceptionis annuae, quae huic obici solet, -u res vindicare non prohiberis. Lex Visig. 4, 2, 1 absque aliquo -u. 5, 4, 17 fraudis inprobitas praecepti huius coerceatur -u.

B *latius de qualibet oppositione*: **1** *in descriptione regionum* (*cf. fortasse l. 14. p. 63, 80*): Verg. Aen. 1, 160 insula portum efficit -u laterum ([*cf.* Gloss. IV 455, 25 *ad l.*: obpositione]. *inde* Clavd. Don. Aen. 1, 170 p. 38, 30). Plin. nat. 3, 151 quarum *insularum* -u portus efficitur *Brundisii* (*cf.* 9, 6 huius *paeninsulae* -u vastus efficitur sinus). Tac. hist. 3, 9, 1 *Caecina* tutus loco, cum terga flumine, latera -u paludis (*i. obiecta palude*) tegerentur. ann. 4, 67, 2 caeli temperies hieme mitis -u montis, quo saeva ventorum arcentur (Gell. 12, 13, 27 regiones, quae Tauri m. -u separantur. Pallad. 1, 7, 3. *cf.* 1, 5, 5 culminis). Heges. 3, 6, 1 p. 195, 5 cuius *regionis Tyriorum* -u Galilaeae spatia definiuntur. **2** *alia*: Tac. ann. 14, 8, 1 hi molium -us (*i. obiectas moles*), hi proximas scaphas scandere. Plin. epist. 2, 17, 7 huius cubiculi et triclinii illius -u includitur angulus. Pallad. 12, 13, 5 ut capita gregis ... avertantur a solis obiectu (Ps. Lact. Plac. fab. Ov. 15, 15 [*textu vel intellectu turbato; Ov.* obitu]. Avg. civ. 10, 2 p. 404, 25 D.).

II *-s fit porrigendi, offerendi causa*: **A** *quolibet modo*: Colvm. 6, 36, 4 -u asinae cum superiectum *admissarium* eblanditi sunt *magistri*. Tac. Germ. 8, 1 acies inclinatas iam ... a feminis restitutas *esse* constantia precum et -u pectorum et monstrata comminus captivitate. **B** *exprobrando* (*c. gen. subi. l. 80*): Edict. imp. Constant. de accus. (CIL III 12043) 15 eiusmodi -s (*sc. crimen maiestatis; sim.*: CIL V 2781, 6). Ambr. epist. 1, 4 p. 878[A] creaturam ... Christum dicere pro -u contumeliae est, non pro confessione reverentiae. Avg. epist. 211, 14 p. 368, 17 quaecumque *nonna* ... criminis -u alteram laeserit (Ivlian. in Iob 23, 11 Cod. Theod. 9, 1, 19, 1 [= Iust. 9, 2, 17, 1]. Oros. hist. 7, 13, 2. *al.*). Mart. Cap. 3, 263 quo virginis *Minervae* -u perterrita *Grammatice* ... inquit *eqs.* 5, 452 in hoc -u: 'pocula ... furatus es'. Ven. Fort. carm. 5, 14, 12 furti ex -u. Evang. de nativ. Mar. 2, 2 cuius opprobrii -u pudore magno suffusus Ioachim ad pastores secessit.

[Lumpe]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

***obiex** (ōbex *v. l.10.21*), obicis *f. et m.* *ab* obicere (*ita etiam* GELL. 4, 17, 10 EVTYCH. gramm. V 455, 11). *ad formas et mensuras praefanda monuit M. Leumann haec: vocem sermonis poetici propriam* VERG. *et* LIV. (*in I^a dec.*) *ex Ennio sibi adscivisse videntur.* obic- *pronuntiabatur* obi̯ic- *ad instar verbi* obiicit (*i.* obi̯icit, *v. supra p. 53, 81*), *unde nom.* obiex; *sed grammatici recentiores in ablativo dactylico* -e (*sim.*) *scriptura decepti* o *vocalem productam voluerunt* (*sc.* ōbic-), *unde nom.* obex (ō-), *fictus sine dubio ab interpretibus Vergilii; unus* SIL. *plur.* -es *pro anapaesto posuit.* *scrib. nom. sg.* obiex GLOSS. V 622, 11, obex SERV. georg. 4, 421 Aen. 10, 377 CLAVD. DON. Aen. 10, 425 p. 347, 6 EVTYCH. gramm. V 455, 11 RVFIN. Orig. in Rom. 7, 19 p. 1156^B SIDON. carm. 2, 492 ALC. AVIT. carm. 1, 281 epist. 90 p. 98, 18 SIGISM. Alc. Avit. epist. 78 p. 93, 3. 93 p. 100, 17. 94 p. 101, 12 GLOSS. II 343, 22 NOT. Tir. 100, 44^a, obix *in var. l.* SERV. Aen. 10, 377 (*F*). ALC. AVIT. carm. 1, 281 (*LN^1*); *ceteri casus* obic- *inde a* VERG. georg. 2, 480, obiic- GLOSS. V 622, 11 (*cf. l. 20*). *de mensura* (*cf.* GELL. 4, 17, 10sqq. quaerimus igitur, in '-bus' o littera qua ratione intendatur ...; memini Sulpicium Apollinarem ... '-es' et '-bus' o littera correpta dicere, in Vergilio quoque sic eum legere [*seq.* georg. 2, 480] ...; sed ita, ut diximus, i litteram, quae ... gemina esse debet, paulo uberius largiusque pronuntiabat): ōbex SIDON. carm. 2, 492 ALC. AVIT. carm. 1, 281; obic- *prima producta inde a* VERG. georg. 2, 480 OV. met. 3, 571, ŏbĭc- SIL. 4, 24. 13, 252. *de genere* (*cf.* SERV. georg. 4, 421 melius 'hic -x' quam 'haec -x' dicimus. Aen. 8, 227 hanc -em dicimus ...; dubitant enim multi, utrum masculinum sit. 10, 377 modo usus habet, ut 'hic -x' dicamus ...; antiqui etiam 'haec -x' dicebant...; Caper tamen ... probat dici et 'hic -x' et 'haec -x', quod, ut diximus, hodie de usu recessit. DVB. NOM. gramm. V 585, 30 -es generis masculini): *exempla certa fem. inde a* VERG. *p. 66, 21,* LIV. *66, 24 (e coni. dub.* PLAVT. *l. 55), masc. inde a* SEN. *philos. l. 72,* SIL. *l. 73; ambiguum per var. l. e. g.* OV. *l. 67.* *de formis* (*cf.* PHOC. gramm. V 428, 28 ablativum tantum in singulari numero): *non inveni nisi abl. pl.* -bus *inde a* VERG. georg. 2, 480 (*vix recte conicitur* CAES. civ. 3, 54, 2 *l. 56*); *abl. sing.* -e *inde a* VERG. georg. 4, 422 (-i *nonnisi var. l.* HIL. in psalm. 68, 29 p. 338, 2 COD. Theod. 9, 7, 7); *nom. acc. pl.* -es *inde a* LIV. 6, 33, 11; *acc. sg.* -em *inde a* TERT. scorp. 10 p. 168, 29 (*vix recte conicitur* PLAVT. Persa 203 *l. 55*); *nom. sing.* -x *inde a* SERV. georg. 4, 421 (*v. l. 10*); *gen. sing.* -is *inde a* RVFIN. hist. 10, 20 p. 987, 20. NOT. Tir. 100, 44^a (*antec.* repagulum). *de notione:* PAVL. FEST. p. 187 -es: pessuli, serae. SYNON. Cic. p. 420, 16 B. clausulae; muri; claustra; -es. GLOSS.^{L} II Philox. OB 14 -es: *ἀντηρίδες, ἀντιθέσεις.* III Abstr. OB 14 -es: qui opponuntur. 22 -em: oppositionem (GLOSS. IV 128, 3 o. sive munitionem. V 507, 58 o., offendiculum). GLOSS. *καταράκτης.* pessulus. -em: intentionem (*fort. pro* munitionem). -es: qui opponuntur contrario. *legitur inde a* VERG., OV., *in prosa or. apud* LIV. (*I^a dec.*) PAVL. FEST., SEN., TAC., PLIN. *posterosque* (*e coni. dub.* PLAVT. *l. 55,* CAES. *l. 56*). [*pedem.* úves; (*obex + helix* >**olex*>) *francog.* (h)eusse, housse, *pic.* ǫ̈š, *wall.* was, węs, *norm.* eusse, euche, *pict.* leuze, lede, *burg.* eusse, *camp.* (h)eusse, usse, ǫf, *loth.* osse o(u)che *etc., comit.* ouce, euce *etc.; francoprov.* ǫ̈s, áodzə, üδə *etc.; langued.* oche, olze '*παραξόνιον, ἔμβολον, axedo*'; *francog. med.* (e)usse, *occ.* hüs, usse, *pict.* üs, *biturig.* üs; *delph. med.* üfo, *prov.* üfas, ufyas, üf, *langued.* üso '*supercilium*'; *cf. M.-L. 6011a. Wartburg VII 262—263. Wagner II 189. G.*] [*confund. c.* helix VEG. mulom. 1, 42, 2 (*cf. l. 47*). *e coni.* PLAVT. Persa 203 (-em *pro* obieci *Valla, alii alia*). CAES. civ. 3, 54, 2 obstructis ... portis et ... obiectis (ob⟨icibus ad⟩iectis *Meusel, Klotz*).]

i. q. res, quae obicitur vel opponitur fere ad impediendum vel claudendum sim. (*fere i. q. obiectio ex. gr. l. 77. p. 66, 18. 21. 37. 67. 69. 67, 3; c. gen. poss. passim, explic. ex. gr. p. 66, 7. 11. 18. 23. 26; in fig. etym. p. 66, 62 cf.* obiectio -is *p. 66, 60*): **1** *proprie:* **a** *strictius i. q. tignum transversum:* *α i. q. pessulus, repagulum* (*ad rem v. Blümner, Privataltertümer 22sqq. Marquardt-Mau 230, 3*): VERG. Aen. 8, 227 *Cacus* deiecit saxum, ferro quod et arte paterna pendebat, fultosque emuniit -e postis (*cf. p. 66, 18 et Ladewig-Schaper-Deuticke ad l., v. etiam* CLAVD. DON. Aen. 8, 230 p. 148, 11 *ad l.*). 11, 890 pars *sociorum* caeca ... arietat in portas et duros -e postis. OV. met. 14, 780 quas *portas* -e firmo (firma *F, codd. rec.*) clauserat Iliades (CLAVD. DON. Aen. 9, 45 p. 193, 14. CYPR. GALL. Ios. 139 -e firma). LIV. 6, 33, 11 Romanos ... molientes ... -es portarum (TAC. hist. 3, 30, 1 ferrati p. -es [AMM. 21, 12, 13 ferratas p. -es effringendas]. AMM. 24, 5, 2 diffractis p. -bus. *al. aliter p. 66, 27*). SEN. Herc. f. 999 huc eat et illuc valva deiecto -e rumpatque postes. SIL. 4, 24 robora portis et fidos certant -es accersere silva. 13, 252 tum cardine verso obnixi *Campani* torquent -es, munimina sera. HOMER. 760 vastis undique firmant -bus muros. PAVL. NOL. carm. 16, 91 nullius -e claustri ille repellendis locus obsistebat iniquis. Ps. PROSP. carm. de prov. 837 carcer sponte patet, sera non tenet -e valvas. *al.* *β i. q. παραξόνιον, ἔμβολον, axedo:* CLAVD. carm. min. 30, 167 perfidus -e regis prodidit Oenomai deceptus Myrtilus axem (*cf.* SIDON. carm. 2, 492 quem *Oenomaum* fraude cadentem cerea destituit resolutis axibus -x). MARCELL. med. 33, 65 -em, id est axedonem. *γ in patibulo:* GREG. TVR. Franc. 6, 8 p. 278, 17 quoadusque, disruptum (disrupto *D*) -e cum catenis, terrae restitueretur adpensus.

oblectātor, -ōris *m.* *ab* oblectare, *cf.* 1. delectator. *de origine*: ISID. orig. 10, 199 (= GLOSS. V 88, 17) -r (*trad.* -tur, *sed cf. Lindsay, ALMA 8, 1933, 224*) quasi cum lacte, cum fraude (*affertur Ter. Andr. 648* lactasses) . . ., unde et oblectare dictum est. *i. qui oblectat*: APVL. flor. 17 p. 81 ille *Orpheus* immanium bestiarum delenitor, hic *Arion* misericordium beluarum -r. TERT. coron. 8 l. 31 deo . . . prospectore et instructore et -e . . . hominis sui.

cf. oblectatorius.

oblectātōrius, -a, -um. *ab* oblectare, *cf.* oblectator. GLOSS. II 327, 17 -a: *θελκτήρια. i. q. oblectabilis, delectabilis*: GELL. 18, 2 tit. sophismatia et aenigmata -a.

***oblecto,** -āvī, -ātum, -āre *et depon.* oblector, (-āri). *ab* ob *et* 2. lactare, *cf.* delectare *nec non* 1. *et* 2. delicere. *de origine* (*v. etiam supra l. 50*): PAVL. FEST. p. 27 'adlicit' est perducit aliquem in rem, dictum a verbo 'lacit', id est decipit; hinc . . . inlicere et -are, id est frustrantem inducere (p. 117 'l.' inducit in fraudem; inde . . . lactat, illectat, -at, delectat). DON. Ter. Andr. 648, 2 'lactare' est inducere in aliquam voluntatem, a laciendo (*trad.* lactando); unde et -are dicitur (912, 2 unde et delectare et -are dicimus). -lact- GLOSS. IV 129, 52. *al.* -lactere ISID. orig. 10, 199 *C.* NOT. Tir. 77, 90 -at. *de notione*: SYNON. Cic. 444, 13 -at. inlicit . . . provocat . . . inducit. implicat . . . inretit. circumscribit. circumvenit. GLOSS. *παρηγορῶ*. delecto, consolor. -at: blandit. delectat vel blanditur. obicit. delectatione (*vel* -em) infundit. -ant: delectantur, gaudent. -are: reficere. -atur (*trad.* obiect-): amicum ('animum*?*' *Goetz*) pascit. *legitur inde a* PLAVTO, TER., ACC., CIC.; *ad poetas cf. Axelson, Unpoet. Wörter 106.* [*confunditur in codd. c.* obiectare: *e. g.* OV. hal. 91 FEST. p. 270. DIDASC. apost. 21, 1 (*sed v. Tidner, Komm. 146*). *e coni. parum certa*: ROMVL. epist. Aesop. (rec. W) l. 25 (*v. Thiele in indice*).]

I *i. q. delectare*: **A** *usu sollemni i. q. gaudio sim. vel afficere vel affici* (*pressius* -are *fere i. q. delectando occupare l. 81. p. 83, 20*, se -are *fere i. q. commorari, versari p. 84, 19*): **1** *aliquem vel aliquid* (se invicem *p. 83, 29. de passivo [praeter* -andus *p. 83, 23. 33 sq. 48. 59] v. p. 84, 27. pro subi. est res passim*): **a** *homines*: **α** *ipsos*: Ⓘ *absolute*: PLAVT. Asin. 370 ego illum interea hic -bo, prius si forte advenerit. TER. Phorm. 435 (*Demipho ad Phormionem*) te -et *puella*, tibi habe. ACC. trag. 344 -at spes aerumnosum hospitem. RVT. LVP. 2, 1 te rerum varietas -at (*opp.* odio est). HOR. ars 321 valdius

[Detrich]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

-at *fabula* populum meliusque moratur quam versus inopes rerum. COLVM. 8, 11, 1 decor avium etiam exteros . . . -at. SVET. Claud. 45 inducti . . . comoedi, qui velut desiderantem *Claudium* -rent. TERT. orat. 29 pusillanimos consolatur, magnanimos -at *oratio*. CYPR. epist. 34, 2 illa, quae -are et ad praesens suavia videntur esse, adpetunt. hab. virg. 19 alios. mortal. 24 quem mundus -at, quem saeculum blandiens atque decipiens inlecebris terrenae voluptatis invitat. CAPITOL. Pert. 7, 9 multi pueri . . . -arunt senem *Pertinacem*. AVSON. Symm. epist. 1, 32. VVLG. Sirach 26, 2 mulier . . . virum (*gr.* εὐφραίνει). 35, 25 -bit iustos misericordia *dei* (*gr. ut supra*). PRVD. ham. 374 membra hominum discerpta . . . -ent hilaram de funere plebem. perist. 2, 292 quas *animas* pulcer adspectus . . . in corpore -verat. psych. 400 regni . . . blanda voluptas -at iuvenem *Ionathan*. ANON. Vales. 12, 72 sic . . . -vit . . . gentes, ut se illi sub foedus darent aliae gentes. PROSP. carm. de ingr. 918. epigr. 12, 1 nulla deum -at . . . poena reorum. POMER. 3, 10, 1 facile captivat, captivatos -at, inflatos humiliat *vanitas*. BOETH. cons. 2, 3, 2 cum audiuntur, -ant *verba Fortunae*. mus. 1, 1 infantes . . . cantilena dulcis. *al.* Ⓘⓘ *aliqua re*: PLAVT. Poen. 1258 hi falso -ant gaudio nos (VITA Fulg. p. 7 g. caelestibus). Pseud. 564 me idcirco . . . tanta facinora promittere, quo vos -em, . . . dum *eqs.* CIC. ad Q. fr. 1, 1, 1 ut quam diutissime te iucunda opinione -rem. CATVLL. 68, 8 dulci . . . carmine. OV. Pont. 4, 2, 44 nec me . . . -at cultu terra novata suo. COLVM. 6, 26, 4 viridi pabulo -andus *iuvencus castratus* (*cf.* APVL. met. 5, 15, 1 triclinio mirisque illis et beatis edulibus atque tuccetis -at *Psyche sorores*. AVG. serm. 207, 3 [*in imag.*] escis). PS. ORIG. in Iob 1 p. 437^{D} peculio sive filiis (*opp.* privasti). PRVD. ham. 374 teneris . . . -at alumnam deliciis *sc. fides animam*. AVG. civ. 8, 27 p. 367, 23 D. ut nec criminibus suis nec ludis eos *martyres* turpissimis -emus. 14, 8 p. 17, 30 ne se invicem turpitudine inlicitae voluptatis -ent. *sim. al.* Ⓘⓘⓘ per *aliquid*: PLAVT. Truc. 103 qui custodem -ent per ioculum et ludum (*antea*: obludiant).

β animum, sensus sim. (*libidinem sim. infra l. 52 sq.*): animum: PLAVT. Men. 462 spes. CIC. de orat. 2, 159 ad -andos a., ad impellendos (GELL. praef. 16 ad -andum fovendumque a.). Tusc. 3, 60 enumeratio exemplorum, non ut a. malivolorum -et, adfertur (*antea*: ad malivolos consolandos). LVCR. 2, 363 -are a. subitamque avertere curam. OV. rem. 169 rura . . . -ant a. studiumque colendi. SEN. contr. 2, 1, 13. SEN. dial. 9, 7, 3 nihil . . . aeque -verit a. quam amicitia fidelis et dulcis. epist. 117, 31 rebus . . . a. -antibus. IVV. 14, 265 magis. TAC. hist. 2, 50, 2 fictis -are legentium a. (*c. abl. etiam*: AVG. civ. 8, 5 p. 327, 3 D. theologia illa fabulosa deorum criminibus -ans a. impiorum. serm. 46, 3, 8 spectaculis. AVIAN. fab. praef. quo *opere*). VAL. CEM. hom. 10, 4 sufficienter. CASSIOD. in psalm. praef. l. 105 melos siquidem blandum a. -at, sed non compellit ad lacrimas fructuosas. *alia*: CIC. de orat. 3, 25 sensus voluptates -ant dispares (*antea*: sensum . . . delectant. SEN. dial. 7, 6, 1). PHAEDR. app. 12, 6 divinis aures -asset *lyra* cantibus (SEN. benef. 1, 4, 5 quibus *ineptiis*. epist. 75, 7 quid a. meas scabis? quid -as? GELL. 9, 16, 3 in . . . libris multa varie ad -andas eruditorum hominum a. ponit *Plinius Secundus*. FAV. EVL. 22, 15. CASSIOD. in psalm. praef. l. 69 cantus, qui a. -at). SEN. nat. 1, 16, 3 mendaciis *speculorum* . . . insatiabile malum -bat *Hostius Quadra* (*sc. libidinem ut*: CYPR. ad Donat. 7 paratus gladiatorius ludus, ut l. crudelium luminum sanguis -et). COLVM. 9 praef. ut . . . conspectu suo . . . venatio -ret oculos (CYPR. ad Donat. 1 -ante prospectu *arborum* o. amoenamus). ITALA psalm. 18, 9 (Tert. pudic. 6) iura domini . . . -antia corda (*gr.* εὐφραίνοντα, *Vulg.* iustitiae . . . laetificantes). CYPR. ad Donat. 16 patientiam, mentem . . ., fidem . . . auditus -at (MART. CAP. 9, 888 vocis modulamine. POMER. 3, 6, 4 sapor. *cf.* AVG. perf. iust. 21, 44 in -anda cogitatione . . . peccati desideriis). PRVD. c. Symm. 2, 1127 caedibus ora. PROSP. epigr. 96 quae carnem -ant, . . . sunt noxia cordi. in psalm. 140, 5 intima . . . conscientiae . . . non -et falsa laudatio (*Aug. in psalm. 140, 17* non indulcat).

b *transfertur ad vitam, tempus sim., fere i. q. oblectabilem, delectabilem, iucundum reddere, indulcare sim.*: PLAVT. Asin. 142 (*Argyrippus ad Cleaeretam*) sordido vitam -bas pane in pannis inopia (Persa 126). CAECIL. com. 242 aetatis quod reliquom est -em meae. TER. Phorm. 434 (*Phormio ad Demiphonem*) si concordabis cum illa, habebis quae tuam senectutem -et (CIC. Arch. 16 haec studia *litterarum* . . . s. -ant). OV. trist. 5, 12, 1 ut -em studio lacrimabile tempus. SEN. dial. 1, 5, 4 cum . . . quisque aut in campo otium suum -et . . . aut tempus in aliquo circulo terat (TAC. dial. 10, 3 in hac studiorum parte [*sc. poesi*] -are o. ann. 12, 49, 1 conversatione scur⟨r⟩arum. PLIN. epist. 4, 14, 2 inter cenam -amus o. temporis). 10, 4, 2 labores suos . . . dulci . . . -bat solacio. 12, 17, 6 luctum suum . . . alienis malis -are. benef. 4, 13, 1 tenerrimis . . . cogitationibus . . . animi marcentis -are torporem. epist. 66, 46 non augent *blandimenta* summum bonum, sed . . . condiunt et -ant.

c *impers.* -at *c. inf. fere i. q. delectat, iuvat*: PROSP. epigr. 61, 8 tanto -at succubuisse bono. CASSIOD. var. 1, 3, 6 -at . . . nos actus praefecturae recolere. GREG. TVR. glor. mart. 103 de Felice Nolano . . . pauca huic lectioni -at inserere.

2 *se ipsum* (*sed v. p. 84, 27*): **a** *reflexive* (*maxime* se *vel* sese): *α indicatur qua re*: Ⓘ *per abl.*: PLAVT. Rud. 222 (*loq. Ampelisca*) perdidi spem, qua me -bam. TER. Eun. 195 (*Phaedria ad Thaidem*) ut . . . **me te** -es. CIC. rep. 1, 28 cum . . . inventis scriptisque se -ent. 3, 40 illa *virtus* se multis solaciis -at. PHAEDR. 3 prol. 32 habebunt certe, quo se -ent posteri. SEN. dial. 11, 20, 1 se levioribus studiis. SVET. Dom. 21 quotiens otium esset, alea se -bat *Domitianus*. GELL. 19, 7, 12 his nos . . . adnotatiunculis -amus (-amur *Q*). CAPITOL. Pius 11, 2 piscando se et venando multum -vit et deambulatione cum amicis atque sermone. LACT. inst. 7, 3, 16 quibus *imaginibus*. AVG. civ. 8, 20 p. 351, 6 D. daemoni se falsis deorum criminibus -anti. serm. 31, 5, 6 voluptatibus carnis (*antea*: laeteris). 348, 2, 3 ea cogitatione sese -ando. RVST. HELP. benef. 43 inani murmure. *al.* Ⓘⓘ *praep.*: TER. Ad. 49 in eo *filio adoptato* me -o ([DON.: 2 quasi 'in ea re'. 3 pro 'eo me -o'. SCHOL. Ter. p. 150, 17 quiesco]. LACT. inst. 3, 16, 6 illos . . . disputare . . . ut se -ent in otio. VVLG. eccles. 2, 10 nec prohibui cor meum, quin omni voluptate frueretur et -ret se in his, quae *eqs.* AVG. conf. 10, 35, 54 se -andi in carne . . . cupiditas). 284 tu cum illa te intus -a interim (CIC. de orat. 2, 61 [*loq. Antonius*] c. his *scriptoribus* me . . . -o, qui *eqs.* ad Q. fr. 2, 11, 4 -a te c. Cicerone nostro quam bellissime). POMER. 3, 20, 1 carnaliter se de vulgi favore . . . -et. *β nude*: TER. Hec. 84/5 ubi, Philotis, te -asti tam diu? :: minime equidem me -avi, quae *eqs.* (DON.: facete dictum meretrici: non 'ubi fuisti', sed 'ubi te -asti'). CIC. off. 3, 58 dictitabat *C. Canius* se hortulos aliquos emere velle, . . . ubi se -are sine interpellatoribus posset. Att. 3, 21, 6 tu quid agas, quem ad modum te -es . . ., ut sciam cura (ad Q. fr. 2, 3, 7 q. a. et ut te -es, scire cupio). ad Q. fr. 2, 12, 1 ego me in Cumano . . . satis commode -bam (*Lambinus*, -ar *trad.*).

b *mediopassive* (*v. etiam supra l. 5. 25. quaedam fortasse merum passivum praebent*): *α indicatur, qua re*: Ⓘ *abl.*: CIC. Mur. 39 ludis . . . -amur et ducimur ([*antea*: delectationes . . . habere]. AVG. civ. 2, 4 p. 57, 10 D. *cf.* TAC. ann. 13, 54, 3 ludicris). fam. 2, 16, 5 hac . . . specula. GELL. 19, 9, 5 -ti . . . sumus . . . versiculis lepidissimis Anacreontis. PS. APVL. Ascl. 38 sacrificiis . . . -antur *dei*, hymnis et laudibus et dulcissimis sonis. TERT. apol. 17, 4 quibus *operibus dei* -amur (*opp.* exterremur). patient. 8 adversarii . . . frustratione -tus (CYPR. ad Donat. 3 p. 5, 15 fascibus . . . et honoribus. AVR. VICT. Caes. 14, 11 quo. PRVD. psych. 914 quibus *ornamentis animae* -ta *Sapientia*. MART. CAP. 9, 920 talibus Harmoniae [*iuxta* permulsi]. HIL. AREL. vita Honorat. 15 l. 11). LAMPR. Alex. 41, 7 his *aviariis* . . . vehementer -batur. LACT. inst. 2, 3, 7 -atur *vulgus* frivolis (*antea*: gaudet, *postea*: capitur). IVST. 36, 4, 4 ceris . . . fingendis et aere fundendo producendoque -atur *Attalus*. AVR. VICT. Caes. 37, 7 otio. PS. AVR. VICT. epit. 1, 25 omni genere spectaculorum. HIL. in Matth. 10, 24. AVSON. 409, 23 p. 268, 39 P. quo *munere* -or et honoror. AMM. 16, 10, 3 dicacitate plebis. SCHOL. Iuv. 6, 632 quo . . . studio (HIL. AREL. vita Honorat. 7 l. 24 et -ari et ornari). VVLG. Sirach 27, 32 casu iustorum (*gr.* εὐφραινόμενοι). PELAG. in I Tim. 6, 10 praesentibus. PRVD. psych. 787 puro -atur *Christus* odore *sacrificii* (*cf.* AVG. civ. 2, 26 p. 93, 11 D. sacris [7, 35 p. 319, 15]. 8, 16 p. 345, 2 gaudere honoribus, diversis sacrorum ritibus -ari). COMM. instr. 1, 26, 5 quibus *gaudiis*. AVG. civ. 2, 5 p. 58, 5 D. vitiis ([*luditur c.* obluctari]. CHROMAT. in Matth. 8, 3, 2 [*antea*: gaudet]. PROSP. carm. de prov. 423. *cf.* AVG. civ. 8, 14 p. 343, 3 deorum criminibus). in psalm. 26, 2, 8 diversis deliciis et voluptatibus. 136, 5 quibus *rebus saecularibus* (serm. 192, 1, 1 mortalibus r.). HIL. AREL. vita Honorat. 7 l. 2 quo *adolescente* . . . -batur pater. EVSTATH. Basil. hex. 7, 3, 9 alienis calamitatibus (*gr.* ἐντρυφῶν). *et passim.*

Ⓘⓘ *praep.*: ITALA prov. 8, 30 (Tert. adv. Hermog. 18, 1. *al. loq. Sophia*) cotidie . . . -bar in persona *eius*, quando -batur, cum perfecisset orbem ([*syn.* gaudebat, *gr.* προσέχαιρεν, *Vulg.* delectabar]. VVLG. Sirach 18, 32 ne -eris in turbis [*gr.* μὴ εὐφραίνου ἐπί]. AVG. in euang. Ioh. 57, 4 in iis, qui . . ., dum otiose -atur ecclesia). VVLG. Sirach 16, 1 non -eris super ipsos (*gr. ut supra*). RVSTIC. Conc.^{S} I 4 p. 127, 8 valde . . . -tus de bonis pacis nuntiis. Ⓘⓘⓘ unde: AVG. in euang. Ioh. 32, 2 si habet animus, u. -etur extrinsecus, sine deliciis manet intrinsecus (*antea*: gaudere).

β nude: ITALA prov. 8, 30 *v. l. 55*. Is. 65, 14 (Tert. adv. Marc. 4, 14 p. 461, 18. 4, 15 p. 467, 19) qui serviunt mihi -buntur (*syn.* exultabunt, *opp.* confundemini, clamabitis, *gr.* εὐφρανθήσονται, *Vulg.* laetabuntur). TERT. apol. 38, 5 si -ari . . . nolumus, nostra iniuria est. anim. 45, 4 et -amur et contristamur et conterremur in somniis. IREN. 3, 17, 4 (= 3, 18, 3 H.).

c *part. praes.* -ans *i. q. se -ans, gaudens*: CYPR. ad Donat. 4 ut qui in mentes nostras . . . dominus influxit, in animi -antis hospitio iusta operatione teneatur. SERM. de conf. diab. 118 quando . . . orabat *Christus* dicens: 'pater, si fieri potest, transeat a me calix iste' (*Matth. 26, 39*), haec verba -ans dicebat (*opp.* timens mortem dicebat).

B *subauditur notio alliciendi, illiciendi, seducendi* (*minus certa dedimus sub A 1, v. ex. gr. p. 83, 6*): SEN. epist. 8, 3 et fera et piscis spe aliqua -ante decipitur. HERM. vulg. sim. 6, 2, 1 hic *pastor* . . . corrumpit mentes servorum dei et vertit eos a veritate -ans cupiditatibus (*gr.* καταστρέφει . . . ἀπατῶν . . . ταῖς ἐπιθυμίαις, *Pal.* evertit . . . eos a veritate *tantum*). PS. CYPR. singul. cler. 19 p. 195, 4 (*in imag.*) ut duas naves -et *diabolus* ad invicem convenire ([*postea*: utitur blandimentis]. *c. inf. etiam* AMBROSIAST. in Rom. 11, 30/31 ut . . . -rent *gentes* illos *Iudaeos* agnoscere promissum dei). AMBROSIAST. in II Cor. 9, 1 p. 311^{C} -antis verba sunt (*antea*: provocat . . . animos. *cf.* PS. AVG. serm.

[Detrich]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ed. Mai 1, 1 -antis diaboli ... blandimenta [72, 1]). SERM. Migne 8 p. 754A non solum -ans inani gloria miseros, sed et ... muneribus ... terrenis circumscribens avaros (*antea*: fraude ... teneat, falsa appellatione ludificat). PS. AVG. serm. ed. Caillau 1, 62, 4 ⟨suadere⟩ ... coepit -ando, multa etiam promittendo, ut a via recta ... traduceret (*suppl. Bulhart*). VICTOR. pasch. chron. I p. 678, 7 cuius *Hiri* favor -ans inertes quoque excitat ad profectum. ORIBAS. syn. 6, 31 G quibus *febricitantibus* ... suadimus, ut sibi -ent somnum subclaudentes palpebras oculorum.

II *depon.* -or, (-āri) *i. q. ludificari* (*c. dat. sec. 'illudere alicui', ut vid.*): SERM. de conf. diab. (*loq. Infernus ad Diabolum*) ideo tristari se dicit *Christus* (*Matth. 26, 38*), ut tibi -entur talia verba (*postea*: deludere te volens talia profert verba).

deriv.: oblectabilis, oblectamen, oblectamentum, oblectaneus, oblectarium (-us), oblectatio, oblectator, oblectatorius.

compos.: inoblector. *Detrich.*

obleg- *v.* oblig-.

oblēgātum: iniunctum, mandatum GLOSS.L IV Ps. Plac. o 11. *ab* ob *et* legare.

oblēnio, -īre. *ab* ob *et* lenire. *i. q. ad statum lenem adducere, lenire*: SEN. dial. 5, 9, 1 animus *iracundi* ... artibus amoenis tradendus; lectio illum carminum -at ...; mollius delicatiusque tractetur.

? **oblēxerimus** (*cod. M*) *pro* dilexerimus (*Lupus*) RVSTIC. Conc.S I 4 p. 198, 38 *vix recte* (*nota p. 199, 1* obsequi), *nisi supponendum* *oblicere *sensu oblectandi.*

oblic- *v.* oblig- *vel* obliqu-.

oblīdo, -īsī, -īsum, -ere. *ab* ob *et* laedere. GLOSS. -antur: *συνθλα⟨σ⟩θῶσιν.* [*var. l.* allidere LACT. inst. 6, 20, 8.]

1 *i. q. obstringere*: CIC. Scaur. 10 ut illi aniculae ... collum digitulis duobus -ret ([*liberius affert hunc locum* PORPH. Hor. sat. 2, 1, 56 gylam -sit]. PRVD. psych. 535 -so ... c. [SCHOL.: strangulato; *de Iuda*]). TAC. ann. 5, 9, 2 -sis faucibus ... corpora ... abiecta *post supplicium* (APVL. met. 4, 12, 2 -sis f. interstinguere anum). ARNOB. nat. 7, 28 -i ... animam (*postea*: interclusis spiraminibus. *cf.* 7, 29 ne -sus interrumpatur spiritus). PRVD. psych. 590 -so ... gutture.
2 *i. q. opprimere* (*de nece praeter l. 42*): COLVM. 7, 3, 8 nec angustiae foetus *ovium* -ant. PLIN. epist. 6, 20, 16 operti *cinere* ... atque etiam -si pondere essemus. APVL. flor. 6 p. 20 *elephantis* necesse fit ... retentores suos (*i. dracones*) toto corpore -ere. LACT. inst. 6, 20, 18 recens natos ... -ere (*fortasse ad 1, cf. postea*: deus inspirat animas). AMM. 24, 4, 28 -so pectore *lapide*. CYPR. GALL. num. 609 *asella* pedem *equitantis Bileam* ... ad saxa recussit -sitque. MART. CAP. 2, 157 serpentes ... -ens *Hercules* (*an ad 1 ?*). *translate*: PRVD. psych. 331 *luxuria* domat ora et pectora et arma ferratosque toros -so robore mulcet. COD. Theod. 1, 16, 7 pr. officialium ... intolerandi impetus -antur. *W.*

obligāmentum, -ī *n.* *ab* obligare. GLOSS. V 376, 15 (*anglosax.*).

i. q. res vel actio, qua aliquis (aliquid) obligatur: **1** *generatim spectat ad officium sim.* (*vis propria ligandi pellucet l. 51. 55*): **a** *de servitute*: TERT. coron. 14 l. 5 *Christiani caput* est ... liberum ..., ne velamento quidem obnoxium, nedum -o; porro et quod obnoxium est velamento caput feminae, ... non vacat etiam -o (*antea*: munus ... idololatriae). adv. Marc. 3, 22 p. 415, 7 legis *Iudaicae* -a et onera (*opp.* libertate). ITALA lev. 26, 13 (Lugd.) cum essetis servi ..., contribulavi iugum -i vestri (*gr. τὸν δεσμὸν τοῦ ζυγοῦ, Vulg.* catenas cervicum). **b** *de cautione*: ITALA IV reg. 12, 20 (Legion.) comprehenderunt -a (*gr. ἔδησαν πάντα σύνδεσμον, Vulg.* coniuraverunt inter se). HIER. in Eph. 1, 14 p. 457B arrhabo ... futurae emptioni quasi quoddam testimonium et -um datur.

2 *speciatim pertinet ad devotionem*: TERT. idol. 15 p. 48, 11 *nomina conficta* rapere ad se daemonia ... per consecrationis -um. OROS. hist. 4, 13, 4 *decemviri quosdam* vivos defoderunt; sed -um hoc magicum in contrarium ... versum est (*postea*: diras).

3 *usu christiano obligatur anima sim.*: CANON. Caes. Arel. ed. Morin II p. 59, 17 phylacteria, quae sunt magna -a animarum. CAES. AREL. (?) hom. 20 Migne 67, 1084D suggerit diabolus et caro nostra adhuc de -is saeculi, ut peccemus et discedamus.

***obligātio,** -ōnis *f.* *ab* obligare. *scribitur in codicibus etiam* -leg-, -lic-. *abbreviatur p. 88, 9.* NOT. Tir. 29, 81a. GLOSS. *ἐνοχή. ἐποχή. ὑποθήκη. cf. p. 86, 3 sqq.* *legitur inde a* CIC. (*p. 86, 16*), LABEONE *et* PROC. dig. (*p. 86, 71. 81*), S.C. Vell. (dig. 16, 1, 2, 1 *bis*), LEGE Malac. (*p. 88, 5*), *saepius inde a* IAVOL., *praecipue apud iurisconsultos; deest poetis.* [*confunditur c.* all- *p. 88, 50*, -latio CONC. Rom. a. 501 p. 431, 14. *al.* *loco lacunoso*: MOD. dig. 20, 1, 23, 1 -o ... obligatur (*affert C. F. W. Müller, Nom. u. Akk. 26; sed sententiam hiare ex Basilicis collegit Mommsen*).]

i. q. actus vel effectus obligandi (*de instrumento v. p. 87, 73. 88, 82*): **I** *vi incorporali* (*saepius ita, ut imago pelluceat*): **A** *usu sollemni*: **1** *c. respectu officii sim.*: **a** *in sermone iudiciali*: **α** *de actu eo eiusve actus effectu, quo quis iure civili ad aliquid dandum faciendum praestandum obstringitur* (*de onere debitoris sim., passim comprehenso iure creditoris sim., quod potissimum obversatur e. g. p. 87, 36.* IVLIAN. dig. 46, 3, 34, 6 PAVL. dig. 45, 3, 12; *spectantur fere res privatae, at munera publica p. 88, 5.* VLP. dig. 50, 8, 3, 1. COD. Iust. 10, 71, 4 [*a. 440/1*]; *ad rem v. Berger, Dict. of Rom. Law 603 sqq.*): ① *sensu originario*: Ⓐ *definitiones, divisiones sim.*: NERAT. dig. 2, 14, 58 ab emptione venditione, locatione conductione ceterisque similibus -bus (*sim.* HERMOG. dig. 1, 1, 5). GAIVS inst. 3, 88 (*inde* epit. 2, 9 pr.) omnis ... -o vel ex contractu nascitur vel ex delicto *eqs.* (*cf.* INST. Iust. 3, 13, 2, *ubi antecedit*: aut civiles sunt aut raetoriae). VLP. dig. 2, 14, 1, 3 (*ex Pedio*) nullum esse contractum, nullam -em, quae non habeat in se conventionem. 50, 16, 19 (*ex Labeone*) *esse* contractum ... ultro citroque -em *eqs.* (*cf.* PAVL. dig. 5, 1, 20 omnem -em pro contractu habendam). PAVL. dig. 44, 7, 3 pr. -um substantia non in eo consistit, ut aliquod corpus nostrum aut servitutem nostram faciat, sed ut alium nobis obstringat ad dandum aliquid vel faciendum vel praestandum *eqs.* INST. Iust. 3, 13 pr. -o est iuris vinculum, quo necessitate adstringimur alicuius solvendae rei secundum nostrae civitatis iura.

Ⓑ *determinationes*: ① *c. gen. rei, de qua o- fit*: CIC. ad Brut. 1, 18 (9, 26 Sj.), 3 est ... gravior ... animi et sententiae ... pro altero quam pecuniae -o *eqs.* (IAVOL. dig. 46, 1, 20). IAVOL. dig. 24, 3, 66, 5 (*ex Labeone*) dotis. CELS. dig. 42, 1, 13, 1 faciendi. 50, 17, 185 impossibilium. IVLIAN. dig. 47, 2, 57 pr. poenae (COD. Theod. 2, 33, 2. *paulo aliter* PAVL. dig. 23, 4, 12, 2 *ex Mela*). POMPON. dig. 38, 1, 34 operarum (GAIVS inst. 3, 83 [*inde* INST. Iust. 3, 10, 1]. PAVL. sent. 2, 32, 1 doni, muneris et o. *al.*). 45, 1, 90 sortis (VLP. dig. 13, 5, 18, 3). AFRIC. dig. 13, 4, 8 usurarum (PAVL. dig. 12, 1, 40. *al.*). 21, 2, 46, 1 evictionis (SCAEV. dig. 21, 2, 69, 2. *al.*). PAPIN. dig. 7, 1, 5 usus fructus. VLP. dig. 14, 1, 1, 20 solidi. INST. Iust. 3, 29, 2 omnium rerum (*aliter l. 31. p. 88, 12*). ② *c. gen. rei, ex qua -o fit*: IVLIAN. dig. 17, 1, 32 mandati (GAIVS inst. 3, 155. *al.*). 30, 82 pr. legati. POMPON. dig. 18, 1, 6, 1 empti et venditi. 34, 2, 34, 1 iuris (GAIVS inst. 4, 131a. *adde l. 76 sq.*). 45, 1, 5 pr. verborum (46, 3, 107. *al.*). VAL. dig. 34, 1, 22, 1 testamenti. GAIVS inst. 3, 131 rei (*aliter l. 26. p. 88, 12*), non litterarum *eqs.* (COD. Theod. 2, 4, 6 INST. Iust. 3, 21 tit.). MARCELL. dig. 36, 1, 46, 1 locationum. SCAEV. dig. 32, 34 pr. eius nominis (*cf.* 34, 3, 28, 6 debiti [PAPIN. dig. 46, 3, 96, 4. *al.*]). PAPIN. dig. 42, 6, 3 pr. fideiussionis. VLP. dig. 15, 1, 3, 11 (*ex Papin.*) iudicati (46, 2, 8, 3). 27, 3, 1, 22 nec ... eadem est -o furti ac tutelae. 38, 1, 7 pr. iurisiurandi. PAVL. dig. 4, 5, 7, 1 iniuriarum et actionum ex delicto venientium.
③ *c. gen. pers. vel pron. poss.*: *indicantur obligati passim, obligantes* SCAEV. dig. 44, 7, 30 creditorum. VLP. dig. 46, 2, 4 mea. PAVL. dig. 45, 1, 128 suae. ④ *epitheta* (*v. etiam* praetoria *l. 7 necnon* personalis *p. 88, 2*): IVLIAN. dig. 46, 1, 14 fideiussoria (*v. vol. VI 1, 655, 34*). 46, 1, 16, 3 civilis (AFRIC. dig. 46, 1, 21, 2. *al.*). *ibid.* naturalis (46, 1, 16, 4. *al.*). 46, 3, 34, 1 communis. POMPON. dig. 13, 6, 13, 2 tacita. GAIVS inst. 3, 126 (*inde* INST. Iust. 3, 20, 5) principalis (SCAEV. dig. 46, 3, 93, 2. *al.*). PAPIN. dig. 46, 1, 50 hereditaria (PAVL. dig. 4, 2, 17). VLP. dig. 14, 1, 1, 24 honorariam (*v. vol. VI 3, 2935, 48*). 15, 2, 1, 2 (*ex Iuliano*) condicionalis (23, 3, 43, 2. *al.*). ⑤ *varia*: GAIVS inst. 3, 182 (*inde* dig. 44, 7, 4) ex contractu -es (INST. Iust. 3, 27 tit. quasi ex c. 4, 1 pr. de -bus ex c. et quasi ex c. [*seq.* de -bus ex maleficio]). COD. Iust. 4, 29, 23, 3 scriptura vel sine scriptis -o. INST. Iust. 3, 22 tit. de consensu -e. *per adv. l. 9.*

Ⓒ *iuncturae verbales selectae* (*respiciuntur participes -is per* in *l. 61*, contra *l. 65. p. 87, 12. al.*, adversus [*creditorem vel debitorem sim.*] *l. 69. 72. al.*, cum *l. 74. 82*, inter *l. 83. p. 87, 7, dat. p. 87, 2. 13. al.*; *accedit* de *l. 75. 77*): ① *nom.*: *cessat, perit sim.*: IVLIAN. dig. 12, 1, 19 pr. cessabit -o (VENVL. dig. 45, 1, 137, 4. *al.*). 45, 1, 58 exspirante. AFRIC. dig. 46, 1, 21, 2 pereat (GAIVS dig. 4, 5, 8). PAPIN. dig. 46, 1, 50 intercidit (TRYPH. dig. 36, 1, 82). PAVL. dig. 21, 1, 44, 2 decrescat. COD. Iust. 8, 42, 5 (*a. 238*) evanescere. *consistit, nascitur sim.*: IVLIAN. dig. 17, 1, 32 consistere (GAIVS dig. 17, 1, 27, 1. COD. Iust. 8, 38, 6 [*a. 294*] in eius *debitoris* ... personam [-na *var. l.*]. *et saepe*). POMPON. dig. 13, 6, 13, 2 nascatur (46, 2, 7. *et saepe*). GAIVS dig. 45, 1, 141, 7 vim acceperit (*cf.* INST. Iust. 3, 22, 1 substantiam capiat). inst. 3, 100 ab heredis persona incipere (3, 158. COD. Iust. 8, 37, 15 pr. contra morientem. *al.*). VLP. dig. 5, 1, 19, 1 oritur (PAVL. dig. 45, 1, 126, 2). *manet sim.*: IVLIAN. dig. 44, 7, 18 ut ... integra remaneret (MARCIAN. dig. 46, 3, 46, 1 integra. *al. cf.* IVLIAN. dig. 47, 2, 57 pr. manente [POMPON. dig. 12, 6, 19 pr. AFRIC. dig. 46, 1, 21, 2 adversus eum *fideiussorem. et saepe*]). AFRIC. dig. 46, 1, 21, 4 duraturam (GAIVS inst. 3, 179 [*inde* INST. Iust. 3, 29, 3]. *al.*). *alia*: PROC. dig. 50, 16, 125 (*verba Nepotis*) si aliquam vim habeat. IAVOL. dig. 12, 1, 36 cum ... in eo statu sit -o tua *debitoris* adversus me *creditorem*, tamquam *eqs.* (AFRIC. dig. 46, 1, 21, 2 te *debitorem*. VLP. dig. 46, 4, 8, 4 dominum *debitorem. cf.* AFRIC. dig. 46, 1, 21, 2 cum eodem *debitore*). CELS. dig. 21, 2, 62, 1 una de evictione -o est. IVLIAN. dig. 36, 2, 17 quia ... non in eiusdem personam et emolumentum legati et -o iuris concurreret (VLP. dig. 19, 1, 10 duae -es in eiusdem persona de eadem re. 46, 1, 5. *cf.* GAIVS dig. 46, 2, 34, 2 confluat). VLP. dig. 21, 2, 51, 3 cum ... adversus heredem vel heredi competat (PAVL. dig. 17, 1, 45 pr. COD. Iust. 4, 65, 30 *a. 439*). *al.* ② *acc.*: *contrahere sim.*: LABEO dig. 19, 2, 58, 1 -em contrahi (GAIVS dig. 44, 7, 5, 3 inst. 2, 13. 3, 138 cum absente. *et saepe*). IAVOL. dig. 45, 1, 108 pr. parere (IVLIAN. dig. 45, 3, 1, 3. *al.*). NERAT. dig. 2, 14, 58 inter nos constituantur (TRYPH. dig. 23, 3, 76. *al. cf.* VLP. dig. 16, 1, 8, 14 *actio* insti-

[Lebek]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

tuit [*paulo aliter* HERMOG. dig. 1, 1, 5] magis quam restituit -em). IVLIAN. dig. 23, 3, 46 pr. domino adquiritur (45, 1, 56, 2. *al. cf.* PAVL. dig. 45, 1, 126, 2 quaerebatur [COD. Iust. 4, 36, 1 pr. *a. 293. al.*]). 45, 3, 1, 6 Maevio commissa (POMPON. dig. 34, 3, 8, 6. *al.*). VENVL. dig. 45, 1, 137, 5 (*ex Sabino*) factam (GAIVS inst. 3, 92. *al.*). PAVL. dig. 12, 1, 2, 5 comparandam (COD. Iust. 8, 42, 17 *a. 293. cf.* 8, 37, 2 [*a. 210*] paratam -em exercere). INST. Iust. 3, 19, 12 inter absentes concepta. *solvere sim.*: IAVOL. dig. 45, 2, 2 solvitur -o (POMPON. dig. 46, 3, 80. *al. cf.* 46, 3, 107 resolvitur [PAVL. dig. 18, 5, 3. 18, 5, 4]. GAIVS inst. 2, 84 dissolvere [3, 170; *inde* INST. Iust. 3, 29, 1. *et saepissime*]). IVLIAN. dig. 30, 82 pr. exstinguitur (CLEM. dig. 34, 3, 21, 1. PAPIN. dig. 46, 1, 47 pr. [*ex Iuliano*] contra eum. *al.*). 46, 1, 14 peremitur (VENVL. dig. 45, 2, 13. 46, 2, 31, 1 utrisque *reis stipulandi. al. cf.* PAVL. dig. 44, 7, 44, 3 interemit). POMPON. dig. 30, 55 finiri (PAVL. dig. 4, 2, 21, 4 cum finita sit, dum amittitur. 44, 7, 6). AFRIC. dig. 12, 6, 38 pr. sublatam (46, 1, 21, 2. *et saepe*). 46, 1, 21, 4 confusa (SCAEV. dig. 46, 3, 93 pr. an confundatur -o *duorum reorum stipulandi*; placet non confundi [*i. unam fieri*]. 46, 3, 93, 1. *al.*). GAIVS dig. 44, 7, 5, 3 distrahendae -is. inst. 4, 131[a] consumitur (VLP. dig. 13, 5, 18, 3. 46, 1, 5). TRYPH. dig. 23, 3, 76 remittatur (VLP. dig. 24, 1, 32, 23. *al. cf.* 16, 1, 8, 9 [*ex Marcello?*] dimisit). COD. Iust. 8, 42, 4 (*a. 238*) evacuatae. *novare sim.*: CELS. dig. 46, 2, 25 novare ... -em (POMPON. dig. 46, 2, 3. *et saepe*). GAIVS dig. 4, 2, 10 ut ... redintegretur -o. PAPIN. dig. 19, 5, 9 restaurabitur (VLP. dig. 23, 3, 43, 2. 42, 8, 10, 23). VLP. dig. 4, 2, 9, 7 restituenda erit in pristinum statum ([*item postea ex Iuliano*]. 16, 1, 8, 2 [*ex Iuliano*] et Primo ... et adversus eum. *al.*). 49, 14, 29, 2 resuscitari (PAVL. dig. 2, 14, 27, 2). COD. Iust. 2, 3, 3 (*a. 202*) in deterius ... reformare. *alia*: IAVOL. dig. 44, 3, 4 -es ... extendi (*cf.* VLP. dig. 12, 2, 9, 3 perpetuatur adversus eum *debitorem* [PAVL. dig. 45, 1, 91, 3. *al.*]. 15, 2, 1, 3 produci [PAVL. dig. 45, 1, 91, 5]). CELS. dig. 45, 1, 99 pr. adstringendae (*cf.* AFRIC. dig. 13, 4, 8 augeri [SCAEV. dig. 22, 2, 5, 1]. PAPIN. dig. 44, 7, 27 confirmantur [46, 3, 95, 2]. PAVL. sent. 5, 7, 1 firmandarum). IVLIAN. dig. 12, 7, 3 suscipiat (AFRIC. dig. 16, 1, 19, 2. *al. cf.* VENVL. dig. 45, 2, 13 *reum promittendi* sustinere [*item postea de reo stipulandi.* VLP. dig. 46, 1, 5]. COD. Iust. 4, 29, 23, 1[a] subisse). 39, 6, 18, 1 (*inde* GAIVS dig. 39, 6, 31, 3) *creditor* reciperet. 44, 7, 18 in iudicium deducta (POMPON. dig. 45, 1, 90. *al. cf.* PAVL. dig. 45, 1, 89 *in stipulationem.* INST. Iust. 3, 29, 2 in stipulatum). 45, 2, 6, 3 impedire (*cf.* CLEM. dig. 23, 3, 61 pr. infirmetur [PAVL. dig. 45, 1, 136 pr. INST. Iust. 3, 15, 6]. FLORENT. dig. 45, 1, 65 pr. vitiabunt [VLP. dig. 45, 1, 1, 1. 3]. PAPIN. dig. 21, 2, 64 pr. deminuetur [VLP. dig. 46, 3, 22]. *sim. saepius*). *al.* ③ *abl.*: S. C. Vell. (dig. 16, 1, 2, 1) -bus obstringi (*cf.* AFRIC. dig. 46, 1, 21, 1 teneatur [GAIVS dig. 44, 7, 1, 8. *al.*]. COD. Theod. 2, 33, 2 constrictus). IVLIAN. dig. 12, 7, 3 liberetur (24, 3, 30, 1. *al. cf. infra l. 72 et* 38, 1, 23 pr. solvetur [PAVL. sent. 2, 32, 1]. POMPON. dig. 45, 2, 19 exemptus est. PAPIN. dig. 38, 1, 41 dimissus est. CASSIOD. var. 4, 10, 2 exuitur). PAVL. dig. 4, 2, 21, 4 niti. ④ *dat.*: IVLIAN. dig. 45, 1, 56, 3 filii persona -i ... applicatur (46, 1, 16, 3 fideiussor). VENVL. dig. 14, 6, 18 (*ex Iuliano*) fideiussor accedat (GAIVS inst. 3, 119 VLP. dig. 46, 1, 1. *cf.* GAIVS inst. 3, 119[a] adici potest. VLP. dig. 46, 1, 8, 1 adhiberi). ⑤ *c. praepos.*: in *c. acc.*: IAVOL. dig. 5, 1, 35 *res* in -em adventurae sunt. 44, 3, 4 qui *reus stipulandi* rem in -em deduxerit (*opp.* qui obligatus est. IVLIAN. dig. 45, 1, 56, 6. *al. aliter p. 88, 28*). IVLIAN. dig. 42, 8, 17 pr. debitores ... revocantur in pristinam -em (*cf.* SCAEV. dig. 44, 7, 30 redisse). AFRIC. dig. 46, 1, 21, 2 si in eam -em fideiubeat. 46, 3, 38, 5 pignus in suam -em dedit (*aliter p. 88, 28*). GAIVS inst. 3, 123 accepturus *sponsores sim.* (VLP. dig. 46, 1, 8, 8 *ex Marcello.* COD. Iust. 4, 29, 8, 1 [*a. 238*] pignora). VLP. dig. 35, 2, 82 residua centum durabunt. in *c. abl.*: IVLIAN. dig. 30, 84, 11 Stichus *legatus* in -e remanet (POMPON. dig. 34, 2, 34, 2. *al. cf.* 31, 11, 1 manebit [PAPIN. dig. 34, 3, 24 VLP. dig. 46, 4, 13, 6]). POMPON. dig. 45, 1, 112 pr. *servus a stipulatore electus* erit solus in -e (VLP. dig. 46, 2, 14 pr. *al.*). SCAEV. dig. 38, 1, 44 fideiussor ... retinetur. VLP. dig. 40, 7, 9, 2 (*ex Octaveno*) ea ... in -e consistere, quae pecunia lui ... possunt. COD. Greg. Visig. 4, 1, 1 *dos* constituta *est.* ex: IVLIAN. dig. 34, 3, 11 agere ... ex pristina -e (*cf.* MOD. dig. 44, 7, 53 actiones nascantur. COD. Iust. 4, 64, 3). GAIVS inst. 2, 14 (*inde* INST. Iust. 2, 2, 2) debetur (3, 169. *al.*). 4, 131 praestari. SCAEV. dig. 3, 5, 34, 3 solvi. INST. Iust. 3, 28 pr. adquisitum. ab (*cf. supra l. 44 necnon* liberatio -is CELS. dig. 23, 3, 58, 1. COD. Iust. 2, 3, 22 *a. 293.* 4, 5, 8 *a. 294*): SERV. Aen. 10, 32 qui ... crimine tenetur obnoxius, poena eum a pristina liberat -e.

Ⓑ *sensu inclinato de instrumento, documento* (*ceterum* -is instrumentum [COD. Iust. 2, 19, 7 *a. 293*], tabulae [*ibid.* 8, 40, 6 *a. 214*], chirographum [GREG. M. epist. 9, 40]): Ⓐ *manu scripto*: COD. Theod. 2, 27, 1, 4 sin ... suam quidem manum fateatur obnoxius, sed nihil sibi numeratum pro hac -e causetur, tunc chirografi discuti oportebit aetatem. CASSIOD. var. 12, 20, 3 vasa cum -e chirographi actoribus sancti Petri apostoli ... refundite. *forsitan addi possint* VLP. dig. 12, 7, 1 pr. COD. Iust. 4, 30, 7 (*a. 223*). Ⓑ *varii generis*: COD. Iust. 11, 48, 22, 2 (*de eo, qui se ascripticium colonum confessus est*) ex utroque genere -is, id est tam scripturae quam confessionis vel depositionis, talem eum esse credendum.

β de pigneratione (*per zeugma cum not. supra illustrata p. 88, 5; spectatur fere onus pignori impositum, sed magis ius pigneratoris l. 17. al.; opp.* -o personalis PAVL. dig. 20, 6, 11, 1, *saepius* alienatio, donatio, emptio, venditio; *distinguitur* -o generalis VLP. dig. 20, 1, 6. 8. COD. Iust. 8, 17, 6 [*a. 260*], specialis COD. Iust. 11, 62, 11 [*a. 412*]): Ⓘ *exempla varia*: LEX Malac. (CIL II 1964) 4, 18 de -e praedum praediorum cognitorumque ([*postea*: quicumque ... in commune municipium ... praedes facti sunt *eqs.*]. TAB. aliment. Vel. [CIL XI 1147] tit. *et* 7, 31 PAVL. dig. 20, 6, 11, 1). TAB. aliment. Baeb. (CIL IX 1455) 3, 18 oblig(atione) VIIII fund(i) *obligati sunt.* CELS. dig. 46, 3, 69 pignoris (SCAEV. dig. 20, 1, 34, 1. *et saepe, iuxta* fiduciae COD. Theod. 15, 14, 9). SCAEV. dig. 16, 1, 28, 1 fundi (COD. Iust. 8, 25, 7 *a. 287. al.*). VLP. dig. 20, 1, 6 rerum (INTERPR. cod. Theod. 8, 18, 1. *aliter p. 86, 26. 31*). COD. Iust. 1, 3, 32, 3 (*a. 472*) facultatum. 7, 73, 2 (*a. 213*) bonorum. *al.* Ⓘⓘ *iuncturae verbales selectae*: -o *pro obi.*: TAB. aliment. Vel. (*l. c.*) 7, 31 facta. CELS. dig. 46, 3, 69 dissoluta (COD. Iust. 8, 25, 2 [*a. 208*] *opp.* contrahitur. 8, 25, 10 [*a. 293*; solvunt *var. l.*]). TRYPH. dig. 49, 15, 12, 12 *creditor* habet -em ... in ... debiti causam *eqs.* (*infra*: quasi ea -e quadam constitutione inducta). VLP. dig. 13, 7, 11, 6 non adquiritur (*cf.* COD. Iust. 8, 13, 16 [*a. 293*] quaerere [8, 20, 1 *a. 214*]). 13, 7, 24 pr. finita (20, 6, 6 pr.). PAVL. dig. 20, 6, 11, 1 remisisse (COD. Iust. 8, 25, 1 *a. 205. cf.* 8, 25, 6 [*a. 286*] amisisse [*antea*: ius suum exsecuti non sunt]). COD. Iust. 8, 25, 4 constitueret. -o *pro subi.*: SCAEV. dig. 20, 1, 34, 1 non ... -em ... cessare. VLP. dig. 15, 4, 3 locum habere in his praediis. 27, 9, 7, 5 non valeat (27, 9, 7, 6). PAVL. dig. 27, 9, 2 cum dominio pignus quaesitum est et ab initio -o inhaesit (*postea*: ius pignoris). COD. Theod. 15, 14, 9 perseveret. in -em: TRYPH. dig. 49, 15, 12, 12 revertitur *servus pignori datus.* PAVL. dig. 44, 2, 30, 1 (*verba Latini Largi*) deduxerat *debitor fundum* (*syn.* datum. COD. Iust. 4, 35, 2. *aliter p. 87, 53. 56*). COD. Theod. 3, 17, 4, 2 (= Iust. 5, 35, 2, 2) bona ... venire (*postea*: obnoxia). *abl.*: COD. Iust. 8, 27, 1 (*a. 223*) cum ... pignus -e liberatum sit.

b *in sermone communi* (*nonnulla cum usu iudiciali artius conexa sunt*): VLP. dig. 50, 12, 2, 2 voti ... -em ad heredem transire constat (*cf.* AVG. quaest. hept. 4, 59 p. 366, 17 in ... votis et definitionibus atque -bus, quae adversus animam fiunt. *aliter l. 42*). TERT. apol. 28, 2 imposita tam vobis necessitas cogendi quam nobis -o periclitandi (*cf.* PS. RVFIN. in Os. 1, 2/5 p. 967[A] ultionis in impios proferendae). uxor. 1, 7 l. 14 solutus es matrimonio: ne quaesieris -em (*antea*: obligatus es ... matrimonio. *cf. I Cor. 7, 27, ubi* ligationem *testari videtur Hil. in psalm. 124, 10*). AVG. in euang. Ioh. 26, 4 poetae dicere licuit: 'trahit sua quemque voluptas'; non necessitas, sed voluptas; non -o, sed delectatio. ALC. AVIT. epist. 8 p. 40, 15 votum suae -is. ENNOD. opusc. 2, 41 p. 300, 15 *mancipia* nulla ab obscenae -is conpedibus vestigia in libertatem missa laxabant. CONC. Rom. a. 502 p. 450, 3 -e, qua se ... conectit summus pontifex, ea hominem secundi ... ordinis non teneri.

2 *de illecebris sermonis captiosi*: AMBR. patr. 8, 35 *Christus temptatores* ligavit ipsorum sermonibus, ipsorum -e constrinxit (*antea*: temptamentum).

3 *de variis cogendi rationibus*: THEOD. PRISC. log. 77 si forte aliquid certae -is (all- *var. l.*) dari cathartica prohibuerit (*i. fere impedimentum*). LEO M. epist. 15 pr. ut ... creatura ... in tanta sit -e siderum, in quanta est connexione membrorum (*antea*: necessitas. *significatur nexus, quo corpus hominis cum sideribus coniungitur*). TAB. devot. BullArch. 1922, 89 l. 5 di facite hanc -em (*textu manco; vid. dici de effectu incantationis amatoriae*).

B *usu christiano*: **1** *pertinet ad hominem saeculo subiciendum, temptationibus circumretiendum sim.*: **a** *peccatis*: TERT. idol. 21 p. 55, 4 dissolvas -em eius, per quem te malus honori idolorum ... quaerebat annectere (*respicitur etiam officium iure iurando susceptum, cf. antea*: obligat iuratione). ITALA psalm. 124, 5 (Hil. in psalm. 124, 9. *al.*, *cf.* VVLG.) declinantes ... ad -es adducet dominus cum operantibus iniquitatem (*gr.* στραγγαλιάς. *huc spectare videtur* CAES. AREL. serm. 20, 4 p. 90, 9 [oblic- *trad.*, obliqu- *Morin*]). SERM. de conf. diab. 116[V] ut nos de diaboli -e et plaga eriperet *Christus* (*Migne gr. 62, 721* δεσμῶν). CASSIOD. in psalm. 105, 6 ab ipsorum ... -bus segregari (*antea*: delicto, peccata). GREG. M. epist. 6, 26 *deus* vos ... ab omnibus vinculis alienae -is absolvat (*sim.* 6, 46). in euang. 26, 4 etiam alienae -is potestatem relaxationis accipiunt *discipuli Christi. al.* *c. gen. epexeget.*: ITALA act. 8, 23 (cod. e *al.*, *cf.* VVLG.) ⟨in⟩iustitiae (*gr.* σύνδεσμον ἀδικίας). AVG. civ. 13, 3 p. 560, 17 D. peccati (*antea*: vinculo. 14, 1 p. 3, 15. 16, 27 p. 170, 24 originalis [epist. 157, 22 p. 471, 16]. *et saepius apud eundem*). pecc. orig. 31, 36 debiti. GREG. M. in Ezech. 1, 2, 12 *Iudaea* in -e se nequitiae ... implicavit. **b** *negotiis terrenis*: EVCHER. laud. her. 7 curarum -bus vitae (*postea*: vinculis). CAES. AREL. epist. ad virg. 2, 5 p. 139, 8 religiosum quemquam non oportet ... parentum ... -bus inplicari. serm. 1, 4 occupationes vel -es terrenas.

2 *de poenis ecclesiasticis*: CASSIOD. hist. 10, 27, 3 *monachus imperatorem* ab ecclesiastica communione prohibuit et posita eius -e discessit (*Theodoret. 5, 37, 1* τὸν δεσμὸν ἐπιθείς. *cf.* 10, 27, 4). CONC. Rom. a. 501 p. 431, 14 *papa* sine aliqua de obiectis -e ... tradat divina mysteria (*antea*: immunis). GREG. M. epist. 9, 215 anathematis (12, 7).

II *vi corporali*: **A** *strictius de variis ligamentis*: ITALA Is. 58, 6 (Lucif. Athan. 1, 42 p. 141, 27. *al.*) solve -es violentorum contractorum (*gr.* στραγγαλιάς, *Vulg.* fasciculos deprimentes). CAES.

[Lebek]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

AREL. serm. 50, 2 de istis ..., qui -es portant, dicitur: 'declinantes autem in -es *eqs.*' (*v. p. 88, 61. vocabulo inusitato significantur phylacteria* [*cf. antea*: ligaturas], *ut psalmus quadret ad tractatum, qui est de phylacteriis*).

B *latius*: **1** *de impeditione*: FIRM. math. 6, 15, 17 *sidera* verba linguae -e confundunt (*antea*: impediunt. IVST. 13, 7, 1 [*postea*: nodis]). ORIBAS. syn. 8, 40, 2 La p. 250 si ... in capite solo plenitudo deambulat humida[s] (*corr. Bulhart in schedis*) -es exsistentes (*gr. σφηνώσεως οὔσης*). **2** *de coniunctione*: CHIRON 420 *monenteron colon* nullam -em ... patitur intestinis, sed volutatur singularis (*Hippiatr. gr. I p. 195, 8 σύνδεσμον*). AVG. doctr. christ. 2, 29, 45 p. 65, 26 (*de re, quae adiungitur sanando corpori*) an significativa quadam -e (*i. ratione applicandi*) proveniat.

obligātōrius, -a, -um. *ab* obligare. GLOSS. II 299, 62 *ἐνεχοποιόν* -um. *i. q. obligandi vim habens*: GAIVS dig. 17, 1, 2, 6 cuius generis mandatum magis consilium est quam mandatum et ob id non est -um, quia nemo ex consilio obligatur (*inde* INST. Iust. 3, 26, 6, *ubi additur*: optinuit Sabini sententia -um esse in hoc casu m. ...; illud ... m. non est -um, quod contra bonos mores est).

κατάδεσμος **obligātūra** GLOSS. II 340, 38. *ab* obligare, *cf.* ligatura.

1. obligātus, -a, -um *v. s.* obligo.

2. obligātus, (-ūs) *m. ab* obligare. GLOSS. II 299, 60 *ἐνοχή* -s obligatio. 466, 21 *ὑποθήκη* ... -s.

***obligo,** -āvī, -ātum, -āre. *ab* ob *et* ligare. *scrib.* olig- TAB. devot. Audollent 219 A, 3, obbleg- *ibid.* 268, 1 (-leg- *etiam in codd. saepius, cf. p. 95, 17*), oblic- APIC. exc. 144 (*cf.* -liz- *ibid.* 8, 381 *V*). *formas perf. breviores tantum legimus* -asti(s), -asses *sim., fere solam* -asse (-visse CIC. nat. deor. 3, 57), *ceterum* -arunt (LIV. 3, 13, 8 [*v. app. crit.*]. TAB. aliment. Baeb. [CIL IX 1455] pr. 3) *et* -verunt (CIC. Catil. 2, 10. *al.*) *et* -vere (QVINT. decl. 333 p. 313, 19), -aris *sim.* (CAEL. Cic. fam. 8, 9, 4 FIRM. math. 3, 7, 6; *e coni.* SVET. Vesp. 4, 3) *et* -verit *sim.* (LIV. 5, 25, 5 COLVM. 1, 7, 2. *al.*), -arat (CIC. p. red. in sen. 32. LIV. 37, 57, 11 [*var. l.* -verat]) *et* -verat (VELL. 2, 56, 3. *al.*). *abbrev.* oblig(are) TAB. aliment. Vel. (CIL XI 1147) 3, 14. NOT. Tir. 29, 81 -at. *de notione*: PS. ASCON. Verr. p. 214, 2 (*ad p. 93, 77*) 'districtus' potest et sine vinculis in diversum manu ducentium ferri; '-tus' etiam nodis vinculorum in loco intelligitur; plus est ergo '-tum' esse quam 'districtum'. CHAR. gramm. p. 411, 3 B. praesta mihi beneficium. fac me tibi -tissimum *eqs.* SYNON. Cic. p. 421, 22 demeretur. promeretur. -at. benefacit *eqs.* p. 436, 13 obnoxius. obstrictus. -tus. deditus *eqs.* GLOSS. *ὑπεύθυνον ποιῶ. ὑποτίθημι ἐπὶ ἐνοχῆς ἢ ἐνεχύρου.* -at: obumbrat. nectit. circummittit. -tus: *ἐνδεδεμένος, ἔνοχος, ὑπόχρεος. ἐνεχόμενος.* culpabilis. -ta: *ὑποκειμένη. al. legitur inde a* PLAVTO, LEGE agr., Q. SCAEV., RHET. Her., CIC.; *in poesi praeter* PLAVT., HOR., OV. *nonnisi* PVBLIL. B 35 SEN. Ag. 286 LAVS Pis. 202 MART. 7, 39, 6; *deest e. g. apud* CAES. (obstringere *quinquies*), SALL. [*venet. vet.* ubigar, *raet. or.* obleà; *cf. M.-L. 6012 a. G.*] [*confunditur c.* all- *l. 60. al. de* MOD. dig. 20, 1, 23, 1 *v. p. 85, 75.*]

CAPVT PRIVS: ***transitive*** *i. q. obstringere, alligare sim.*:

I *proprie* (*vi corporali interdum debilitata; indicatur instrumentum -andi per abl. l. 55. al.*, de *l. 70*, in *c. abl. p. 90, 16*, ex *p. 90, 53*):

A *directione definita*: **1** *notione q. e. circumligando vincire et usu inde derivato*: **a** *strictius*: *α generatim*: PLAVT. Bacch. 748 cedo tu ceram ac linum ...; age -a, obsigna *tabellas*. Truc. 956 in crumina ... -ta. RHET. Her. 1, 13, 23 *patricida* obvolutus et -tus corio. SEN. dial. 5, 11, 4 -tis oculis (CVRT. 6, 11, 15). COLVM. 6, 2, 12 pedes eius *bovis* sic cingulis -ari, ne ... insistere ... possit. 6, 28 testiculum ... funiculo (7, 3, 12 vinculo). 8, 8, 12 leviter ... crura *pullorum*. 11, 2, 40 bonus operarius ... *non* minus mille ducentos manipulos unus -at (al- *var. l. recepta vol. I 1683, 17*). PLIN. nat. 3, 65 diva Angerona ... ore -to obsignatoque simulacrum habet ([*sim.* MACR. Sat. 1, 10, 8 *ex Masurio*]. ITALA I Cor. 9, 9 [Tert. adv. Marc. 5, 7 p. 595, 16] bovi ... terenti os non -bis [*gr. φιμώσεις, Vulg.* al-]). *al. β in arte medica*: PLAVT. Men. 885 se -asse crus fractum Aesculapio, Apollini autem brachium (TAC. ann. 15, 64, 1). CIC. Tusc. 2, 38 a quo *medico* -etur *miles* (*cf.* SVET. Vit. 2, 3 *venis incisis* -ari curarique se passus). 2, 39 volnus (nat. deor. 3, 57 BELL. Afr. 88, 4. *al.*). MART. 7, 39, 6 plantas. TAC. ann. 6, 9, 2 venas (*opp.* resolvit. 16, 9, 2 incisas ... -tas aperire rursum). PS. APVL. herb. 109 l. 10 fomentis -ato *sc. fistulam*. ORIBAS. syn. 5, 31, 1 Ab p. 69 de qua *fascia* -ans lumbus fascians usque ad ilia (*gr. κατειλημένος τὴν ὀσφύν*). *γ in insitione*: VARRO rust. 1, 40, 5 quartum genus seminis, quod transit ex arbore in aliam, videndum, ... quemadmodum -etur. 1, 41, 2 *surculi corticem*, ne ... imbres noceant ..., argilla oblinendum ac libro -andum.

b *latius*: *α praevalet sensus q. e. circumdando detinere, impedire sim.*: PETRON. 81, 6 iacent ... amatores -ti. FRONTIN. strat. 3, 17, 4 Pompeius circumsessus ... Caesarem ... inrumpentem exterior ipse circumfusus corona -vit. TERT. spect. 18 p. 20, 9 ipse gestus *luctatoris* colubrina vis est, tenax ad occupandum, tortuosa ad -andum (*cf.* DICT. 3, 19 *Vlixes* pedibus eius *Aiacis* circumvertitur atque ita praepedito -toque nixu Aiax ... ruit). ORIBAS. eup. 4, 58, 2 Aa p. 574 nervi, qui dentium -ant radices (*La* continent, *gr. 4, 57, 2 τὸ νεῦρον τὸ καθῆκον εἰς τὰς ῥίζας*). *β transit in sensum circumcludendi*: ITALA II par. 9, 20 (Complut.) omnia vasa *Salomonis* ... auro -ta (*gr. χρυσίῳ κατειλημμένα, Vulg.* ex auro purissimo). APIC. 7, 295 *petasonem* missum in furnum melle -as.

2 *notione q. e. ligando applicare*: **a** *strictius*: *α animantia*: COLVM. 6, 19, 3 *iumenti* corpus laqueatum et distentum temonibus -atur. ITALA gen. 49, 11 (cod. 101) -ans ad vineam pullum (*gr. δεσμεύων πρὸς ἄμπελον, Vulg.* ligans). RVFIN. hist. 9, 8, 2 *ramis* singulis singulos pedes martyris -antes. *reflexive*: GREG. TVR. Andr. 19 serpens ... -ans se circa eam *quercum* (*antea*: circumdedit quercum). *β res*: COLVM. 6, 30, 6 (*inde* PELAGON. 43) stercus ... venis admotum fasciis -etur (*cf. Hippiatr. gr. I p. 132, 11 ἐπίδησον*). PLIN. nat. 26, 105 *articulis prodest* muscus ... -tus. PS. THEOD. PRISC. add. p. 281, 23 pellem ... sub limen. APIC. 8, 380 fasciculum porri *sc. porcello* (8, 381).

b *latius*: FLOR. epit. 3, 6, 14 *Pompeius* maritimum genus *piratarum* ... mediterraneis agris quasi -vit (*postea*: terrae homines suos reddidit). ENNOD. opusc. 3, 154 p. 371, 7 quos *gressus* in suis locis vis frigoris -bat (*i. retinebat*).

B *directione indefinita pertinet ad quemvis actum vinciendi*: **1** *strictius*: VARRO rust. 3, 7, 7 cum inter eas *virgas viscatas* posuerint -tum animal. HOR. epod. 17, 67 Prometheus -tus aliti (*i. 'vinctus ad pastum aquilae', quamvis pelluceat notio q. e. 'obnoxius poenae'*). FIRM. math. 4, 24, 9 publicis custodiis, publico carcere et publicis catenarum nexibus -antur. HEGES. 1, 45, 1 p. 121, 17 quos *fratres* onustos vinculis -verit. MACR. Sat. 1, 19, 2 *Liberi* mucro hedera lambente protegitur, quod ostendit vinculo quodam patientiae -andos impetus belli; habet enim hedera vinciendi -andique naturam. CASSIOD. Ios. antiq. 19, 5 in qua *catena* manus ... fuerant -tae (*gr. 294 ᾗ τὰς ... χεῖρας ἐδέθη*). *al.*

2 *latius*: **a** *vario usu* (*fere i. q. immotum reddere*): LAVS Pis. 202 *latrunculus* similis ... ligato -at ipse duos. ITALA psalm. 19, 9 (Quodv. prom. 2, 17; *sim.* Veron. *al.* = VVLG.) ipsis -ti sunt pedes (*gr. αὐτοὶ συνεποδίσθησαν*). FIRM. math. 4, 15, 9 *luna* -at linguas (6, 9, 14. CHIRON 355 [*cf. Hippiatr. gr. I p. 31, 7 γλῶσσα συνδέηται*]. ACT. Petr. 2). CHIRON 311 *equus* erit ... totus -tus et quasi constrictus pedibus ambulabit *eqs.* PS. AMBR. ad virg. dev. 2 p. 583[A] *virginem* frigus -vit. PS. THEOD. PRISC. add. p. 312, 7 ad nervos -tos et ad omnem duritiam. EPIPHAN. in euang. 22 p. 31, 14 sicut paralysi totum corpus -atur, ita gentilium populus ... idolis serviendo (*postea*: omnia vitiis diaboli erant conligata). *al. incantatione sim. intercedente* (*cf. p. 94, 36*): TAB. devot. Audollent 250[B], 12 ⟨pe⟩des illi -entur, non possit currere. 275, 29 (*ad daemones*:) -ate et gravate equos ..., ne currere possint. *et saepius ibidem.* **b** *t. t. grom. de finibus constituendis*: HYG. lim. grom. p. 145, 15 fines terminis -buntur. p. 145, 20 extremitas mensuraliter -ta est (p. 161, 16 terminis lapideis. p. 161, 20 ad ferramentum rectis angulis). GROM. p. 365, 33 fundos ex notis iuris.

c *praevalente sensu constringendi: partes corporis sim.*: CHIRON 704 *si quod iumentum pertuderit corium*, ita curato, donec se cutis -et. PS. MVSA herb. Vett. l. 168 Vettonica ... -at et expurgat (*sc. fistulas*). PHYSIOGN. 93 p. 121, 10 parvis articulis -tis atque constrictis (-tus a. constructus *A*). *liquamina, frustula* (*sc. spissando, conglutinando*): APIC. 2, 41 *isicium* cum ferbuerit, ... -as. 2, 50 cum bene bullierit, amulo -as spisso (3, 68. *al.*). 3, 77 ovis -bis *sc. ius sim.* (4, 123. 4, 134 pulpas o. confractis -bis. *al.*). 4, 174 cum ferbuerit, tractam confringes et ex ea -as (4, 175. *al.*). exc. 57 rapas ... concisas ... depressabis ... et cum pisce -as. *et saepe apud* APIC., *cf. p. 95, 48.*

II *in imagine et translate* (*cf. etiam l. 20. 25. 37*): **A** *usu sollemni*: **1** *praevalente respectu officii sim.*: **a** *in sermone iudiciali*: *α obi. res* (*iuxta homines l. 65. 74. al.*): Ⓘ *usu vulgato -antur res, per quas de aliqua re danda, facienda sim. cavetur, i. oppignerantur*: Ⓐ *exempla varia* (*ex iurisconsultis selecta tantum afferuntur*): PLAVT. Truc. 214 fundi et aedes -tae sunt ob Amoris praedium (TAB. aliment. Vel. [CIL XI 1147] 1, 4. POMPON. dig. 21, 2, 20 pro me. SCAEV. dig. 16, 1, 28, 1 ob conductionem. *al.*). LEX agr. (CIL I[2] 585) 74 praedium ... ob eum agrum locum in publico -tum erit (CIC. leg. agr. 3, 9. LEX Malac. [CIL II 1964] 4, 11 subdita subsignata -tave [4, 38 apud eos, qui *eqs.*]. 4, 33 *praedes, p., cognitores* in commune municipum ... -ti -ta[e]que sunto [4, 34 p. R. *i. populo Romano*]. SVET. Vesp. 4, 3 fratri. VLP. dig. 46, 3, 45 doti. *al.*). CIC. Catil. 2, 10 fortunas. VITR. 10 praef. 1 bona (SCAEV. dig. 20, 4, 21 pr. *al.*). QVINT. decl. 348 p. 371, 22 ad probationem rei caput suum (LEX Burg. Rom. 7, 1 aut c. aut facultatem suam [*sim.* 7, 2]. *cf. p. 95, 33 et* AMM. 16, 7, 3 -ta cervice sua). IVLIAN. dig. 43, 33, 1, 1 res ... utrique ... -tae *eqs.* (AFRIC. dig. 16, 1, 17, 1 dotis nomine. GAIVS dig. 33, 4, 15 pigneratas r. vel in publicum -tas [*sim.* PAVL. dig. 13, 7, 16, 1]. VLP. dig. 4, 4, 7, 3 fideiussorio nomine se vel r. suam. CYPR. eleem. 22 p. 390, 13 in muneris comparationem. COD. Iust. 8, 14, 7 pro pensionibus. 8, 17, 10 [*a. 294*] pro dote. *et saepe*). POMPON. dig. 4, 4, 50 pignus ... manet -tum (SCAEV. dig. 20, 5, 14 sub eo nomine. PAPIN. dig. 46, 3, 96, 3 duobus contractibus. *al. cf.* PAVL. sent. 1, 9, 8 quas *fiducias et pignora*. MARCIAN. dig. 20, 1, 13, 5 si ... -ta sit hypotheca [*saepius ap. eundem*]). PAVL. dig. 20, 2, 9 est differentia -torum propter pensionem et eorum, quae *eqs. al. metaphorice*: AVG. serm. 180, 6, 7 cum dicit quisque 'per meam salutem', salutem suam deo -at *eqs.* (*syn.* oppignerat).

Ⓑ *locutiones notionem explanantes*: CELS. dig. 46, 3, 69 qui *homo* erat pignori Titio -tus (AFRIC. dig. 39, 2, 44, 1. *et saepe. cf.* GAIVS dig.

[Lebek]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

20, 1, 15 pr. hypothecae [Marcian. dig. 20, 6, 5, 3]). Gaivs dig. 9, 4, 27, 1 pignoris iure (47, 2, 49 pr. Vlp. dig. 42, 6, 1, 3 i. p. vel hypothecae. *al.*). 20, 1, 4 hypothecae nomine (20, 4, 11, 2. 22, 4, 4. Cod. Iust. 6, 43, 3, 2ª h. pignorisve n.). Mod. dig. 20, 1, 23 pr. ex causa pignoris. Schol. Cic. Bob. p. 106, 9 loco pigneris (Sidon. epist. 4, 24, 1 nil . . . l. fiduciae pignorisque vel . . . sequestrans vel -ans). Cod. Theod. 3, 30, 1 (= Iust. 5, 37, 20) pigneris titulo (Cod. Iust. 4, 24, 11 *a. 294.* 8, 13, 26 *a. 294*). Cod. Iust. 4, 24, 11 (*a. 294*) pignoris causa. 8, 14, 1 (*a. 213*) vice pignorum. 8, 30, 3 (*a. 293*) pacto pignoris. Interpr. Paul. sent. 2, 13, 2 fiducia. Lex Burg. Rom. 14, 3 cautione. Pap. Tjäder 1, 14 fiduciae nexu. Ⓒ *accedunt adverbia*: Gaivs dig. 20, 1, 15, 2 specialiter (Vlp. dig. 20, 1, 6. *al.*). Cod. Iust. 4, 10, 6 (*a. 293*) generaliter (7, 72, 6, 1. *al.*).

Ⅱ *usu inclinato ita, ut in obligatione hominum ipsae res -ari videantur, i. obnoxiae fiant* (*cf. p. 93, 68*): Ⓐ *-antur res dandae, faciendae sim.*: ① *in explicanda locutione q. e.* aes nexum (*v. Kaser, Röm. Privatrecht I 148 sq.; rem confirmavit Kunkel per litteras*): Fest. p. 165 'aes nexum' apud antiquos dicebatur pecunia, quae per nexum -atur. *inde emendatur* Varro ling. 7, 105 ⟨a⟩es[t] quod -atur per libram. ② *varie*: Pavl. dig. 46, 3, 98 pr. aliquam possessionem ... pro filia sua dotem promittendo -vit et solvit (*cf.* Cod. Iust. 5, 14, 5 [*a. 290*] quae *bona* dotis titulo tibi non sunt -ta [*postea*: nullo modo debentur]). Cod. Theod. 3, 6, 1, 2 (= Iust. 5, 2, 1, 2) quod *matrimonium* ... arris fuerat -tum. 14, 3, 13 rem pistrino hereditatis ... meritis -tam (*postea*: corpori obnoxium). 16, 5, 9 pr. omnia ... fisci dominio ... -ta. Val. Cem. hom. 4, 4 p. 704ᴬ tam diu ... iuris tui est patrimonium tuum quam diu chirographi fide alteri non fuerit -tum (*antea*: debitum). *cf. p. 95, 33.* Ⓑ *-antur res censibus sim. subiciendae*: Cod. Theod. 11, 2, 28 terras censibus -tas (15, 1, 41 quae *aedificia* ... nullis c. patuerit -ta). 13, 5, 27 praedia his -ta muneribus. 13, 6, 7 (= Iust. 11, 3, 2, 2) domos ... ad hanc pensionem -ari.

β obi. homines vel hominum qualitates, actus sim. (*maxime passive aut reflexive; cui quis -etur, indicatur per dat. l. 38 et passim* [*rarius* sibi, *ex. gr. p. 92, 32.* Clem. dig. 40, 9, 32, 2 *ex Octaveno*], apud *p. 92, 45. al.*, in *c. acc. p. 90, 65* [*per zeugma*]): ① *pertinet ad munera publica sim. sive sponte suscepta sive imposita* (*c. abl. passim, dat. certo l. 42. 61*, in *l. 44. 49. 50*, ad *l. 46*, *cf.* ut *l. 62*): Ⓐ *vario usu*: Lex agr. (cil i² 585) 47 *ne quis*, quod praes factus est, populo -tus esto (Pavl. Fest. p. 223 p. est is, qui populo se -at. Lex Malac. [cil ii 1964] 4, 27 *p. cognitoresve* [*item* 4, 33 sq.]. *cf.* Cic. fam. 5, 20, 4). Liv. 3, 13, 8 unum vadem tribus milibus aeris -arunt. Lex arae Aug. Narb. (cil xii 4333) 1, 12 se numini eius *Augusti* in perpetuum colendo -erunt (2, 32). Sen. benef. 4, 39, 3 sponsum descendam ..., sed non, ... si fisco -bis. Qvint. decl. 254 p. 40, 5 in honorem hominis unius -bis tempora futura *iure in omnia tempora scripto*. Pompon. dig. 50, 12, 14 si quis ... opus facturum se in aliqua civitate promiserit, ad perficiendum ... -tus est (*cf.* Vlp. dig. 50, 12, 1, 1. 2). Vlp. dig. 50, 1, 2, 5 pater (*sc. decurionis, qui tutores non dedit*) ... ita demum -atur, si et fideiussores solent hoc nomine -ari (50, 8, 3 pr. cum et prior causa ... in universum fideiussorem -verit. Pavl. dig. 46, 1, 68, 1 in sola centum annua se -verant, non in omnem conductionem vectigalis. *cf.* Call. dig. 49, 14, 3, 6). 50, 10, 1 pr. Char. dig. 50, 4, 18, 11. Cod. Theod. 3, 18, 1 avos ... tutoris necessitas postulandi teneat -tos (*intercedit tutela ut* 3, 31, 1 = Iust. 5, 62, 24). 6, 30, 16 pr. qui ... nullis sunt corporibus -ti (*item* 6, 30, 17 pr.). 12, 1, 46 eos necessitas curialis detinet -tos (*cf.* 12, 1, 177 pr. *al.*). 12, 1, 74, 5 suae potestatis et nullis per provincias functionibus -ti. 12, 1, 111 muneribus (12, 1, 123, 3. 12, 1, 172 pr. municipalibus). *al.* Ⓑ *respicitur pecunia aerario sim. solvenda* (*cf. l. 44*): Svet. Claud. 9, 2 cum -tam aerario fidem liberare non posset. Vlp. dig. 50, 15, 3 pr. tributo capitis. Cod. Theod. 10, 24, 3, 1 binarum ... centesimarum inlationi. 16, 2, 8 novis collationibus. 16, 5, 54, 4 huiusmodi ... condicionibus ..., scilicet ut ... solvat. *al.* Novell. Theod. 7, 2, 1 sq. debitis publicis. Cod. Iust. 10, 1, 1. 11, 36, 1.

Ⅱ *pertinet ad res privatas* (*v. Berger, Dict. of Rom. Law 603 sqq.*): Ⓐ *intercedit delictum*: ① *indicatur delictum ipsum*: Q. Scaev. Gell. 6, 15, 2 furti se -vit (Iavol. dig. 39, 5, 25. *et saepe*). Lex Rubr. (cil i² 592) 2, 33 eius rei noxsiaeve. Pavl. Fest. p. 191 'obnoxius' poenae -tus ob delictum (*cf.* Gaivs inst. 4, 2 ex delicto [Vlp. dig. 29, 2, 71, 9. *al.*]). Sen. dial. 2, 7, 4 sceleri se -vit (*cf.* Svet. Iul. 42, 3 scelere). Gaivs dig. 44, 7, 5, 2 (*inde* Inst. Iust. 3, 27, 5) ex maleficio (44, 7, 5, 4 [*inde* Inst. Iust. 4, 5 pr.]. *al. cf. l. 68 et* Mod. dig. 44, 7, 52 pr. ex peccato [44, 7, 52, 8]). inst. 3, 208 (*inde* Inst. Iust. 4, 1, 18) eo crimine *sc. furti* (Cod. Theod. 6, 29, 9 pr. Interpr. cod. Theod. 9, 42, 15 [in ... c. *H*, crimini *L*]. Chrysost. hom. III 872ᶜ rei et criminibus -ti [*Migne gr. 50, 451 οἱ κατακεχριμένοι*]. *cf.* Cod. Theod. 9, 24, 1 pr. societate criminis. Cod. Iust. 9, 22, 13 [*a. 293*] criminis ... periculo). Cod. Iust. 6, 2, 20 servi corrupti. Edict. Theodor. 81 reatu plagii. ② *indicatur status sim., cui quis propter delictum subicitur*: Cic. fin. 1, 47 legum iudiciorumque poenis -antur (Sen. benef. 7, 7, 3 poenae. Iulian. dig. 47, 2, 57 pr. poena. *adde l. 68*). Qvint. decl. 260 p. 62, 13 an lege, qua cognoscitis, -tus sit, qui accusatur (Pavl. dig. 9, 2, 28 pr. Mod. dig. 44, 7, 52 pr. [*seq. definitio*]. 48, 10, 30 pr. *cf.* Qvint. decl. 270 p. 107, 20 legi [323 p. 272, 16]). Pompon. dig. 13, 1, 2 condictioni (-ne *var. l.*) ex causa furtiva et furiosi ... -antur (*cf.* Vlp. dig. 13, 1, 7, 2 condictio rei furtivae ... heredem quoque furis -at). ③ *subauditur 'poenae' sim.*: Qvint. decl. 252 p. 30, 15 pulsatus civis iniuriarum aget; si magistratus erit, maiestatis crimen -bitur; si legatus erit, bello vindicabitur. Cod. Theod. 8, 2, 5, 1 (= Iust. 10, 71, 3, 1) consensum ..., non ignorantiam volumus -ari (*postea*: ipsum ... obnoxium adtineri). *cf. l. 66. p. 94, 12.*

Ⓑ *intercedit contractus sim.*: ① *c. abl.* (*significatur actus vel ratio, at ipsa res praestanda l. 15*): Cic. Caecin. 7 verbo se uno -vit (Pompon. dig. 45, 1, 5, 3. *et saepe*). Mur. 3 nexu. top. 45 num is, qui mancipio dedit, ob eam rem se ulla re -vit? (Gaivs dig. 44, 7, 1, 3. *al.*). fam. 5, 20, 8 *non* me humanitate litterarum mearum -tum puto (*cf.* Iulian. dig. 30, 103 [*inde* Call. dig. 49, 14, 3 pr.] domestica cautione vel chirographo. Inst. Iust. 3, 21 scriptura). Varro ling. 6, 69 qui ⟨i⟩dem *ac sponsor* ⟨ut *?*⟩ faciat, -atur sponsu[s], consponsus *est*. Qvint. decl. 245 p. 4, 18 non ... poterat videri quadruplo -tus (*sc. praestando, item*: 257 p. 51, 25 faenore. Iulian. dig. 35, 2, 87, 4 quibus *legatis* [35, 2, 87, 7]. Scaev. dig. 45, 1, 122 pr. qua *summa*. Papin. dig. 38, 1, 43 operis -tus). Iavol. dig. 46, 1, 20 aere alieno (Gaivs dig. 29, 1, 17, 1 Papin. dig. 17, 2, 82. *cf.* Iulian. dig. 16, 1, 15 debito [Firm. math. 3, 9, 7]. Vlp. dig. 26, 7, 9, 7 mutua pecunia). Cels. dig. 17, 1, 50 pr. negotiorum gestorum actione (Vlp. dig. 3, 5, 7 pr. *cf.* Iulian. dig. 9, 4, 39, 1 noxali a. *al. per ellipsin*: Vlp. dig. 14, 4, 1, 2 tributoria. 45, 1, 1 pr. quod iussu). Venvl. dig. 40, 12, 44 pr. iurando (Vlp. dig. 38, 1, 7, 1. *cf.* Gaivs inst. 3, 96 iure i. [Tryph. dig. 37, 15, 10. *paulo aliter p. 93, 22*]). Gaivs dig. 2, 11, 6 necessitate sistendi (Mod. dig. 44, 7, 52 pr. *al.*). inst. 4, 31 stipulatione (Scaev. dig. 45, 1, 122 pr. *al.*). 4, 187 vadimonio. Scaev. dig. 36, 1, 78 fideicommisso. Vlp. dig. 23, 3, 38 mandati iudicio (Pavl. dig. 44, 7, 46 communi dividundo. Cod. Iust. 8, 15, 6 [*a. 293*] pigneraticio). *al.* *res pro subi. ponitur*: Sen. benef. 3, 15, 1 utinam nulla stipulatio emptorem venditori -ret ...! (Pompon. dig. 45, 1, 5, 2). Sic. Flacc. grom. p. 102, 15 quidam ... possessionum suarum privatim formas fecerunt, quae nec ipsos vicinis nec sibi vicinos -ant. Iulian. dig. 4, 12, 18 pretium. 12, 1, 19 pr. numeratio. Vlp. dig. 29, 2, 8 pr. hereditas (Pavl. dig. 45, 2, 17). *al.* ② *c. praepos.*: Sen. contr. 9, 3, 3 (*verba Gallionis*) non potui -ari de eis *filiis*, qui in mea potestate non erant (Gaivs inst. 3, 137 de eo, quod alterum alteri ... praestare oportet. *et saepe, per zeugma iam* Lex Iul. Pap. [dig. 38, 1, 37 pr.]). Iavol. dig. 3, 5, 27 id ei *Titio* abesse videtur, in quo -tus est (42, 5, 28 in omni aere alieno. Scaev. dig. 24, 1, 58, 2 in ea pecunia. *al.*). 23, 3, 57 in quam *pecuniam* (46, 1, 42 in ... rem [Iulian. dig. 45, 1, 56, 8 Gaivs dig. 3, 5, 2. *al.*]. Iulian. dig. 17, 1, 33 in ... summam [Gaivs inst. 3, 124]. Gaivs dig. 46, 1, 70 pr. in ... condicionem. Vlp. dig. 19, 1, 11, 17 in hoc ..., ut *eqs. et saepe*). Iulian. dig. 12, 6, 32, 2 pro dote (Pompon. dig. 46, 3, 25 pro ea parte *hereditatis*. Afric. dig. 46, 1, 21, 3 apud eundem pro ipso. *al.*). 23, 3, 44 pr. ex promissione (Pompon. dig. 42, 1, 22, 1 ex doli clausula. 45, 1, 25 ex ... stipulatione. *et saepe*). 30, 103 (*inde* Call. dig. 49, 14, 3 pr.) ad praestandum fideicommissum (Maecian. dig. 35, 2, 32, 4. *al. cf.* Scaev. dig. 45, 1, 127 ad hoc, ut *eqs.* Tryph. dig. 20, 5, 12, 1 ad id restituendum. *al.*). Gaivs dig. 46, 1, 70, 1 sub condicione (46, 1, 72. *al. cf.* epit. 2, 9, 7 sub hac sponsione. Scaev. dig. 46, 3, 89, 2 sub usuris). inst. 2, 184 (*inde* Inst. Iust. 2, 16, 9) per fideicommissum (Vlp. dig. 8, 4, 13 pr. per stipulationis vel venditionis legem. *al.*). Pavl. dig. 19, 4, 1 pr. ob evictionem (sent. 2, 6, 1 ob ea, quae salva receperit). *cf.* Iavol. dig. 3, 5, 27 vel mandati vel negotiorum gestorum nomine (46, 1, 20 fideiussionis. Cels. dig. 21, 6, 62 pr. evictionis [Iulian. dig. 21, 2, 39. *al.*]. *al.*).

③ *c. dat.* (*formas ambiguas sub abl. attulimus*): Colvm. 1, 7, 2 nec dominus in unaquaque re, cui (cum *var. l.*) *praestandae* colonum -verit, tenax esse sui iuris debet. Iulian. dig. 28, 1, 12 hereditati (*v. vol. VI 3, 2634, 13 sqq.*). 46, 1, 16, 1 condicioni. Vlp. dig. 4, 4, 44 oneri. 29, 2, 6 pr. aeri alieno (29, 2, 8 pr.). ④ *c. gen.*: Pompon. dig. 44, 7, 24, 3 negotiorum gestorum ei -atur (Vlp. dig. 3, 5, 5, 2 *ex Iuliano*. Pavl. dig. 3, 5, 18, 3). Vlp. dig. 17, 1, 12, 11 mandati (17, 1, 12, 12. *al.*). 21, 1, 25, 9 (*verba edicti*) cuius ... pecuniae *praestandae* (Pavl. dig. 17, 2, 71 pr. [*ex Alfeno*] non ... utriusque rei promissorem -ari, ut *eqs.* Inst. Iust. 4, 3, 9 non solum tanti quisque -atur, quantum damni dederit, sed ... pluris [*antea*: tanti teneatur. *an ad l. 1 sqq.?*]). 27, 3, 1, 22. 36, 4, 5, 1. ⑤ *c. enunt. fin., acc. c. inf.*: Iulian. dig. 21, 2, 8 -tus est venditor, ut praestet *eqs.* (41, 1, 36. Gaivs inst. 2, 184 ut hereditatem ... restituat [*inde* Inst. Iust. 2, 16, 9 hereditatem ... restituere]. *al.*). Vlp. dig. 45, 1, 38 pr. *seq.* ne. Cod. Iust. 3, 18, 1 (*a. 225*) qui ... se soluturum pecuniam -at. ⑥ *locutiones concisae*: Mod. dig. 40, 12, 21 pr. eius duplum, quod ... vel dedit vel -tus est (*sc. ut daret*). Cod. Iust. 4, 29, 8 (*a. 238*) in id, quod (*i.* 'in *q.*') se -verunt, teneri. ⑦ *accedunt adv.*: Cels. dig. 38, 1, 30 pr. immodice. Florent. dig. 45, 2, 7 (*inde* Inst. Iust. 3, 16, 2) pure (Vlp. dig. 46, 1, 6, 1). Papin. dig. 46, 6, 12 civiliter (Vlp. dig. 11, 6, 1, 1. *al.*). Vlp. dig. 4, 5, 2, 2 naturaliter (5, 3, 25, 11. *al.*). Cod. Iust. 4, 2, 13 (*a. 294*) principaliter (4, 29, 24). 4, 49, 1 (*a. 215*) personaliter.

b *in sermone communi* (*hic illic ita, ut usus iudicialis pelluceat*): *α sensu originario pro obi. sunt animantes vel eorum qualitates, actus sim.* (*ad indicandum, qua re vel ad quid obligatio fiat, accedit abl. passim* [*c. gerund. p. 93, 38*], ad *p. 93, 6* [*cf. p. 95, 58*], in *c. acc. p. 93, 11. 22. 36, c. abl. p. 93, 24. 26. 62. al.*, contra *p. 93, 13, acc. c. inf. p. 93,*

[Lebek]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

12. 23, enunt. fin. l. 31): Ⓘ *usu vario*: Cic. Verr. II 2, 177 *testes* -entur non solum iuris iurandi atque existimationis periculo, sed etiam communi inter se conscientia. p. red. in sen. 32 *Piso* pactionibus eos *hostes rei p.* suorum praemiorum -arat (Val. Cem. hom. 4, 4 p. 703D). Cael. 77 durissimis se ipse legibus iam -vit (Cels. 1, 1, 1 Qvint. decl. 249 p. 22, 17. *cf.* 286 p. 152, 6 quae *lex* ad patris te -vit voluntatem. Ambrosiast. in Gal. 1, 13 ut libertatem suam -verint vinculis legis [*antea*: legi se subicere]). Balb. 34 qui *populus* iniussu suo nullo pacto potest religione -ari (*antea*: vinculo religionis. Liv. 9, 8, 6 *opp.* exsolvamus. Frontin. [?] strat. 4, 7, 39). Phil. 5, 51 audebo etiam -are fidem meam (*suam ut*: Liv. 30, 12, 18 in id, quod petebatur. 40, 57, 4 pacato agmine transituros Bastarnas. *alienam l. 27 et* Liv. perioch. 84 fidem eorum contra Syllam. *vi speciali l. 53*). leg. 2, 41 qua *sponsione* -amur deo (Liv. 9, 8, 9. 9, 9, 15 quae *s.* neminem -ret). off. 1, 36 ut ... secundo eum *filium Catonis* -et militiae sacramento (Scrib. Larg. praef. p. 2, 21 qui s. medicinae legitime est -tus. Novell. Valent. 15 pr. *al.*). *al.* Hor. carm. 2, 8, 5 -asti perfidum votis caput (Liv. 21, 21, 9 *Hannibal* Herculi vota exsolvit novisque se -at v. *al. cf.* Ov. trist. 1, 2, 83 [*v. MusHelv. 24, 1967, 33sqq.*]). Ov. am. 3, 12, 42 -at historica nec sua verba fide *licentia vatum*. Liv. 3, 56, 12 foedere (21, 18, 11 si vos non tenent foedera ..., ne nos quidem Hasdrubalis foedus ... -are potuit. 38, 33, 10). 5, 8, 6 iure iurando inter se -ti *populi* (39, 18, 3 in quas *res.* Sen. contr. 2, 2, 5 *ex Arellio Fusco.* Ivst. 3, 3, 11 nihil eos ... mutaturos. *paulo aliter p. 92, 24*). 9, 9, 7 si quid est, in quo (quod *dett.*) -ari populus possit, in omnia potest (*cf.* Sen. contr. 1 praef. 19 hoc vobis, in quo iam -tus sum, persolvam). 21, 21, 11 velut mutuis pignoribus -ti *milites* (Cvrt. 7, 10, 9 fidem. Plin. epist. 7, 17). *al.* Sen. contr. 7, 1, 14 (*verba Musae*) aliis non potest persuaderi ut matrimonio -entur, aliis ut careant (Tert. uxor. 1, 7 l. 12 *opp.* solutus. *cf.* 2, 2 l. 54). Cels. 5, 26, 1D *medicum* -ari ... aequum est confessione promptae rei, quo curiosius ... circumspiciat. Sen. epist. 94, 31 quid illum admonitiones iuvabunt vitiosis *decretis* -tum? 95, 35 si volumus habere -tos (*sc.* '*disciplinae nostrae*', *nisi potius* '*bono*') et malis, quibus iam tenentur, avellere, discant *eqs.* Tac. Germ. 8, 1 ut efficacius -entur animi civitatum, quibus inter obsides puellae ... imperantur. Svet. Tib. 67, 3 (*ex oratione Tiberii*) ne se senatus in acta cuiusquam -ret (*antea*: ne in acta sua iuraretur). Tert. pudic. 12 p. 242, 15 *apostoli* solverunt a pluribus, ut nocentioribus observandis -remur (*antea*: ad necessariora constringant). *et saepius.* Ⓘⓘ *c. respectu beneficiorum* (*nonnulla vergunt in meram vim conciliandi, cf. p. 94, 47 sqq.*): Q. Cic. pet. 4 ut intellegant, qui debent tua causa, referendae gratiae, qui volunt, -andi tui tempus sibi aliud nullum fore. 19 quattuor sodalitates ... tibi -asti. 37 ut intellegant te sibi in perpetuum summo beneficio -ari (Cic. Catil. 4, 22. Phil. 13, 8 me eius b. ... -tum puto. *et saepe*). Cic. Sull. 72 quorum pro salute se hic Sullae -vit *i. fere* '*-ari se passus est*' (Sen. benef. 5, 19, 6 Plin. epist. 10, 4, 1. 10, 6, 2). Planc. 73 (*postea*: beneficio obstrictum). fam. 6, 11, 1 (*postea*: devinctus ... beneficio). ad Q. fr. 2, 12, 3 liberalitate. *al.* Cael. Cic. fam. 8, 9, 4 gratos ... viros tibi -aris. Planc. *ibid.* 10, 8, 3 largitionibus concessionibusque praemiorum. Ov. met. 9, 248 (*loq. Iuppiter ad deos Herculi faventes*) quamquam ipsius datis hoc ... actis, -or ipse tamen. fast. 2, 62 nec satis est homines, -at ille *Augustus* deos. Liv. 22, 22, 14 habita fides ipsam plerumque -at fidem (Sen. Ag. 286 pretio. *cf. l. 10 sqq.*). 40, 10, 9 tuam senectutem -tam et obnoxiam adulescentiae suae. *al.* Sen. contr. 1, 1, 4 (*verba Gallionis*) non miror, quod misericordia obicitur; ... sic ... me gessi, ut hoc crimine duos patres -rem. Sen. benef. 1, 1, 8 quid exspectat, qui offendit, dum -at? (*inde* Ps. Sen. mon. 170). 2, 11, 5 si gratos vis habere, quos -as. 5, 11, 5 beneficium dare ... aliquem conciliat, aliquem -at *eqs.* 6, 10, 2 profuisse te mihi ..., ut ob hoc tibi -er. *al.* Qvint. decl. 253 p. 36, 2 meo nomine sum vobis ... -tus (Tert. idol. 9 p. 38, 20 Symm. epist. 2, 84). 345 p. 365, 1. Plin. epist. 8, 12, 3 minus -or tanta sedulitate celebranti, in quo (qua *var. l.*) -ari ego ... maxime possum (*antea*: obstrictum). 10, 11, 1 infirmitas mea ... -vit me ... medico, cui parem gratiam referre ... possum, si *eqs.* Tert. idol. 6 p. 35, 29 quibus exhibitionis nostrae gratia -ti sumus. Arnob. nat. 7, 12 cum *di* suas intellegant gratias sacrorum acceptionibus -tas. Amm. 15, 5, 33 -tum gratia (28, 4, 10. *cf.* 20, 11, 3 gratiarum ... nexu). *et saepius.*

β obiecto mutato (*cf. p. 91, 14*): Ⓘ *per enallagen*: Hor. carm. 2, 7, 17 -tam redde Iovi dapem. Ambr. exc. Sat. 1, 60 hereditas successori quaeritur, dispensatio pauperibus -atur. Ⓘⓘ *peculiariter*: Tac. Germ. 31, 1 barbam ... submittere nec nisi hoste caeso exuere votivum -tumque virtuti oris habitum (*i. quo virtuti se obligaverunt*).

2 *de quolibet nexu* (*c. abl. passim, dat. p. 94, 6. 7. 49. al.*, in *p. 94, 2. 21. 60. al.*, ad *p. 94, 16*): **a** *strictius c. respectu impediendi, implicandi sim.* (*cf. p. 94, 73 sqq.*): *α vario usu*: Cic. Verr. I 24 me hoc iudicio districtum atque -tum futurum (*cf. p. 89, 35*). dom. 20 cum ... populum ... Romanum scelere -asses (har. resp. 27 quominus castissimos ludos omni flagitio pollueres, dedecore maculares, s. -res). div. 1, 7 ne ... impia fraude aut ... anili superstitione -emur. Iren. 2, 17, 9 (= 2, 22, 3 H.) quacumque ... progressi fuerint *argumentando*, -buntur (*i. fere* '*haerebunt*'). Arnob. nat. 3, 43 *ne di* piaculis nos teneant inexpiabilibus -tos. Firm. math. 3, 11, 7 falsis criminum circumventionibus -antur. 4, 1, 3 deus ... immortalis animi divinitatem mortalis ... corporis vinculis -vit (*infra*: magnae cuiusdam necessitatis -tus imperio *animus. cf.* Rvstic. c. aceph. p. 1191C *anima* -ta in corpore). 4, 9, 4 vitiis (4, 12, 1 praeposteris amorum v. -ti aut inpuris ... cupiditatibus dediti. 5, 3, 5). 4, 19, 18 *Veneris sidus* et viros mulierum et mulieres virorum bonis affectibus -bit (5, 1, 34 circa uxorem blandis erit amorum a. -tus. *al. cf.* CIL VI 18817, 5 puer puella -ti amori [*pro* amore*?*]). 7, 23, 24 malis (Ps. Avg. quaest. test. I 98, 3 ut huic malo etiam filios suos -rent). Hil. in psalm. 61, 6 nihil occultum, nihil clausum, nihil -tum sub dei confessione in corde retinendum est. Priscill. tract. 1, 5 deterioribus tormentis. Serv. auct. Aen. 2, 140 Graeci -ti sunt (*sc. sacrificio interrupto, ut vid.*). Ambr. paenit. 1, 14, 70 (*ad Matth. 5, 28*) non aspectum -vit *Christus* (*i.* '*cohibuit*', *nisi* '*damnavit*', *cf. p. 92, 1 et antea*: non ... vidisse crimen est), sed adfectum quaesivit. Vvlg. prov. 13, 13 qui detrahit alicui rei, ipse se in futurum -at. Avg. in psalm. 99, 7 omnes condicione servili -ti. Ps. Avg. c. Iud. pag. Ar. 2 ad hos ... pannos (*sc. impudicitiam sim.*) suos posteros -vit. quaest. test. I 115, 33 *daemonia* corpora -ant infirmitatibus. serm. ed. Mai 29 sanguis ... domini nostri polluit in praesenti reos *Iudaeos*, de futuro -at nascituros (*postea*: elogio criminis implicavit, innodare). Evagr. sent. mon. 10 (Leclercq, Scriptorium V 2, 1951 p. 205) qui -at memoriam malitiae in anima sua (*gr. ἐναποδεσμεύων, vers. alt. Migne 20, 1181C* alligat ... in animam). Vincent. Ler. 7, 3 maledictis (*opp.* benedictione donati sunt). Hil. Arel. vita Honorat. 5 l. 15 alios dulcedo ipsius -verat, alios collegii blandimenta devinxerant *eqs.* (*c. colore alliciendi ut*: Cassiod. hist. 8, 11, 6 Severa ... pulchritudine virginis -ta est [*Socr. 4, 31 ἠράσθη τοῦ κάλλους*]. *cf. l. 47 sqq.*). Conc. Carth. a. 411 Mansi 4, 198C rem in medio positam et pene ipsa luce clariorem volunt nebulis -are (*i. obvolvere*). *al.*

β intercedit invocatio deorum, daemonum sim.: Ⓘ *de consecratione in perpetuum facta*: Cic. dom. 106 domum ... in posterum tempus sempiterna religione -are (124 bona Lentuli [*distingui videtur ab ipsa caerimonia consecrandi*]. leg. 2, 58 locum publicum ... privata r. Arnob. nat. 7, 31 solum erit *id vinum*, quod inferetur, sacrum nec r. -bitur ceterum). Tert. anim. 39, 3 quis non ... aut totum filii caput reatui vovet ... aut sacrificio -at aut sacro obsignat ...? Ⓘⓘ *de actu magico incantandi, defigendi sim.* (*cf. p. 90, 38*): Ps. Qvint. decl. exc. Paris. 10 p. 406, 15 *pater incantatione magi* venientem ab urna filium (*i. umbram mortui*) -vit (*postea*: impedisti). Pavl. sent. 5, 23, 15 qui sacra impia ..., ut quem obcantarent defigerent -rent, fecerint. Porph. Hor. epod. 17, 7 'turbinem' ... dicit, quod quasi -verit mentem eius *Canidia*. Serv. auct. ecl. 8, 71 'excantare' est magicis carminibus -are. *al.* *huc fort. spectant* (*c. notione decipiendi*): Act. Petr. 28 (*loq. Petrus ad populum Nicostrato resuscitari viso*) -ti estis (*antea*: maleficatos vos esse, *postea*: excaecavit). Pass. Petr. Paul. long. 46 (*loq. Simon ad Neronem*) *Petrus et Paulus* circumvenerunt clementiam tuam et -erunt te (*gr. συνέδησαν*).

b *vi plus minus debilitata*: *α praevalet notio conciliandi* (*huc transeunt exempla l. 5 sq. 23 sqq. posita, cf. etiam p. 93, 39 sqq.*): Cael. Cic. fam. 8, 12, 2 malui collegae eius ... me -are. Tert. praescr. 41 l. 18 *haeretici* conlocant ... apostatas nostros, ut gloria eos -ent, quia veritate non possunt. Porph. Hor. epist. 1, 6, 1 nullae sectae -tum se ait *Horatius*. Lact. inst. 5, 2, 3 *philosophus quidam* ad amicitias iudicum ... penetrabat eosque sibi repente auctoritate falsi nominis -bat. Qverol. p. 13, 11 R. quem tu maxime tibimet -are volueris, tanto levius nectito. *cum acumine dictum*: Ennod. dict. 25, 3 p. 501, 5 (*loq. Thetis Achille interfecto*) inferiores hominibus sumus ..., quia nescimus exitia pignoribus -tae. *β praevalet notio consociandi, uniendi sim.*: Tert. adv. Hermog. 16, 1 (*deus ex materia bonum et malum fecit*) ambo sibi -antur, qui fecit et de qua fecit. resurr. 48 p. 100, 10 quae *resurrectio* nisi corporalis non [nisi alias] in baptismate corporali -retur (*fere i. q.* '*penderet*', *item*: Oros. comm. 2 [*verba Priscilliani*] in qua *corporis dispositione* -tum caelum videtur et terra omnesque principatus saeculi videntur adstricti). uxor. 2, 1 l. 31 quod illud (*sc. suasum*) de consilio veniat et voluntati proponatur, hoc autem (*sc. iussum*) de potestate descendat et necessitati (*A*, -te *cett.*) -etur. Firm. math. 2, 23, 2 omnia signa *zodiaci* invicem sibi -ta iunguntur ([*postea*: omnia s. signa i. vicinitas coniunctionis adsociat]. 4, 20, 3 multiplicatam et i. s. -tam ... summam). 3, 7, 6 si ... Mars se illis *sideribus* aliquibus radiationibus -arit. 5 praef. 3 tu *deus* tibi pater ac filius uno vinculo necessitudinis -tus (*cf.* Maximin. c. Ambr. 137 *de trinitate*). Ps. Rvfin. in Ioel 2, 12/14 eius *dei* ... medicinam aeternis virtutibus (*sc. benignitatis, misericordiae divinae sim.*) -antes (*fere i. q. committentes*).

B *usu christiano pertinet ad hominem saeculo subiciendum, temptationibus circumretiendum, a salute retinendum sim.* (*afferuntur exempla selecta; usus iudicialis subest p. 95, 3. 33. 36. al., ceterum similia exstant p. 93, 75 sqq.*): **1** *praevalente respectu definito* (*c. abl. passim, dat. certo l. 81. p. 95, 6*, in *c. abl. p. 95, 9. 11. 13*): **a** *peccatorum, malitiae sim.*: Tert. idol. 2 p. 31, 25 idololatriam ... existimant ..., si quis ... sacris aliquibus aut sacerdotiis -etur. spect. 10 p. 13, 14 quibus *spectaculorum inquinamentis* hominem a domino avocarent et suo honori -rent *daemones*. Epist. Paul. et Cor. II rec. B 11 ⟨car⟩nem voluptatibus. Hil. in psalm. 124, 10 sunt alia vincula, quae fidem nostram impediunt et -ant sibique conectunt: maxime augendae pecuniae labor et negotiandi insincerus profectus; haec enim ita -ant peccatis,

[Lebek]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

sacramentis *eqs.* (AMBROSIAST. in Col. 1, 14. AVG. nupt. et concup. 1, 24, 27 originali [pecc. mer. 3, 2, 2. *al.*]. MAR. MERC. Conc.^{S} I 5 p. 33, 12 *opp.* exoluit debitum. *al.*). PRISCILL. tract. 1, 18 concupiscentiae carnis addicti fornicationibus -antur. AMBROSIAST. in Rom. 6, 20/21, 2 rec. *β* maculis plena libertas et squaloribus -ta. HIER. in Is. 27, 13 p. 314^{B} idololatriae et magicis ... artibus -ti (58, 10 p. 569^{A}). AVG. adv. Don. 18, 24 p. 122, 17 non vos tartareus -et somnus. serm. 224, 2, 2 quos -tos suis vinculis tenet *diabolus* (PALLAD. hist. mon. II 13 p. 366^{D} animam ... in avaritiae laqueo. NICET. virg. laps. 18 p. 118, 3 quibus te spiris serpens ille nequissimus -vit. *al.*). OP. imperf. in Matth. 31 p. 796 in iniquitatibus. GREG. M. in euang. 31, 7 usitata ... culpa -at mentem, ut nequaquam surgere possit ad rectitudinem. moral. 15, 31 suo libero arbitrio in eorum *malorum operum* desideriis -atur. *al.*

b *bonorum vanorum* (*notione verbi fere in sensum oblectandi sim. transeunte*): TERT. ieiun. 12 p. 291, 3 *Pristinum* omnibus balneis ... et omnibus luxuriae secessibus ... et omnibus vitae istius inlecebris ... -tum (*Ursinus*, obleg- *B*, oblect- *Leopoldus; cf. p. 89, 25*). PS. AVG. quaest. test. I 115, 51 non illis *Christianis* mundus praestat, per quae -ti teneantur humanis rebus obnoxii. AVG. conf. 8, 5, 11 terra -tus (*postea*: sarcina saeculi ... dulciter premebar). in psalm. 114, 4 non solum excruciari adversitatibus huius saeculi, sed etiam -ari prosperitatibus (*antea*: oblectabar). 121, 1 -ta ... anima amore terreno quasi viscum habet in pennis (QVODV.[?] Aug. serm. cod. Guelf. app. 9, 14 p. 203, 109 huius vitae). *et saepe.* **c** *molestiarum saecularium*: ITALA II Tim. 2, 4 (Cypr. epist. 1, 1. *al.*) nemo militans deo -at se molestiis saecularibus (*gr.* ἐμπλέκεται, *Vulg.* implicat se. *inde* CYPR. *l. c.* m. et laqueis s. -ari). HERM. Pal. sim. 9, 20, 1 (*cf.* vulg.) plurimis negotiis se -erunt *eqs.* (*gr.* ἐμπεφυρμένοι, *syn.* impliciti, obstricti). AMBROSIAST. in I Cor. 7, 35 cum -ti essent terrenis et carnis nexibus (*antea*: subdita mundanis necessitatibus). BASIL. ad mon. l. 23 non te -es vitae huius superfluis (*Migne gr. 31, 649A* ἐμπλέκεσθαι). *al.*

2 *in universum*: AMBR. Tob. 9, 34 faenerator pecuniae (*i. diabolus*) caput -at, manum tenet, sortem ducit, centesimam exigit (*cf. p. 90, 69. 91, 14 sqq.*). AVG. nupt. et concup. 2, 34, 58 nisi et ipsos, quos prima carnalis nativitas -vit, secunda spiritalis absolvat. CASSIOD. in psalm. 50, 15 (14) domino supplicantes ex reis redduntur liberi, ex -tis feliciter absoluti. *al.*

-tus *in iuncturis verbalibus: trans.*: CIC. Phil. 2, 116 habes ... -tos (SEN. epist. 95, 35 CELS. dig. 17, 1, 50 pr. IVLIAN. dig. 12, 1, 19, 1. *et saepe ap. iurisconsultos*). IVLIAN. dig. 45, 1, 57 relinquet heredem -tum (GAIVS inst. 2, 277 VLP. dig. 46, 1, 4, 1 PAVL. dig. 35, 1, 65). GAIVS inst. 3, 176 -tus tenetur (ARNOB. nat. 3, 43 FIRM. err. 25, 3 AVG. serm. 224, 2, 2 COD. Theod. 3, 18, 1. *cf.* AMM. 15, 3, 33 retineret. COD. Theod. 12, 1, 46 detinet). *intrans.*: CELS. dig. 39, 5, 21, 1 ut ... maneat -tus (IVLIAN. dig. 12, 6, 32, 1. *et saepe ap. iurisconsultos. cf.* remanere: IVLIAN. dig. 46, 3, 34, 10 VLP. dig. 44, 7, 14 AVG. serm. 56, 13, 17). POMPON. dig. 45, 2, 19 durat -tus (VLP. dig. 19, 2, 13, 11).

CAPVT ALTERVM: ***intransitive*** *i. q. spissari* (*in re coquinaria, cf. p. 90, 49 sqq.*): APIC. 4, 126 sucum transferes in patellam ... et ... ova dissolves ad ignem, ut -et. exc. 82 suffundes impensam de patina; facis, ut -et (*postea*: tenuerit). *cf. variam lectionem pro* -etur 4, 147.

partic. praes. **obligāns,** -antis *pro subst.*: SEN. benef. 1, 4, 5 -ium. COD. Iust. 8, 15, 6 (*a. 293*) -is (*i. oppignerantis*) in bonis.

p. p. p. $^{\text{ᴇ}}$**obligātus,** -a, -um. **1** *pro adi.: posit. v. supra passim. compar.*: PLIN. epist. 8, 2, 8 quanto quis melior ..., tanto mihi -ior abiit. GREG. M. in euang. 9, 1 tanto ... esse humilior ... quisque debet ..., quanto se -iorem esse conspicit in reddenda ratione. moral. 18, 18 ut ... -iores ad poenam fiant. 26, 46 (= past. 2, 6) tanto ... apud dominum -iores sumus, quanto apud homines inulte peccamus. *superl.*: CHAR. *p. 89, 38.* AVG. anim. 1, 19, 33 dissolvendae huic -issimae (*i. maxime complicatae*) quaestioni. **2** *pro subst.: masc.*: SEN. benef. 1, 4, 5 (*plur. ut* CHRYSOST. *p. 91, 74*). POMPON. dig. 42, 1, 22, 1 (*sing. ut* PAPIN. dig. 38, 1, 43 operis -us. AMBROSIAST. in Col. 1, 14 -us peccatis). *neutr.* (*i. q. res oppignerata*): POMPON. dig. 19, 1, 6, 9 si venditor sciens -um aut alienum vendidisset. PAVL. dig. 20, 2, 9 -orum propter pensionem.

deriv.: obligamentum, obligatio, obligatorius, obligatura, obligatus (-ūs).

compos.: perobligo. *Lebek.*

? **obligūrio,** -(i)ī, -īre. *si recte trad., ab* ob *et* ligur(r)ire. *fere i. q. devorare* (*cf.* oblingere): ENN. sat. 17 (Don. Ter. Phorm. 339, 1) mox cum alterius -as bona (*V*, ab- *L probabilius, cf. Ter. Eun. 235*; ablingas *vel* ablinias *cett.*). IVL. VAL. 1, 27 p. 37, 2 *aves* illam de farina lineam -risse (ab- *coni. Kübler; Hist. Alex. M. I p. 31, 21 Kr.* λαβόντα).

1. oblīmo, -āvī, -ātum, -āre. *ab* ob *et* limare (*a* limus). ol- *saepius in glossis. inde a* LVCR. (*? p. 96, 1*), CIC., VERG. [*dub.* GLOSS. V 544, 57 olimata (obl- *Goetz, an* olitana*?*): veterata. *ad* 2. oblimo *pertinere vid.* HOR. sat. 1, 2, 62.]

1 *proprie i. q. limo obducere vel replere*: CIC. nat. deor. 2, 130 mollitos ... et -tos agros ad serendum relinquit *Nilus* (SEN. nat. 4, 2, 9 *Nilus* iuvat ... a. duabus ex causis, et quod inundat et quod -at. *cf.* SVET. Aug. 18, 2 fossas omnis, in quas Nilus exaestuat, -tas longa vetustate). VERG. georg. 3, 136 ne luxu obtunsior usus sit genitali arvo et sulcos -et inertis (SERV.: claudat meatus. SERV. auct.:

et aliter: Lucretius [frg. 4, *ubi Martin verba vix recte restituit; Vergiliani interpretis nomen latere suspicatur Thilo*] 'ne -et' pro 'obturet' et 'obcludat'; alibi '-et' terat, perdat [*affertur Hor. infra l. 27*]. GLOSS.^{L} I Ansil. OB 229 obducat [limum *suppl. Thomson, 'vix* obcludat' *Lindsay*], id est limo repleat. GLOSS. V 573, 48 claudat, opturat). LVCAN. 6, 364 *Achelous* crassis -at Echinadas undis (*cf.* PRISC. periheg. 522 quas *insulas* -at rivis Acheloius amnis [*Dionys. periheg. 497* ἀμφὶς ἑλίσσει, *Avien. orb. terr. 667* oberrat]). CYPR. GALL. gen. 278 fuso ... -ans omnia tractu *oceanus.* **2** *translate i.q. obtundere, obcaecare sim.*: SOL. 11, 3 ita ... nomina Graeci permiscuerunt, ut ... paene -verint universa. SYMM. epist. 1, 59 mihi iners desuetudo -at ingenium. 8, 61 (60) vulgati ... proverbii est, enavigato Maleo -ari eorum memoriam, quos domi reliqueris. AMBR. hex. 6, 9, 60 p. 251, 18 prospiciendum, ne quis eam (*pupillam oculi, i. animam*) pulvis erroris -et aut ulla vexet festuca peccati. PS. RVFIN. in Os. 8, 5/6 ut discretionis tuae aciem copia rerum et securitas -verit. *ibid.* -tum rationis ignem. CLAVD. rapt. Pros. 3, 29 dissuasor honesti luxus et humanas -at copia mentes. AVELL. p. 47, 13 ne ulla inaequalitas splendorem fabricae amplificentioris -et. ENNOD. opusc. 2, 27 p. 296,5 vos *Laurentianos* in stuporem pecualem peccati nebula aut divinus horror -at.

2. oblimo, -āre. *ab* ob *et* limare (*a* lima). ol- *saepius in glossis.* CHAR. gramm. p. 473, 32 B. -o (*Barwick e Malsach. p. 214, 5 L.*, obliaro *cod.*): ὑνῶ (*cf. s. v.* limo). GLOSS. -at (-limpidat, -liminat): limpidat (*Lindsay ad* GLOSS.^{L} III Abol. OL 6 *dubitanter coniungit cum* VERG. *p. 95, 84.* -at: limat *subesse suspicatur B. Löfstedt per litteras*). *i. q. deterere, consumere sim.*: HOR. sat. 1, 2, 62 bonam deperdere famam, rem patris -are (PORPH.: -are 'conterere' significat, ut quae a fabris limantur [*probant Goldberger, Glotta 20, 1932, 123. Bonfante, Emerita 5, 1937, 32*]. SCHOL.: deterere, consumere, tractum a 'lima', qua fabri utuntur, aut certe a limo, ut sit obducere, ut dicimus quaedam limo obducta deperisse [*hoc probant Kiessling-Heinze*]. *cf. supra l. 3*). TER. MAVR. 1663 nec consona pellitur ulla, nisi quae duabus obstat una vocibus, cum venit in medium vocesque -at adhaerens.

oblingo, -ere. *ab* ob *et* lingere. -lig- CIL. **1** *i.q. fellare*: CIL IV 760 -e mea (*i.* mentlam*?*) fela ... mentlam elinges. **2** *i. q. lingendo consumere* (*cf.* obligurire): ITALA num. 22, 4 (Caes. Arel. serm. 103, 5 p. 411, 9) sicut vitulus -it in campis herbam viridem, ita populus Israhel -et populum Amalec super terram (ab- *113, 2 p. 447, 12 ut Rufin. Orig. in exod. 11, 4. al. Aug. quaest. hept. 3, 46*, e- *Lugd.; gr.* ἐκλείξει ... ἐκλείξαι, *Vulg.* ita delebit ..., quomodo solet bos herbas usque ad radices carpere).

$^{\text{ᴇ}}$**oblino,** -lēvī (-līvī), -litum, -ere *et* oblinio, -linīvī (-liniī), -linītum, -īre. *ab* ob *et* linere (linire). *scrib.* ol- *l. 71* (*at v.* GRAMM. suppl. 296, 23 'ob' ... manet, ut ... '-o'), obil- *l. 69. formae quarti ordinis certae*: COLVM. 12, 8, 2 -linito (*partic.* [*antecedunt imperativi, v. p. 97, 46; ceterum* -litus]. SCRIB. LARG. 244. VEG. mulom. 2, 72, 1 [*P*, -litos *L; imper.* -ito CHIRON 485]. *cf. var. l.* HIER. hom. Orig. in Luc. 23 p. 146, 25). 12, 15, 2 -i⟨re⟩ (12, 25, 5. 12, 41. 12, 44, 3. 12, 46, 6 [-ere 5, 9, 3. 11, 2, 42 *SAV*, -ire *recc.*]. AMBR. spir. 3, 10, 60 [-ere *var. l.*]. MARCELL. med. 15, 93 [-ere SCRIB. LARG. 43]. GLOSS. *l. 68. cf.* -iri SCHOL. Cic. Bob. p. 167, 15 [*v. p. 97, 24*]. AVG. serm. 351, 3, 5 p. 1540). SCRIB. LARG. 230 -linierit (PAVL. sent. 5, 4, 13 = dig. 47, 11, 1, 1 [-linuerit *F*^{1}, -linerit *F*^{2}]. *cf. l. 61 et* CHIRON 473 -linieris). VEG. mulom. 2, 74, 3 (= CHIRON 472) -ies (2, 83 [-nes *A, imper.* -ito CHIRON 47]. CHIRON 473. 608. CASS. FEL. 1 p. 5, 10 *et saepius ap. eundem* [-nes *cod. Paris. ubique*]). AMBR. in psalm. 35, 1, 3 -iant (*cf.* 40, 10 -iat; *var. l. hic* -nat, *illic* -nant). MAX. TAVR. bapt. 1 p. 772^{A} -linivimus (-livimus PS. AVG. neoph. 2 p. 1207. *cf.* PLAC. Gloss.^{L} IV o 15 -levit: -linivit [-linuit *G*]). *cf. p. 98, 10. ? primi ordinis l. 73; cf. l. 68 et vol. VII 1, 381, 74. perf.* -levi QVADRIG. hist. 81 *et saepe* (*breviter* -leris VARRO rust. 1, 59, 3, *ubi trad.* -teris); -livi SEN. epist. 90, 17 (-linierunt *B corr.*). PS. AVG. *l. 57*; -linivi *l. 57. 58; ?* -linui *l. 52. 58*; -linerunt (-linerint *LK*, *cf. l. 53*) *ex* VARRONE rust. *affert* PRISC. gramm. II 530, 1 (*respici vid.* 3, 7, 7, *ubi trad.* -leverunt). *de notione*: PROB. app. gramm. IV 203, 29 inter '-tum' et 'oblitum' hoc interest, quod '-tum' correpte perfusum significat, 'oblitum' autem producte immemorem esse demonstrat (ISID. diff. 1, 415). GLOSS.^{L} I Ansil. OB 252 -tus ...: linitus (*cf.* PLAC. Gloss.^{L} IV o 18 -ire: linare [*?*]. GLOSS.^{L} V Aa o 63 -tus [*vel* obil-, *item* GLOSS. V 508, 1]: † latatus, † lamnatus [lutatus, linitus *Bücheler*; l., lamatus *Persson, Eranos 14, 1914, 111 sqq.*]. GLOSS. V 315, 44 o⟨b⟩litum: ... linitum vel unctum [*?*, uncti in *trad.*]). II Philox. OB 33 -o (obligo *trad.*): ἐγχρίω (*cf.* 34 -ta: κατακεχριμένα. 35. 37 -l⟨i⟩nat: ἐπιχρίει [-ίῃ *?*]. GLOSS. II 348, 48 κεχρισμένος: -tus). III Abstr. OB 28 obliteratum: ... -tum (*al.*). *legitur inde a* PLAVTO, CATONE. [*confunditur maxime c.* oblatus (*l. 77. p. 97, 84*), obligare (*l. 72. p. 98, 23*), obtinere (*p. 98, 1. 5. al.*). *dub. vel falso trad.*: SEN. epist. 122, 14 nihil iuvat -tum (solitum *vel* oblatum *recc.*, obvium *Erasmus*). ANTH. 477, 5 (obvia *Heinsius*). *cf. s.* olitanus.]

I *i.q. linendo perfundere, technice medicamentis, ceterum maxime ita, ut inquinatio respiciatur* (*accedit* cum *p. 97, 8. 42*, de *p. 97, 13*, in *p. 97, 27*, ab *p. 97, 78; reflexive p. 97, 21. 98, 1. 2. al., mediopass. p. 97, 20. al.*, '-tus *corpus aliqua re*' *p. 97, 17. 29. 30, cf. p. 97, 24; obl. omisso p. 97, 25. 38*): **A** *proprie*: **1** *generatim*: PLAVT. Most. 258 quid cerussa opust nam? :: qui mālas -am. Poen. 1195 an tu eo pulchra

[Lumpe]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

videre ..., si tibi illi non os -tumst fuligine? (SEN. epist. 94, 58). CATO agr. 40, 4 luto depsto stirpem -ito (41, 4. CIC. *l. 16*. VARRO Men. 329. 526 [*contextu dubio*]. SEN. epist. 90, 17 PAVL. sent. 5, 4, 13 [= dig. 47, 11, 1, 1]. HIL. trin. 2, 13 p. 60^{B} pedibus l. -tus [-tis *var. l.*]. *al.*). 46, 2 fimo ... bubulo summam taleam -ito (VARRO rust. 3, 16, 16 COLVM. 5, 6, 8. *al.* MELA 1, 57 mortuos f. -ti plangunt *cultores regionum*. PLIN. nat. 19, 133 CLAVD. DON. Aen. 5, 355 p. 463, 28. *cf.* TERT. mart. 4, 5 stercore). 77 (*de spira facienda*) cum melle -ito bene. *al.* QVADRIG. hist. 81 Archelaus omnem materiam -verat alumine (GELL. 15, 1, 6). RHET. Her. 3, 22, 37 cruentam aut caeno -tam aut rubrica delibutam *formam* (CIC. Verr. II 5, 173 ut non cera, sed c. -ti esse videantur *iudices* [*alludit ad ceras discolores*]. Att. 2, 21, 4 *picturam*. VAL. MAX. 8, 2, 3. *al. cf.* FILASTR. 73, 2 de caeno). CIC. Verr. II 3, 31 *Apronius* unguentis -tus (Catil. 2, 10 p. red. in sen. 12 Phil. 13, 31 or. frg. A VI 1 LACT. inst. 6, 22, 1 FIRM. math. 8, 7, 1. *al. cf.* ARNOB. nat. 3, 25 postes ... unguine). Mil. 86 *Clodius* -tus cruore et luto (TAC. ann. 2, 17, 5 *Arminius* -tus faciem suo c., ne nosceretur. PANEG. 4, 26, 4). VARRO rust. 1, 41, 2 argilla *surculum*. 1, 59, 3 ramum (*cf. Plin. nat. 15, 60* surculo pice inlito). 2, 3, 6 saepta oportet substerni virgultis, ne -antur *caprae* (*cf.* 2, 9, 13). 3, 7, 3 marmorato ... parietes ac camarae -untur. 3, 7, 7 *accipitres* ita decipiuntur, cum se -verunt visco. 3, 9, 3 ulcus ... creta ([*inde* PLIN. nat. 10, 50. *cf. Colum. 8, 2, 3* linuntur]. MART. 6, 93, 9. SCHOL. Cic. Bob. p. 167, 15 solebant ... candidati ... c. -iri [-ire *Ziegler*] cervicem). 3, 16, 23 *mellarii* ramum ... -unt hoc *sc. erithace* (*cf.* 3, 16, 31 non longe inde -unt erithace). SALL. Iug. 101, 6 gladium sanguine -tum (TAC. ann. 1, 65, 2. *cf.* MARCELL. chron. II p. 95, 501, 2 in ... s.). TIB. 2, 5, 85 -tus ... musto feriet pede rusticus uvas. PRIAP. 14, 10 nigra fornicis -tus favilla. 83 (82), 18 (obliquum *var. l.*). OV. met. 4, 97 recenti caede leaena boum spumantes -ta rictus (PANEG. 2, 12, 2. *cf. infra l. 78*). 11, 367 *lupus* -tus et spumis et sparsus sanguine rictus (15, 519). SEN. epist. 123, 7 paedagogia -ta facie vehuntur, ne sol ... cutem laedat. COLVM. 1, 6, 14. *al.* SCRIB. LARG. 43 -ere hoc medicamento *parotidem* (*inde* MARCELL. med. 15, 93 -ire hoc medicamentum). *al.* PLIN. nat. 22, 2 *herba quadam* toto corpore -tae ... nudae incedunt *mulieres* (*antea*: inlinunt). *al.* STAT. Theb. 5, 310 -ta crasso cuncta rubent tabo (TAC. ann. 2, 69, 3 [tabe *trad.*]). LACT. opif. 11, 17 suco. AMBR. in psalm. 40, 10 quomodo ... quis mundus in luto, cum terra (eum *add. E, edd. vet.*) -iat? *et saepius.*

2 *speciatim c. respectu:* **a** *obturandi:* **α** *strictius* (*-untur aperturae*): Ⓘ *vasa sim.*: CATO agr. 25 id (*sc. dolia, lacum vinarium*) bene iubeto -i (125). 26 si bene deacinata erunt dolia, -ito (105, 2. 109. 110. 113). 38, 3 cum luto summam *fornacem* ... -ito (*cf.* 38, 4 luto [92. *plura v. infra*]). 101 vas, quo condideris *virgas murteas*, -ito plane (106, 2. 107, 2. 126 VITR. 8, 3, 18 COLVM. 7, 5, 8. *al.*). 104, 2 operculum in dolium imponito et -ito (COLVM. 12, 8, 2 serum emittito cavumque obturato ..., deinde operculo imposito et -linito non ante aperueris ollam *eqs.* 12, 44, 3. 12, 44, 6 gypso. 12, 46, 6 luto). 127, 1 amphoram (COLVM. 12, 29. 12, 30, 2). VITR. 8, 6, 9 coagmenta. COLVM. 12, 16, 4 ora *urceolorum* (*cf.* 12, 21, 2 urceus ... -itur luto paleato). *al.* PLIN. nat. 10, 109 in ollis novis -tis. 20, 98 gypso ... -tus cadus.
per synecdochen c. acc. rei, quae in receptaculo -endo servatur: VARRO rust. 1, 58 faba et legumina in oleariis vasis -ta cinere perdiu incolumia servantur (*inde* PLIN. nat. 18, 307). COLVM. 12, 21, 3 vinum operimus atque -imus (12, 32). 12, 26, 1 *mustum* (12, 41 in aliud vas m. eliquatum -ire). 12, 38, 6 succum. Ⓘⓘ *rimas varias*: CATO agr. 28, 2 praecisas *arbores* serito -itoque fimo summas ([*inde* PLIN. nat. 17, 87 plagam ... -i]. COLVM. arb. 26, 6 [5 plagam]). VARRO rust. 2, 11, 7 siqua *ovis* in tonsura plagam accepit, eum locum -unt pice. COLVM. 5, 11, 6 luto ... plagam *arboris* (arb. 8, 2. SOL. 32, 31 p. ... caeno -it *hippopotamus* [*Plin. nat. 8, 96* obducit. *cf.* AMM. 22, 15, 23]. *adde l. 57. 58*). 5, 11, 11 commissuras et vincula luto -ito (*item* arb. 26, 9). MART. 11, 45, 5 -itur minimae si qua est suspicio rimae *eqs.* PALLAD. 1, 40, 1 iuncturas. Ⓘⓘⓘ *oculos* (*fere i. q. obcaecare*): VVLG. Is. 44, 18 -ti ... sunt, ne videant, oculi eorum (*hebr.* ṭaḥ). PRVD. perist. 2, 378 os -tum noctis situ. Ⓘⓥ *stomachum* (*fere i. q. astringere*): PLIN. epist. 7, 3, 5 dulcibus cibis acres acutosque miscerem, ut obtusus illis et -tus stomachus his excitaretur. *β latius*: VARRO rust. 3, 2, 5 *villa* -ta[e] tabulis pictis nec minus signis. APVL. flor. 23 p. 103 lacunaria auro -ta (*cf.* illino *vol. VII 1, 383, 39 sqq.*).

b *delendi* (*in re scriptoria sim., cf.* oblittero *p. 105, 76*): PROP. 4, 3, 3 si qua ... tibi lecturo pars -ta derit, haec erit e lacrimis facta litura meis. SEN. contr. 10, 5, 27 Zeuxin aiunt -visse uvam *in tabula*. GELL. 20, 6, 14 (*ad Sall. Catil. 33, 2*) 'vestrum' -verunt et 'vestri' superscripserunt. SERV. auct. Aen. 2, 566 *versus* a Tucca et Vario -ti sunt. AMBR. spir. 3, 10, 60 neque ... vos poteratis -ire (ablinire, obtinere *sim. var. ll.*) veritatem, sed illa litura 'de libro vitae nomina vestra radebat'. *ambigue*: OV. epist. 11, 2 siqua ... caecis errabunt scripta lituris, -tus a dominae caede (*cf. l. 29*) libellus erit.

B *in imagine et translate*: PLAVT. Curc. 589 sicin mihi esse os -tum (sub- *Ussing fort. recte*). LVCIL. 1019 quid tu istuc curas, ubi ego -ar atque voluter? CIC. Verr. II 3, 8 sunt omnia cum summo dedecore ac turpitudine, tum singulari stultitia atque inhumanitate -ta. Phil. 11, 27 *Dolabellam* nondum tanto parricidio -tum (*cf. supra l. 29*). 14, 9 libido flagitiosa, qua Antoniorum -ta (oblata *t*) est vita. Brut. 51 ut

eloquentia se externis -ret (obtineret *var. l.*) moribus. rep. 3, 8 geram morem vobis et me -am sciens. fam. 9, 15, 2 mirifice capior facetiis, maxime nostratibus, praesertim cum eas videam ... -tas ... Transalpinis nationibus, ut nullum veteris leporis vestigium appareat. HOR. epist. 1, 19, 30 quem *socerum* versibus -at (optinet *pars codd.*) atris. 2, 1, 204 quibus *divitiis peregrinis* -tus (*'fucatus' Kiessling-Heinze*) actor cum stetit in scaena. SVET. gramm. 10, 2 Sallustii scripta ... nimia priscorum verborum adfectatione -ta. PS. APVL. Ascl. 28 p. 334, 8 delictorum inlitam maculis vitiisque -tam *animam* (PRVD. apoth. 822). LACT. inst. 4, 17, 21 luto ... se -unt (-iunt *B; syn.* inquinent), qui deos id est lutum terramque venerantur (AVG. serm. 351, 3, 5 p. 1540 peccant, ut ... l. -iri videantur. SALV. eccl. 2, 4 peccatorum sordentium. *cf.* AMBR. bon. mort. 3, 12 p. 713, 10 si ... lutum est corpus, -it nos utique, non diluit et coinquinat animam inquinamento intemperantiae). SYMM. epist. 1, 91 tu ... paginam melle eruditissimi oris -veras (BOETH. cons. 2, 3, 2 W. ista ... -ta ... rhetoricae ac musicae m. dulcedinis). AMBR. off. 1, 16, 60 p. 41^{B} qui in stadium non descenderint, non se ... -unt pulvere. HIER. in Soph. 2, 12/15 p. 1369^{A} -ti sordibus delictorum (hom. Orig. in Luc. 23 p. 146, 25 peccatorum). PRVD. perist. 2, 466 adulter Iuppiter, stupro sororis -te. 13, 57 *me* vipereis ... -tum venenis, criminibus variis tinctum miseratus abluisti. AVG. nupt. et concup. 2, 19, 34 p. 288, 2 per ipsum *vigorem membrorum* Sodomitae flagitiis -ti (oboliti, aboliti, obligati *var. ll.*) sunt. CLAVD. MAM. anim. 2, 9 p. 131, 24 sponsam Christi caeno falsitatis -is. *al.*

II *i. q. linendo infundere*: SCRIB. LARG. 244 menta prodest et cinis ... aquā conspersa -linita. 254 ante nitro et aceto locus exasperatur, deinde hoc -itur (*vix* hōc, *v. 253* hoc medicamentum superlinitur). AVSON. 396, 53 p. 252 P. cunctis pariter versibus -at furvam lacticolor sphongia sepiam. VEG. mulom. 2, 74, 3 (= CHIRON 472) anacollema ... in capite et temporibus -ies (*cf.* CASS. FEL. 29 p. 58, 6 acaciam ... temporibus). 2, 83 (*cf.* CHIRON 47) cretam ... macerabis et -ies. CHIRON 323 super fauces -is fel. 608 haec ... in panno lineo -ies et impones (*cf.* 891 in linteo). MARCELL. *p. 97, 33*. CASS. FEL. 1 p. 5, 10. 10 p. 18, 11. 13.

p. p. p. **oblitus,** -a, -um *fere i. q. ultosus*: HIL. in psalm. 140, 9 p. 795, 12 ne quid nobis sordidum, ne quid -um adhaereret.

paronomasia c. illinere *l. 9.*

deriv.: 1. oblito, oblitus (-ūs). *cf.* oblittero, obliviscor.

compos.: superoblinio.

[ORIBAS. eup. 4, 33, 3 Ab p. 550 (*ad aegilopas*) facit ... et **obliōpiās** (*i. ad amblyopias*, ad bliopias *Aa*).] *Lumpe.*

obliquātio, -ōnis *f. ab* obliquare. [*dub.*: CAES. AREL. serm. 20, 4 p. 90, 9 *v. p. 88, 63.*] *i. q. effectus vel actio obliquandi*: TERT. nat. 1, 12, 7 ipsi ... corpori nostro ... secreta linea crucis situs est, quod caput emicat, quod spina dirigitur, quod umerorum -o ⟨...⟩. CHALC. comm. 87 -es ... orbium (*cf. Theon Smyrn. p. 193, 14 H.* λοξώσεις). MACR. Sat. 7, 1, 22 per -em circumfusae hederae latente mucrone.

λοξίας: **obliquiloquus** GLOSS. II 362, 41 (*Vulcanius,* obliloquis *trad.*).

obliquitās, -ātis *f. ab* obliquus. *i. q. effectus obliquandi*: **1** *proprie* (*in imagine l. 60*): **a** *i. q. situs inclinatus sim.* (*cf.* GLOSS. II 408, 31 -s: πλαγιότης): PLIN. nat. 1, 2, 70 zonarum. 2, 48 signiferi (MART. CAP. 8, 814 solis, lunae ... s. que orbis. *al. cf.* SCHOL. Germ. Sang. p. 108 [= SVET. frg. p. 207] zodiaci circuli [PRISC. LYD. solut. 4 p. 67, 6]. MART. CAP. 8, 849 -s meatus). CHALC. comm. 87 quod circuli *solis et lunae* ... -e a se invicem differant (*cf. Theon Smyrn. p. 194, 4 H.* λελοξῶσθαι). SCHOL. Pers. 3, 80 'obstipo capite' inclinato et cum -e fixo. RVFIN. Orig. in cant. 2 p. 127, 6 nulla erit -s (*supra*: nec declinavero ad dexteram neque ad sinistram). EXC. Cassiod. inst. app. p. 168, 16 *virgularum* dispar -s paribus conserta dispendiis. *al.* **b** *i. q. curvamen, angulus sim.*: PLIN. nat. 3, 43 amplior mensura fieret ... ni talis -s in latus digredi videretur. PLIN. epist. 8, 20, 4 lacus est ... undique aequalis: nullus sinus, -s nulla. PS. CENS. frg. 2, 4 flexus -esque terrarum. ARNOB. nat. 4, 9 curatores -um Limos (*Sabaeus,* lemons *trad.*) *credere* (*ad rem cf. Schur, RE XIII 1927, 671*). MART. CAP. 6, 709 nonnullas *lineas* ... ἑλικοειδεῖς, alias καμπύλας pro -e discrimino. *? c inversione non satis dilucida de rebus a latere iacentibus*: PRISC. LYD. solut. 10 p. 100, 13 non intrat sol *polorum* locos, ...: ab ortu ... in occiduas locatur has habens -es (*cf. Arist. 361a 9 sq.* τὰ νέφη συνίσταται ἐν τοῖς πλαγίοις).

i. q. actio obliviscendi, λήθη (*quod gr. respondet, ubi nihil aliud adnotavimus; in fig. etym.* VVLG. Os. 1, 6 -e obliviscar eorum [*cf.* HIER. in Is. 65, 17/18 l. 12 'obliviscentur' ... pristina mala, non -e memoriae, sed successione bonorum]): **I** *usu originario*: **A** *sollemniter*: **1** *exempla notionem illustrantia*: **a** *generatim*: **α** *de memoria quolibet modo perdenda vel perdita* (*specimina paucissima*): CARM. evoc. Macr. Sat. 3, 9, 8 ei ... populo civitati metum formidinem -em iniciatis. CIC. Verr. II 5, 138 neque haec ... dedecora dissimulatione tua neque -e hominum ac taciturnitate tegere voluisti (Cluent. 18 si -e non posset, tamen t. *eqs.*). Phil. 14, 33 neque -e eorum, qui nunc sunt, nec reticentia posterorum. de orat. 2, 7 ab -e ... atque a silentio (LIV. 28, 29, 4 auferat omnia inrita -o, si potest, si non, utcumque silentium tegat. TAC. hist. 4, 9, 2 eam sententiam modestissimus quisque silentio, deinde -o [-e *Madvig*] transmisit. *al. cf. infra l. 67*). 2, 351 non sum tanto ... ingenio, quanto Themistocles fuit, ut -is artem quam memoriae malim (fin. 2, 104). Tusc. 3, 35 dissimulatio vel -o. epist. 1, 9, 20 iniurias ... voluntaria quadam -e contrieram (SEN. dial. 12 [11], 11, 1]. PVBLIL. I 21 iniuriarum remedium est -o. LIV. 5, 52, 15 -i aut ... neglegentiae. *et passim.*

β *de habitu mentis* (*exemplа certiora, cf. p. 109, 32; pressius* -o passibilis *l. 57*, consequens passionis *infra l. 62*): CIC. Sull. 43 ne aut -o mea aut memoria nimia videretur, ne denique aut neglegentia turpis aut diligentia crudelis putaretur. 45 quae *litterae* subsidio -i esse possent. Brut. 219 tantamne fuisse -em *Curionis* ..., in scripto praesertim, ut ne legens quidem umquam senserit quantum flagiti commisisset? SVET. Claud. 39, 1 in eo mirati sunt homines et -em et inconsiderantiam vel, ut Graece dicam, *μετεωρίαν* et *ἀβλεψίαν*. RVFIN. hist. 5, 11, 3 (*e Clem. Alex. strom. 1, 11*) ad -is remedium. MACR. Sat. 2, 4, 15 de cuius *nomenculatoris* -e querebatur *Augustus*. MART. CAP. 5, 458 ignoratio, vinolentia, -o, fatuitas, dementia ceteraque, quae errorem admittentis excusant. CAEL. AVR. chron. 1, 5, 151 literarum memoria caruisse -e possessum *Artemidorum*. CASSIOD. Didym. in I Ioh. 2, 3/4 p. 44, 29 -o passibilis ... in eo *deo* nequaquam exsistit (*gr. κατὰ πάθος λήθη*). CAES. AREL. serm. 152, 3 p. 590, 17 video ... in memoria -em cervorum. *al. de lethargia*: Ps. SORAN. quaest. med. 201 quid est lethargus? -o mentis cum sopore et tarda excreatione (CASS. FEL. 63 p. 155, 14 *lethargici* sensibus obtusis cum -e m. acuta febre iactantur). CAEL. AVR. acut. 2, 1, 1 vocatur lethargus a consequenti passionis -e; Graeci enim lethen -em vocaverunt. **γ** *t. t. iur. i. q. ἀμνηστία*: CIC. Phil. 1, 1 Atheniensium ... renovavi vetus exemplum; Graecum etiam verbum usurpavi, quo tum ... usa erat civitas illa, atque omnem memoriam discordiarum -e sempiterna delendam censui (*cf.* 13, 39 Caesaris mors facillime defenditur -e et silentio [*sim.* LIV. perioch. 116 p. 111, 3]. VELL. 2, 58, 4 illud decreti Atheniensium celeberrimi exemplum, relatum a Cicerone, -is praeteritarum rerum decreto patrum comprobatum est). NEP. Thras. 3, 2 *Thrasybulus* legem tulit, ne quis ante actarum rerum accusaretur neve multaretur, eamque illi -is appellarunt (*cf. supra et* VAL. MAX. 4, 1 ext. 4 -o, quam Athenienses amnestian vocant. IVST. 5, 10, 11. OROS. hist. 2, 17, 14 [*15* amnestiam]). VVET. Claud. 11, 1 omnium ... factorum dictorumque in eo *biduo* Seniam et -em in perpetuum sanxit ac praestitit. CONC.^{S} II 3, 3 p. 18, 20 omni -e praebita ([*gr. II 1, 3 p. 15, 24 ἀμνηστίας*] *cf.* p. 19, 3 ut omnibus ... -em donaret *Ibas* [*gr. l. c. 29 item*]).

b *in fabulis vel doctrinis philosophorum*: **α** *de -e apud inferos facta* (*cf. p. 112, 7*): Ⓘ *significatur Lethe* (*ipsam* -em *dicit* SEN.): SEN. dial. 6, 19, 4 cogita ... nullas inminere mortuis tenebras ... nec -em amnem (*cf.* LACT. inst. 7, 22, 16 -is amnem). LACT. inst. 3, 18, 16 o miram ... Pythagorae memoriam et o miseram -em nostrum omnium ...! sed fortasse ... gratia sit effectum, ut ille solus Lethaeum gurgitem non adtigerit nec -is aquam gustaverit (7, 22, 9). FIRM. math. 1, 2, 10 animas ... Lethaei fluminis -e purgatas. SERV. Aen. 6, 705 Lethaeus est -o, morti semper vicina. AVG. civ. 10, 30 p. 452, 17 D. ad fluvium Letheum ..., hoc est ad -em praeteritorum. MACR. somn. 1, 10, 10 -is fluvium aliud non esse adserentes, quam errorem animae obliviscentis maiestatem vitae prioris. Ⓘⓘ *in univ.*: TERT. anim. 24, 1 (*de doctrina Platonica*) -is capacem animam. *al.* IREN. 2, 33, 2 (2, 51 H.) *Plato* -is induxit poculum (TRACT. de trin. fid. p. 195, 25). *ibid.* introeuntes animae in hanc vitam ... potantur -em (*def. Lundström, Stud. 123*; -e *edd.*). *ibid.* potata est *anima* -is medicamentum (2, 33, 3 [2, 52 H.]). ARNOB. nat. 2, 26 MACR. somn. 1, 12, 8. 9. **β** *transfertur ad Limiam* (*cf.* oblivia *p. 106, 79 et Schulten, RE XIII 671. RhM. 85, 1936, 328 sq.*): SALL. hist. frg. 3, 44 cui nomen -is condiderant (*cf.* MELA 3, 10 cui -is cognomen est Limia). LIV. epit. Oxyrh. 8, 217 -is (-em *Grenfell-Hunt ut* perioch. 55 p. 67, 14) flumen planus trans⟨iit⟩ (FLOR. epit. 2, 17, 12). PLIN. nat. 4, 115 -is *amnis* antiquis dictus.

2 *stilistica*: **a** *determinationes*: **α** *indicatur, quid in -em veniat* (*gen. obi.; iuxta gen. subi. l. 29*): CIC. Verr. II 4, 79 negotii. prov. 29 eius *Caesaris* (*opp.* desiderium). fam. 6, 2, 1 tui (SEN. clem. 1, 1, 7 BOETH. cons. 1, 6, 18 W. *cf. infra l. 43 et* Ps. QVINT. decl. 18, 9 sui [TERT. ieiun. 6 p. 280, 18 LACT. inst. 7, 12, 17. 18]). *al.* VARRO rust. 2, 2, 18. LIV. 42, 5, 11 praeteritorum (APVL. apol. 94. *al.*). *al.* SEN. suas. 2, 3 fragilitatis humanae (CVRT. 4, 14, 20). 7, 8 nominis (PLIN. nat. 7, 90. HIER. quaest. hebr. in gen. p. 17, 4 praeteritorum n.). VELL. 2, 58, 4 praeteritarum rerum (SEN. dial. 10, 12, 8 multarum. benef. 2, 20, 2 r. naturae aut urbis suae. PLIN. nat. 14, 142 omnium. IVV. 6, 613. *al.*). SEN. epist. 69, 2 vitae prioris (STAT. silv. 1, 4, 57 pigra -o v.). *al.* CVRT. 5, 5, 11 status prioris. PLIN. nat. 13, 105 *genti Lotophagorum* nimis hospitali advenarum -e patriae (TAC. ann. 2, 62, 3 SIDON. epist. 4, 21, 5). *al.* SIL. 11, 162 recti. STAT. Theb. 8, 669 quae tanta -o (*PC v*, -via *cett.*) luctus? *et saepius.* **c** *gerund.*: GEST. Pilat. praef. cod. B describendi. **β** *indicatur, ubi sim. -o fiat*: Ⓘ *gen.*: CIC. Verr. I 54 (*v. p. 109, 14*) diuturnitatis (*cf.* Phil. 9, 10 posteritatis [rep. 6, 25]. Ps. AVG. serm. ed. Mai 29 *vis criminis* nec prolixitate temporis aboletur nec saeculorum -e sepelitur. COD. Theod. 6, 4, 15 pr. temporis [OROS. apol. 7, 5]). ARNOB. nat. 5, 2 altissimi soporis -e demersos. *? vice versa*: IVST. 22, 5, 12 ut terminari nullo tempore -is (-is silentio *C*, -e *E al.*, *unde* temporis -e *Faber*; 'tempore -is *pro* -e *dictum, abundantia vere Iustinea' Seel*) possit gloria. Ⓘⓘ apud: TAC. hist. 1, 21, 2 mortem omnibus ... aequalem -e a. posteros vel gloria distingui.

b *iuncturae verbales potiores*: **α** *nom.: capit sim.*: CIC. Mil. 99 vos cepit -o ([mei *add. H*]. Phil. 3, 9 off. 1, 26 LIV. 27, 13, 3. 38, 46, 12 SEN. clem. 1, 1, 7 LVCAN. 10, 403). LIV. 5, 38, 5 occupaverat. SEN. benef. 2, 20, 2 tenuit (GELL. praef. 2 PETR. CHRYS. serm. 124 p. 542^{D}). epist. 53, 5 sequeretur (76, 29 TAC. ann. 12, 37, 3). 95, 33 invasit. AVG. trin. 14, 13, 17 cuius *vitae* eas *gentes* habebat -o (POMER. 1, 17 p. 432^{C}). *obscurat sim.*: CIC. Marcell. 30 ut tuas laudes obscuratura nulla umquam sit -o (Phil. 9, 10. PLIN. paneg. 55, 9 arcus ... et statuas ... demolitur et obscurat -o). Deiot. 37 delebit (fam. 2, 1, 2. VVLG. *p. 109, 31. al. cf. infra l. 84*). VARRO ling. 5, 5 ademit. SALL. (?) rep. 1, 4, 1 interfecit (-cepit *Gronov. fort. recte*). LIV. 28, 29, 4 auferat omnia inrita -o. SEN. benef. 3, 32, 5 quos iam consumpsisset -o. epist. 21, 4 omnes illos ... -o ... suppressit. TAC. Agr. 46, 4 multos veterum ... -o obruit (*cf. p. 109, 3*). hist. 4, 9, 2 transmisit. PLIN. paneg. 75, 1 interciperet (*v. vol. VII 1, 2166, 4 sq.*). COD. Theod. 6, 4, 15 pr. avellet. *obrepit sim.*: SEN. benef. 3, 2, 1 illum ..., cui obrepsit -o (MACR. somn. 1, 12, 8). PLIN. nat. 8, 84 subrepere (AVG. civ. 10, 3 p. 406, 9 D. *al.*). **β** *dat.*: LIV. 1, 31, 3 -i dederant *Albani sacra* (4, 37, 5. *al.* CAPITOL. Opil. 11, 1. *et saepius*). ITALA psalm. 9, 19 (Tert. adv. Marc. 4, 14 p. 460, 4) -i habebitur mendicus (*gr. ἐπιλησθήσεται*, Veron. in -e erit, HIER. psalt. sec. Hebr. -i erit, VVLG. -o erit pauperis). ARNOB. nat. 5, 19 -i ... sacra donentur. HIER. psalt. sec. Hebr. 31, 13 traditus sum (88, 13 VVLG. gen. 41, 30. *al.* AVG. civ. 18, 31 p. 299, 9 D. COD. Theod. 4, 15 [14], 1, 1^{a}. *cf.* CASSIOD. Didym. in I Petr. 2, 11 contradit). LEO M. serm. 39, 5 p. 266^{C} mandentur. **γ** *acc.: facere sim.*: CARM. evoc. (*p. 107, 32*) iniciatis. HOR. epod. 14, 2 inertia cur ... diffuderit ... -em sensibus (*cf.* Ps. RVFIN. in Ioel 2, 24/25 p. 1047^{C} infundat). SEN. epist. 81, 28 faciat (PLIN. nat. 1, 31, 11 PORPH. Hor. carm. 2, 7, 21. VVLG. Sirach 11, 29 [*gr. 27 ἐπιλησμονήν*]. *al.*). PLIN. nat. 25, 12 adferens (31, 15 TAC. ann. 14, 50, 2). PANEG. 4, 35, 1 ut numquam -em (*W²*, -e *M*) gratiae obductura sit ... multitudo *beneficiorum* (*cf.* ARNOB. nat. 7, 8 inducat). ARNOB. nat. 5, 27 *hoc* -em miseriarum daret. *capere sim.*: PLIN. nat. 7, 90 ex praealto tecto lapsus ... cepit -em (RVFIN. hist. mon. 1 p. 404^{C}. *cf.* ITALA II Petr. 1, 9 [cod. h *al., cf.* VVLG.] accipiens [CAPITOL. Maximin. 17, 5. VVLG. sap. 2, 4; *gr. ἐπιλησθήσεται*]. CONC.^{S} I 2 p. 102, 30 [= I 3 vers. Tur. p. 184, 28] suscipere [*gr. I 1, 4 p. 5, 2 ἀμνηστίαν ... ἀναδέξασθαι*]). QVINT. decl. 257 p. 51, 9 si amor ac fides nullam habuerint -em (CONC.^{S} I 3 vers. Tur. p. 196, 11 CASSIOD. Didym. in I Ioh. 3, 13/14^{a} p. 62, 25). ARNOB. nat. 2, 26 pati (LACT. inst. 7, 12, 17. 18 NICET. virg. laps. 22). HIL. in Matth. 4, 8 assumpta (*cf.* Ps. AVG. serm. ed. Mai 24, 2 sumere [CASSIOD. Ios. antiq. 2, 163]). **δ** *abl. instr.*: CIC. Verr. II 5, 138 tegere (Cluent. 18). Phil. 1, 1 delendam *memoriam* (nat. deor. 1, 28 VVLG.

[Lumpe]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

eccles. 6, 4. *al. cf. p. 108, 50*). 14, 33 sepulta *virtus* (CYPR. ad Donat. 8 p. 10, 1 OPTAT. 1, 9 p. 10, 23. *al.*). Brut. 60 *Cethegum* vetustas ... -e obruisset (fin. 1, 57. 2, 105. *cf. p. 108, 55*). rep. 5, 2 *mores* -e obsoletos. 6, 25 -e posteritatis extinguitur *sermo*. fam. 1, 9, 20 iniurias ... -e contrieram. TAC. hist. 3, 36, 1 praeterita ... -e dimiserat *Vitellius*. ann. 3, 54, 2 abolitae *leges* (AVG. civ. 1, 3 p. 7, 4 D.). ARNOB. nat. 4, 33 *hoc* ne ulla intercidat -e. CE 480, 8 nec poterit facili labium (*i. labiorum*; labsum *Bücheler*) -e perire *pignus amoris*. **ε** *c. praep.*: ab: CIC. de orat. 2, 7 ut laudem ... ab -e ... vindicarem. ad: TAC. ann. 15, 67, 2 quibus causis ad -em sacramenti processisset *Flavus*. APVL. apol. 43 posse animum ... ad -em praesentium externari. HIER. quaest. hebr. in gen. p. 17, 4 gentes ... subversae usque ad -em praeteritorum nominum pervenere. in *c. acc.*: CIC. Verr. I 54 cum accusatio nostra in -em diuturnitatis (diuturnitate *P in marg.*) adducta sit (LIV. 3, 41, 6. 42, 55, 8 DAMIG. lapid. 34 p. 189, 19. *cf.* NON. p. 146, 28 ducere [CLAVD. DON. Aen. 2, 145 p. 167, 16. *al.*]. VEG. mil. 1, 28 p. 30, 3 perducta [HYG. astr. 2, 40 p. 77, 16]. OROS. hist. 2, 17, 14 deducantur [LEO M. epist. 135, 2 Conc.^{S} II 4 p. 89, 5; per- *G*]). II 4, 79 venturos (LIV. 10, 23, 10. 23, 35, 9 prope. PAVL. FEST. p. 165 SEN. dial. 4, 5, 3. *al.*). SEN. dial. 6, 1, 4 in -em coniectum. 10, 13, 7 ire (VVLG. Sirach 13, 13 [*gr. 10 ἐπιλησθῇς*]. PELAG. in Rom. 3, 20 [in -e erat *Ps. Hier.; cf.* 7, 8]. *al.*). ITALA Phil. 3, 13 (Mar. Victorin. *ad l.*) transmittens (*Vulg.* obliviscens. *cf.* ENNOD. epist. 2, 3, 1 p. 41, 29 mittantur). EPIST. pontif. 111 Cypr. epist. 49, 2 p. 610, 15 ut ea, quae ante fuerant gesta, in -em cederent (caderent *edd. vet.; cf.* Conc.^{S} I 3 vers. Tur. p. 43, 21 abscedant [*gr. I 1, 1 p. 108, 22 οἰχέσθω ... πρός*]). VVLG. sap. 16, 11 incidentes. Is. 59, 15 facta est veritas in -em. Conc.^{S} I 5 p. 151, 42 delapsus (p. 264, 24 redactus, *gr. I 1, 6 p. 124, 6 εἰς λήθην ... ὑπενεχθείς*). in *c. abl.*: CIC. Verr. II 1, 101 iacuisset. ITALA deut. 31, 21 (Monac.) non ... erit in -e ab ore eorum *eqs.* ([*Lugd.* obliviscetur, *gr. ἐπιλησθῇ*, VVLG. nulla delebit -o]. psalm. 9, 19 [*v. p. 108, 62*]. *al.*). per (*vergit fere ad notionem p. 107, 44 allatam*): SVET. Iul. 28, 3 ut ... ne Caesarem quidem exciperet *Pompeius* p. -em. Ps. QVINT. decl. 18, 9 ad aliud *facinus* ... transire. GAIVS inst. 2, 132 praeteritae *personae*. PAVL. dig. 20, 3, 3 omisit *pactum*. LEO M. serm. 84, 1 p. 433^{A}.

c *gen. qual.* -is (*latet hebraismus, cf. p. 112, 7*): ITALA Iac. 1, 25 (cod. ff) non audiens -is factus, sed factor operum (*gr. ἐπιλησμονῆς, Vulg.* obliviosus).

B *per prosopopoeiam*: **1** -es *quasi monstra*: HOR. carm. 4, 9, 34 non ... tuos patiar labores impune, Lolli, carpere lividas -es. **2** -o *dea*: STAT. Theb. 10, 89 (*de palatio Somni*) limen opaca Quies et pigra -o (*L^{1}, cf. p. 108, 28*; -via *cett.*) servant. HYG. fab. geneal. 3 ex Aethere et Terra ... -o. DRAC. Romul. 10, 271 gressus consors -o iungit *Ingratiae in nuptiis Medeae*.

C *per metonymiam*: **1** *de homine memoria privato*: BIBAC. carm. frg. 3 Orbilius ubinam est, litterarum -o? (*cf. Suet. gramm. 9, 5* vixit prope ad centesimum aetatis annum amissa iam pridem memoria). **2** *de medicamentis magicis memoriam exstinguentibus*: HOR. epod. 5, 70 *Varus* indormit unctis omnium cubilibus -e paelicum (PORPH.: per quae medicamina -o ei datur). DAMIG. lapid. 34 p. 188, 10 Ostanes ... appellavit eum *lapidem galactiten* ... lethargum, quasi omnium -em malorum.

II *usu sec. hebr. deflexo fere i. q. imprudentia, error* (*sc. peccantis*): ITALA lev. 5, 15 (Lugd., *cf.* Aug. loc. hept. 3, 7 p. 571, 23) anima quaecumque latuerit eum -e et deliquerit inprudenter (*Vulg.* per errorem, *hebr.* bišgāgāh).

parechesis c. occupatio: SYMM. epist. 8, 32 nobis vel -o vel occupatio religionis tuae desideratum munus invidit.

deriv.: oblivia, oblivialis, obliviosus, oblivius. *cf.* oblitio.

***oblīviōsus**, -a, -um. *ab* oblivio. *scrib.* ol- GLOSS. III 499, 18. *superl.* -issimus TERT. anim. 24, 6. GLOSS. *λήθαργος. ἐπιλήσμων.* V 621, 7 Lethaeus (*scrib.* loteus) est -us (*cf. p. 107, 1*). *inde a* PLAVTO, CIC., HOR.

i. q. ad oblivionem pertinens: **1** *generatim de eo, qui ad obliviscendum propensus est*: **a** *absolute*: PLAVT. Mil. 890 sin bene quid ... faciundum est, eo deveniunt *mulieres*, -ae extemplo uti fiant, meminisse nequeunt. CIC. inv. 1, 35 memor an -us *sit homo* (TERT. anim. 24, 6 omnium forsitan -issimo. SCHOL. Hor. epist. 1, 8, 1 *passio lethargica* h. somniculosum et -um reddit). Cato 36 quos ait Caecilius 'comicos stultos senes', hos significat credulos, -os, dissolutos. APVL. flor. 12 p. 44 *psittacus* senex ... captus et indocilis est et -us (SOL. 52, 44). Ps. ORIG. tract. 8 p. 92, 6 mentes -i populi noverat *deus*. HIL. in psalm. 118 zain 5 p. 421, 14 auribus (*antea*: incuriosis oculis). CLAVD. DON. Aen. 4, 230 p. 384, 13 amatorem desidiosum, neglegentem, -um. AMBR. hex. 5, 12, 38 p. 171, 8 revocamur ad superiora sicut -i viatores (EVSTATH. Basil. hex. 8, 2, 10 [*gr. ἐπιλήσμονας*]). HIER. adv. Pelag. 1, 23 p. 517^{C} illum ingeniosum, sed -um ... videmus (*opp.* memorem). 3, 6 p. 574^{C}. VVLG. *supra l. 38*. AVG. c. Iulian. 4, 3, 16 p. 745 alii -i, alii acuti memoresve nascuntur (*cf.* c. Iulian. op. imperf. 4, 123 p. 1420 naturaliter -us). in psalm. 83, 8 l. 53 quae *disputatio* doceat ignaros, ... quae commemoret -os (*pro subst. ut*: CASSIOD. in psalm. 118, 28 p. 846^{A} dormire ... -i atque socordis est). serm. 2, 1, 1 cor. Ps. AVG. serm. 101, 1 (= CAES. AREL. serm. 176, 1 p. 674, 1) qui ... audit et neglegentia fit -us. OROS. hist. 7, 22, 1 provocat poenam suam -a malitia. CASSIOD. var. 5, 34, 1 -us cum relinquitur, trepidus cum tenetur *Frontosus*. FERREOL. reg. 8 p. 963^{B} illud apostoli non -us audito. MART. BRAC. form. vit. 2, 9 qui praesentia non ordinat, -us et fatuus appellatur. *et saepius*. **b** *c. gen. obi.* (*cf.* PROB. app. gramm. IV 196, 25 locutio cum genetivo casu haec convenire reperitur: ... -us veterum): DON. Ter. Andr. 943 Crito -us est utpote alienarum rerum. CASSIOD. Ios. antiq. 14, 315 nos ... -os gratiae vel transgressores iurisiurandi punientes (*gr. τοὺς μήτε χάριτος ἀπομνημονεύσαντας*). PRIMAS. in apoc. p. 820^{C} nolumus ... paternae traditionis -i ab aliquo iudicari. **2** *speciatim i. qui oblivionem efficit* (*cf. p. 109, 62*): HOR. carm. 2, 7, 21 -o ... Massico ciboria exple (*cf. Alcaeus frg. 96, 3 D. οἶνον ... λαθικάδεα*). BOETH. cons. 3 carm. 11, 10 non omne ... mente depulit lumen -am corpus invehens molem.

adv. **oblīviōsē**. *i. q. per oblivionem, incaute*: VIRG. gramm. epist. 3 p. 146, 30 Galbungus ... non semel, ne non tam de industria quam -e ponere putaretur, sed quaterna vice infinitivum pro aliis posuit modis.

***oblīviscor**, -lītus sum, -līviscī *et* **-sco**, -ere. [*fort. ex* *oblīvēre '*exaequatum esse*', *oblīvitus (*cf.* lēvis, *λεῖος*). *v. Sommer, Hdb.$^{2.3}$ 602; cf. etiam* (ob)linere. *L.*] *de orig.*: CASSIOD. gramm. VII 206, 1 (*e Caesellio*) -or compositumne an simplex est? compositum, scilicet huius simplex latet in antiquis monumentis: 'livisci' enim -i est et 'livitus', quod nos hodie per elisionem -tus. *de script. et formis*: -lIvIsc- CIL VI 6250, 5; -lIvisc- CIL V suppl. ital. 732 III 7. olitus *pro* -tus SEN. epist. 100, 1 (*A ante corr.*). FLOR. epit. 1, 24, 2 (*B*). CLAVD. 18, 229 (*var. l.*). -lisc- *vel traditur vel metri causa restituitur* APP. CLAVD. carm. frg. 2 PLAVT. Mil. 1359. ACC. trag. 190 -liscier (*pars codd.*). 488. *inf.* -ier *l. 27*. *part. perf.* -livitus (*cf. l. 23*): ITALA psalm. 118, 109 (cod. 421). COMM. instr. 1, 27, 8 -vitos (*edd.*, -vitor *cod.*). THEOD. MOPS. in psalm. 9, 33 p. 60, 27 (-litus *Devreesse*). *? fut.* -ebor ITALA psalm. 118, 16 (Veron. *loco mendose scripto*). *etsi inter verba communia est* (CLEDON. gramm. V 56, 25 PRISC. gramm. II 379, 11 Ps. ASPER gramm. suppl. 51, 3), *passive adhibetur p. 111, 75 sqq.* *formae act.*: ITALA psalm. 77, 7 (cod. 136 Cas.) -ant. PELAG. in I Cor. 13, 3 p. 203, 25 -ere ([*var. l.*]. GLOSS.^{L} II Abav. AB 41). frg. Migne suppl. 1, 1541 -it. EPIST. Migne suppl. 1, 1569 -imus (-imur *edd.*). GREG. TVR. Franc. 7, 22 p. 341, 2 -rem. NOT. Tir. 69, 86 -tus. 69, 87 -itur. *de notione*: PROB. app. gramm. IV 203, 30 (*v. p. 96, 66*) -tum ... immemorem (ISID. diff. 1, 415). CHAR. gramm. p. 411, 11 B. quoad vixero meminero ...; infixum erit memoriae; numquam potero -i. GLOSS.^{L} I Ansil. OB 225 -or: oblivioni trado; hinc '-or iniurias *eqs.*' (*v. p. 111, 9*). V Aa o 83 -tus: amens factus. GLOSS. II 309, 19 *ἐπιλανθάνομαι*. *legitur inde ab* APP. CLAVD., LIV. ANDR., EPITAPH. Naev., PLAVTO *aliisque scaenicis*, RHET. Her., CIC. [*e deriv.**oblītare: *val.* a (se) uita, *francog. vet.* oblier, *francog.* oublier (*et var. dial.*), *francoprov.* aobδá, übδá, üblá *etc.*, *prov. vet.* oblidar, *prov.* oublidá *etc.*, *vasc.* oublidá, *cat.* oblidar, *hisp. vet.* oblidar, *hisp.* (> *port.*) olvidar, *port. vet.* obridar; *c. mutatione praefixi* o- > in-: *raet. occ.* emblidar, amblidar, invlidar. *cf. M.-L. 6015. Wartburg VII 271 sqq. Corominas III 559. Machado II 1621. G.*] [*confund. c.* obliquus *p. 99, 60. 112, 62. 114, 6.* *ex falsa versione*: NOVELL. Iust. 18, 8 clementia -ta est ... enutrire malivolentiam (*gr. λέληθε ... ἐκθρέψασα*).]

I *usu sollemni fere i. q. meminisse desinere, ἐπιλανθάνεσθαι* (*quod graece respondet, nisi alia adnotantur*). *pertinet ad quemlibet defectum vel lapsum memoriae (attentionis infra l. 84. al.), speciatim ita, ut cura, observantia sim. omissa respiciatur (in praeteritione p. 111, 9. 12. 49. 51. 113, 57; usum vetustum dicit* SERV. auct. *p. 111, 67. 113, 1; cautius additur* velut [*p. 111, 46. 114, 16. al.*], tamquam [PLIN. paneg. 54, 5. *al.*], quodammodo [*p. 112, 80*], quasi [LACT. ira 10, 16. *al.*], *cf.* similis -to *p. 114, 15*); *latius c. colore dimittendi p. 112, 17. 48.* *-untur fere animantia (animus sim. p. 112, 44. 113, 20. 114, 5. al., part. corp. p. 112, 37. 114, 11. 12), res p. 111, 38. 112, 53. 71. 113, 43.*

A *c. casibus* (*de acc. et gen. v.* CAPER gramm. VII 92, 11 -tus ne sis nostri, non nos; veteres tamen et hoc modo dixerunt. SERV. Aen. 1, 203 auct. Aen. 2, 148 ARVS. gramm. VII 495, 25 PRISC. gramm. II 398, 14. CASSIOD. in psalm. 43, 18 l. 298 cum Latinae locutionis sit, ut dicamus '-ti non sumus tui', hoc proprium scripturae divinae est, quod ait: '-ti non sumus te'. GLOSS. V 123, 33):

1 *acc.*: **a** *active* (*per variationem l. 80. p. 111, 37, iuxta gen. poss. p. 111, 10. 27. 30. al.; inter* CIC. *et* APVL. *in prosa praeter* PETRON. [*p. 111, 17 in serm. cottidiano*] *et* PLIN. nat. [*p. 111, 18 loco incerto*] *non occurrit nisi c. neutr. vel per attractionem; v. etiam p. 113, 49 sqq.*): **α** *c. quibuslibet obiectis*: Ⓘ *vario usu*: APP. CLAVD. carm. frg. 2 amicum cum vides, -ere miserias. LIV. ANDR. carm. frg. 38 neque ... te -tus sum, Laertie noster (*cf.* ITALA psalm. 12, 1 [Veron. *al.* = VVLG.] me [HIER. psalt. sec. Hebr. mei]. 41, 10 [Ambr. Iob 4, 6, 22. *al.*] me [Veron. *al.* = VVLG. mei]. 136, 5 [Veron. *al.*] si -tus fuero tui ..., -atur me dextera mea [VVLG. -tus fuero ..., oblivioni detur, HIER. psalt. sec. Hebr. 137, 5 -tus fuero ..., in oblivione sit]. AMBR. obit. Valent. 78 ipse me citius quam vos -ar. *v. etiam p. 111, 41 sqq.*). PLAVT. Cas. 104 non sum -tus officium meum. Trin. 1014 in thermopolio condalium es -tus (*i. reliquisti. item*: SERM. RevBén. 59,

[Lumpe]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

1949 p. 111, 4 *Samaritana* -ta est vas aquae [*antea*: reliquit hydriam]). 1018 tribusne te poteriis memoria⟨m⟩ esse -tum? CAECIL. com. 61 cultum. TVRPIL. com. 171 an -ta . . . es eius crebras mansiones ad amicam, sumpti largitatem? ACC. trag. 12 mea fa⟨c⟩ta in acie -ti (CIC. Att. 9, 9, 1 ante f. et delicta. DRAC. laud. dei 1, 427 bona). 488 an ego Vlixem -ar umquam . . .? RHET. Her. 3, 22, 35 quas res ante ora videmus aut audimus, -imur plerumque (CIC. Mil. 63 praeclarissimas). CIC. S. Rosc. 49 et artificium -atur et studium deponat. Cael. 50 -or iam iniurias tuas, Clodia, depono memoriam doloris mei (*seq.* neglego. *cf. infra l. 52. 60*). Mil. 62 inimicorum Milonis sermones *eqs.* Brut. 217 causam. Att. 6, 1, 22 recordationem . . . iuris iurandi, quod ego non eram -tus. fam. 15, 21, 2 ut haec recentia . . . -ar (*antea*: omittam). CATVLL. 66, 27 bonum . . . facinus. PVBLIL. L 14 legem solet -i iracundia (ITALA psalm. 118, 61 [Sangerm. *al.* = VVLG.; Veron. legis]. *al.*). MANIL. 1, 511 Troianos cineres . . . -ta *fortuna*. SEN. Ag. 771 *senex* -tus sitim (sitis *A*). PETRON. 66, 1 (*loq. Habinnas*) tam bonae memoriae sum, ut frequenter nomen meum -ar (APVL. apol. 46). PLIN. nat. 7, 90 *homo* ictus lapide -tus est litteras (*d?*, litteris *cett.*; litterarum VAL. MAX. 1, 8 ext. 2) tantum. SIL. 5, 568 *Labicus* immemor annorum seniumque -tus. 13, 559 *animae* -tae Ditem redeunt in corpora. APVL. apol. 2 Pontianum (*sc. a me occisum*) . . . -tus est *Aemilianus*; de morte *eqs.* (*dist. van der Vliet, alii aliter*). TERT. nat. 2, 17, 5 (*sim.* apol. 25, 7) antrum *eqs.* adv. Marc. 4, 39 p. 558, 13 deum (*cf.* ITALA psalm. 9, 18 [Veron. *al.*] dominum [VVLG. deum, Tert. adv. Marc. 4, 14 p. 460, 3 dei]. *al.*). ITALA gen. 40, 23 (Ambr. Ioseph 6, 32) non est memor factus interpretis, sed -tus est eum (VVLG. interpretis sui). psalm. 44, 11 (Veron. *al.* = VVLG.) populum . . . et domum patris (HIER. psalt. sec. Hebr. populi . . . domus). 118, 83 (*ibid.*) iustificationes (118, 93 [Sangerm. *al.* = VVLG.; Veron. *al.* iustificationum]). II Macc. 2, 2 (rec. L = VVLG.) praecepta domini (P praeceptorum d., BM mandata dei). *al.* CYPR. epist. 45, 3 p. 602, 5 veteres mores. LACT. inst. 7, 12, 13 Ps. AVR. VICT. epit. 9, 2 HIL. in psalm. 118 zade 7 p. 520, 2 AMBR. Iob 4, 6, 22 p. 283, 14. HEGES. 5, 40, 1 p. 382, 14 matrem (*i. se matrem esse, cf. p. 112, 52. 113, 55*). HIER. in Is. 65, 17/18 l. 12 pristina mala (VVLG. Ier. 44, 9. *al.*). tract. p. 398, 4. PELAG. in I Cor. 13, 3 p. 203, 25 malitiam proximi (CONC.^{S} II 3, 2 p. 37, 13 [*gr. II 1, 2 p. 22, 9 ἀμνησικακίαν*]). CLAVD. 8, 111. AVG. conf. 13, 1, 1 -tum *me* tui *dei* non -tus es. *al.* *de rebus*: VERG. georg. 2, 59 poma . . . degenerant sucos -ta priores (*inde pendere videtur* PAVL. NOL. carm. 28, 275 *area* cultus -ta priores [prioris *var. l., Goldschmidt*]. *cf. p. 112, 66*). Ⓑ *in locutionibus reflexivis* (*cf. p. 112, 67*): ACC. trag. 190 utinam memet possim -ier! TRACT. Pelag. 3 p. 54 quando se (*cod.*, sui *Solanius*) non ita -itur *opulens*, ut neque esse hominem putet? AVG. epist. 17, 2 p. 41, 12 neque . . . usque adeo te ipsum -i potuisses, ut *eqs.* *β c. neutr. pron. sim.*: PLAVT. Asin. 226 haecine te esse -tum (ACC. trag. 665. RVSTIC. Conc.^{S} I 4 p. 78, 40 velut h. omnia -tus. GREG. M. in euang. 30, 2 p. 1221^{A} hoc). Bacch. 790 -tus sum omnia (ANTON. Cic. Phil. 8, 25). Poen. 40 hoc quoque etiam, quod paene -tus fui (CIC. Pis. 80 id q. -ar [*antea*: praeterita omitto]. Mil. 11. fam. 15, 21, 5 quae [PETRON. 76, 11 *loq. Trimalchio*. TERT. anim. 24, 3]. APVL. apol. 99 paenissime. *cf. p. 113, 21*). CIC. S. Rosc. 87 ut alia -ar (LIV. 2, 38, 2 ut omnia . . . -amini a.). Lig. 35 qui -i nihil soles nisi iniurias. de orat. 2, 299 si se *Themistoclem* -i, quae vellet, . . . docuisset *Simonides* (*sim.* 2, 300 fin. 2, 104. *cf.* ac. 2, 106 illa . . ., quae sciebat. CAEL. Cic. fam. 8, 14, 4 prope -tus sum, quod maxime fuit scribendum. *al.*). off. 3, 113 (*cf.* 1, 40) aliquid (LIV. 22, 58, 8). NEP. Dat. 11, 3 quiddam. *al.* *γ obiecto potius per attractionem intellegendo*: CIC. Flacc. 61 liceat haec (hoc *b*) nobis si -i non possumus at tacere (AVG. civ. 22, 8 p. 579, 18 D. nullum . . ., qui hoc non vel viderit vel didicerit, nullum, qui -i . . . potuerit). p. red. in sen. 23 quas *iniurias* ego etiamsi ulcisci possem, tamen -i mallem (NEP. Att. 11, 5 si quam i. acceperat, non malebat -i quam ulcisci [iniuriarum *ap. eundem p. 112, 43*]. *cf. supra l. 9. 52*). fam. 9, 24, 2 ne nescio quid illud, quod solebas, dediscas et -are, cenulas facere (SEN. epist. 81, 24 *sapiens* illa contemnit, quibus laesus est, nec -itur per neglegentiam, sed volens). VERG. Aen. 11, 866 illum *Arruntem* expirantem socii . . . -ti ignoto camporum in pulvere linquunt (SERV. auct.: '-ti' non nulli Vergilium secundum vetustatem hoc verbo usum tradunt, ut '-ti' *ἀμελήσαντες*, hoc est 'neglegentes' et 'contemnentes', putent *eqs.*; alii '-ti' 'ubi reliquerant nescientes': et est sensus: '-ti illum'). LIV. 39, 47, 9 multa et dissimulare et -i et pati praeterita. SEN. benef. 3, 1, 3 qui beneficium accepisse se negat, . . . qui dissimulat, . . . qui non reddit, . . . qui -tus est (*gen. ap. eundem p. 112, 35*). TERT. adv. Marc. 4, 35 p. 539, 17 non . . . dones offensam vult, sed -aris.

b *passive*: *α* -endus: PLAVT. Mil. 1359 muliebres mores discendi, -endi stratiotici. HOR. epist. 1, 11, 9 (*v. p. 112, 46*). LIV. 23, 22, 9 id omnium maxime tegendum, occulendum, -endum, pro indicto habendum esse. PLIN. epist. 8, 14, 7 omnia . . . -enda magis quam tenenda. *cf. p. 113, 24.* *β* -tus: VERG. ecl. 9, 53 nunc -ta mihi tot carmina ([SERV. auct.: vel 'omissa' vel figurate 'quorum ego -tus sum'. PRISC. gramm. II 387, 7 passive dixit]. *inde* AVSON. 322, 52 p. 264 P.). PROP. 1, 19, 6 -to . . . amore. VAL. FL. 1, 792 ut . . . -tos superum paterere dolores ('*i. dolores, quos homines in terra viventes patiuntur, inferi autem iam -ti sunt' Langen*). 2, 389 si Martius aures clamor et -ti rursus fragor impleat aeris. 4, 532 ad -tae Cereris (*i. panis diu non gustati*) suspirat honores *Phineus*. ITALA psalm. 30, 13 (Veron. *al.*) -tus sum tamquam mortuus a corde (*gr. ἐπελήσθην, Vulg.* oblivioni datus sum, *Hier. psalt. sec. Hebr.* oblivioni traditus sum). 87, 13 (*ibid.*) numquid cognoscentur in tenebris mirabilia tua et iustitia tua in terra -ta? (obliterata *cod. 400 al.; gr. ἐπιλελησμένη, cod. 305 al.* = *Vulg.* oblivionis, *Hier. psalt. sec. Hebr.* quae oblivioni tradita est). Is. 23, 16 (Tycon. reg. 4 p. 46, 16) fornicaria -ta (*gr. ἐπιλελησμένη, Vulg.* oblivioni tradita). Luc. 12, 6 (cod. d) unum ex eis *passeribus* non est -tum in conspectu dei (*gr. ἐπιλελησμένον, al. et Vulg.* in oblivione). AVSON. 13, 7 p. 325 P. da . . . amplexus -taque gaudia iunge. 335, 6 p. 199, 42 quae omisi, non -ta mihi, sed praeterita existimet *lector*. AVG. mus. 1, 4, 8 dominum (*canis, sc. Vlixem*) iam suis hominibus -tum. COMM. instr. 2, 32 (28), 5 -ta domini . . . promissa? VRAN. epist. 2 p. 860^{A} -ta omni carnali infirmitate. OP. imperf. in Matth. 8 p. 678 non novas scientias . . ., sed -tas. BOETH. cons. 4, 1, 2 W. ea . . . nuper -ta, non tamen antehac prorsus ignorata. *al.* *latius* (*cf. etiam l. 48*): GREG. TVR. Franc. 3, 33 p. 129, 4 ut -tis (*i. dimissis*) verborum obiectionibus propriis se manibus verberarent. *γ aliae formae*: ITALA *p. 109, 30*. SCHOL. Iuv. 7, 51 mala consuetudo scribendi, quae -i non potest (*cf.* IORD. Get. 188 recordamini . . ., quod certe non potest -i).

2 *gen.* (*usu inde a* TER. *infra l. 69*, PS. TER., CIC. Verr. *tritissimo*): **a** *vario usu*: *α de animantibus* (*exempla selecta*): PS. TER. Andr. alt. exit. 2 ne me esse -tum dicas tuae gnatae alterae. CIC. Verr. I 52 laudis domesticae. II 3, 186 rerum tuarum male gestarum (Phil. 1, 30 fin. 5, 57 VERG. Aen. 4, 267 OV. epist. 8, 111. *al.*). Catil. 1, 6 caedis atque incendiorum. 4, 1 -ti salutis meae de vobis . . . cogitate (VERG. Aen. 5, 174 decorisque sui sociumque s. QVINT. decl. 345 p. 365, 9. *al.*). Planc. 103 vos iam -tos mei (meae *Rauius*) salutis eius . . . hostes extitisse (*c. pron. pers. ut*: fam. 7, 14, 1 nostri [CATVLL. 83, 3 LABER. mim. 62. *al.*]. 13, 19, 3. ELEG. in Maecen. 1, 72 tui [Ov. Pont. 4, 1, 18. *al.*]. OV. epist. 10, 42. met. 13, 276 regisque ducisque meique. *et saepe. cf. refl. l. 67 sqq.*). Phil. 6, 18 civis . . . tam -tus beneficii vestri, tam immemor patriae (LIV. 8, 5, 10 et cladium . . . et beneficiorum. SEN. benef. 1, 2, 5. 2, 10, 4 [*inde* PS. SEN. mon. 31]. 7, 14, 6 CVRT. 7, 2, 8. *al.*). Tusc. 3, 35 bona cogitare, -i malorum (3, 37. OV. trist. 5, 5, 5 lingua favens adsit nostrorum -ta m. PETRON. 26, 10. *al.*). fam. 16, 12, 2 *Caesar* -tus nominis atque honorum suorum (HOR. carm. 3, 5, 11 anciliorum et n. *eqs.* LIV. 45, 4, 6. FLOR. epit. 4, 11, 3 patriae, n. *eqs. al.*). *saepe*. Q. CIC. pet. 55. LVCR. 6, 743 remigi[o] -tae *aves*. CAES. Gall. 1, 14, 3. *al.* BELL. Afr. 50, 3 praeceptorum (COD. Theod. 7, 12, 2). Alex. 8, 6 SALL. Catil. 51, 15. *al.* NEP. Eum. 6, 2 iniuriarum (LIV. 34, 22, 9 VAL. MAX. 4, 2, 2 SEN. epist. 81, 6. *al.*). VERG. georg. 3, 245 catulorum -ta leaena. Aen. 9, 225 (*cf.* 4, 528) corda -ta laborum (LIV. 8, 39, 7 laboris . . . vulnerumque. STAT. Theb. 12, 599. *al.*). *al.* HOR. epist. 1, 11, 9 illic vivere vellem -tus . . . meorum -endus et illis (*cf.* OV. epist. 1, 41 o nimium . . . -te tuorum [STAT. Theb. 7, 547 SIDON. carm. 5, 143]). *et passim.* *c. colore dimittendi* (*cf. etiam l. 17*): SEN. apocol. 7, 3 Claudius . . . -tus nugarum intellexit *eqs.* (PETRON. 71, 4. 136, 5). QVEROL. p. 4, 1 R. locum . . . thesauri senex ostendit -tus doli (*i. sine dolo*). *in locut. praedicativis* (*cf. p. 111, 33*): VAL. MAX. 5, 1, 10 -tus hostis soceri vultum induit *Caesar*. PANEG. 3, 27, 5 -tus inimici. *β de rebus plus minus animatis*: CIC. fin. 4, 32 quae . . . natura suae primae institutionis -ta est? . . . quo modo igitur evenit, ut hominis natura sola esset . . ., quae -retur corporis? MANIL. 3, 259 nox *producta* -ta diei *sequentis*. VAL. MAX. 7, 1 pr. malignitatis -i sibi imperavit *fortuna*. 9, 1, 4 sermonem -tum Pyrri, inmemorem Hannibalis. SEN. dial. 3, 1, 2 *ira est* decoris -ta, necessitudinum immemor. LVCAN. 9, 694 *luna* flexus -ta vagi per recta cucurrit signa. PLIN. nat. 28, 6 (*e suppl.*). STAT. Theb. 2, 707 quercus erat tenerae iam longum -ta iuventae. AVIEN. Arat. 1609 -tum (*ed. pr.*, obliqu- *cod.*) iusti iubar *solis*. VVLG. Iob 24, 20 -atur eius misericordia (*hebr. aliter*). sap. 16, 23 suae virtutis -tus est *ignis*. 19, 19 aqua extinguentis naturae -batur. PRVD. ham. 376 *gaudia* veri -ta tonantis. *c. gerund.*: COLVM. 10, 408 *Persica* nunc . . . Ambrosios praebent sucos, -ta nocendi (*cf. p. 111, 38*).

b *in locutionibus reflexivis* (*cf. p. 111, 40*): *α vario usu*: TER. Eun. 306 nescio hercle, neque unde eam neque quorsum eam: ita prorsus sum -tus mei. CIC. Tusc. 5, 73 *Epicuro* -i licebit sui? (*5, 31* si ipse se audiret. *cf.* VOPISC. quatt. tyr. 2, 3 ne quis me -tum aestimaret mei *i. verborum meorum*). fam. 9, 12, 1 *Baiae* tamdiu, dum tu ades, sunt -tae sui. SEN. Herc. f. 292 -tos sui . . . populos (*de umbris mortuorum ut* LACT. inst. 7, 22, 10). PLIN. nat. 9, 35 quae voluptas libere spirandi in tantum fallit *testudines* -tas sui, ut solis vapore siccato cortice non queant mergi *eqs.* *β renuntiatur commodo*: CIC. Catil. 4, 19 habetis ducem memorem vestri, -tum sui. Att. 11, 21, 3 (*e suppl.*). LIV. 8, 7, 16 ut aut rei publicae mihi aut mei [meorum] -endum sit. MANIL. 5, 607 -ta sui metuit pro vindice tali suspirans *Andromeda*. TAC. dial. 2, 1 tamquam . . . sui -tus tantum Catonem cogitasset *Maternus*. PANEG. 10, 3, 3 -tum quodammodo sui gentibus vivere. *huc fortasse* CARM. c. pag. 80 -tos . . . sui *Christianos sc. martyras*. *γ neglegitur indoles*: CIC. Phil. 2, 10 illud oro, si meam . . . moderationem modestiamque cognostis, ne me hodie . . . -tum esse putetis mei. VERG. Aen. 3, 629 nec talia passus Vlixes -tusve sui est Ithacus

[Lumpe]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

discrimine tanto (SERV. auct.: aliquanti ... iuxta veteres '-tus', id est 'neglegens' dictum tradunt *eqs.*). OV. trist. 4, 10, 105 -tus ... mei ductaeque per otia vitae insolita cepi ... arma manu. LIV. 7, 14, 2 ne se *Tullium* -tum disciplinae militaris, ne sui neve imperatoriae maiestatis crederet *dictator*. GERM. 546 Iuno numquam -ta sui *i. saevitiae suae* (VAL. FL. 3, 664). VAL. MAX. 5, 2, 9. 7, 2 ext. 1. SEN. Herc. f. 808 -tus sui ... componit aures timidus *Cerberus*. SIL. 4, 422 ardentem -tumque sui dulcedine caedum *Scipionem*. APVL. met. 4, 20, 2 non ... sui nostrique vel pristinae virtutis -tus *Thrasyleon*. LACT. opif. 1, 3. CLAVD. 18, 229 -ta sui ... mens.

3 *abl.* (*dub. vel falso trad. p. 111, 2. 18. 112, 40 et* PELAG. in II Cor. 7, 4 *B.* PETR. CHRYS. serm. 19 p. 250^{B} [*v. Migne ad l.*]): VITAE patr. Iurens. 3, 20 p. 163, 37 *Eugendus* tantum ... lectione reficiebatur, ut ... -batur adpositis *sc. cibis*.

B *c. enunt. secundario:* **1** *interrog. indir.* (*per attractionem* PLAVT.): PLAVT. Capt. 985 mos est -i hominibus neque novisse, quoiius nihil⟨i⟩ sit faciunda gratia (CIC. Phil. 12, 12). TER. Haut. 848 iamne -tus es, ... quid sit dictum ...? (CIC. inv. 1, 89. *al.* CAEL. Cic. fam. 8, 6, 2. PVBLIL. E 6 etiam -i, q. [qui *C*] sis, interdum expedit. HOR. epist. 1, 6, 62 OV. met. 2, 493. Pont. 3, 5, 41 mens -ta, q. absit. *et saepe*). CIC. Verr. II 1, 119 quod vos -tos esse non arbitror, ... qui ordo ... solitus sit convenire. 1, 122 quemadmodum (SEN. benef. 7, 22, 1. *al.*). leg. agr. 2, 80 quantos (Mil. 99. *al.* LIV. 36, 11, 2. *et saepius*). Scaur. 13 de quo homine ... sententias feratis, -endum vobis putatis? (Cato 21 PLIN. nat. 10, 187). Planc. 57 unde. fin. 5, 62 quantopere. *al.* OV. met. 14, 559 quam multa (SEN. benef. 6, 31, 1 epist. 71, 23 CVRT. 8, 12, 18. *al.*). SEN. Thy. 739. *al.* CVRT. 10, 6, 7. PLIN. paneg. 8, 5 ut ... seditio ... coeperit. APVL. met. 5, 31, 4 quot sit annorum *Cupido*. *et saepius*. **2** *alia*: OPTAT. 2, 18 p. 53, 14 -tus es, quia (quid *RB*, quod *edd. vet.*) ... dixisti (VITAE patr. 5, 4, 66 [*gr. Nau 1908 p. 52 n. 157 ἐληθάργησα ὅτι*]). PS. PHILO antiq. 58, 1 ne -aris, quin (sed *M*) perdas omnem animam. AMM. 30, 8, 2 -tus ..., quod regenti ... nimia ... sunt evitanda (VVLG. Iob 39, 15 *c. coniunct.*). ORIG. in Matth. 12, 30 p. 136, 18 ut -atur deus, si qua fecimus opera bona.

C *c. inf.:* **1** *solo* (*cf. p. 111, 63*): EPITAPH. Naev. Gell. 1, 24, 2 postquam est Orchi traditus thesauro, -ti sunt Romae loquier lingua Latina (*cf. infra l. 67*). PLAVT. Most. 487 lucernam forte -tus fueram exstinguere. Persa 722 -tus sum intus dudum edicere (dic- *A*) quae volui edicta (SVET. Cal. 26, 3. *cf.* PLAVT. Poen. 118 dicere [Pseud. 171 Trin. 1137 TER. Andr. 841]). CIC. Quinct. 54 Verr. II 4, 27 nat. deor. 2, 11 Att. 6, 1, 20 fam. 7, 14, 1 scribere -tus es. OV. met. 2, 439. 4, 677. 15, 453 VAL. MAX. 8, 7 ext. 5. SEN. Herc. O. 1038 *Orpheo cantante* -tus ... sequi fugam amisit liquor impetum (*subi. res ut*: LVCAN. 5, 445 Pontus ... vetustas -tus servare vices. LACT. ira 10, 40 quod haec facere -ta sit *natura*). LVCAN. 3, 143. PETRON. 49, 5 exinterare *porcum* (49, 7. 54, 3). ITALA psalm. 76, 10 (Veron. *al.*, *cf.* VVLG.) ut -etur misereri deus. HIL. in psalm. 144, 13 p. 834, 2 nequaquam deus aut -itur esse suavis aut desinit. *al.* **2** *acc. c. inf.:* PLAVT. Truc. 235 is amatur ..., qui quod dedit id -tust datum (*suppl.* '*esse*' *ut*: CATVLL. 65, 21 quod *mālum* miserae *virgini* -tae molli sub veste locatum. VERG. Aen. 2, 148 amissos hinc iam -ere Graios [SERV. auct.: quidam pro 'contemne' vel 'neglige']. LIV. 39, 5, 4 SEN. contr. 10, 2, 19 suas. 6, 20 SEN. epist. 90, 20 PLIN. nat. 6, 141. 33, 164. SIL. 7, 57 -ta ... corda caducum, mortali quodcumque datur. *al.*). CIC. S. Rosc. 53 ut denique patrem esse sese -retur (*cf. p. 111, 33. 112, 51 et* SVLP. RVF. Cic. fam. 4, 5, 5 noli te -i Ciceronem esse. LIV. 10, 37, 8 ut me consulem esse -ar). Q. Rosc. 50 -or (*i. silentio praetereo*) ... Roscium et Cluvium viros esse primarios. leg. agr. 2, 26 Catil. 2, 27 Mur. 31 Sull. 18. prov. 45 dici (ASCON. Corn. p. 62, 14). *al.* (*etiam ap. familiares*). LVCR. 3, 82 HOR. sat. 2, 4, 85 ELEG. in Maecen. 1, 136 OV. epist. 16, 218 met. 14, 186 LIV. 40, 46, 1. SEN. contr. 2, 2, 7 (*em. Madvig*). SEN. benef. 1, 13, 3. *al.* CVRT. 8, 1, 36 PLIN. nat. 18, 335. *et saepius*. **3** *nom. c. inf.:* ANTON. Cic. Phil. 13, 46 ut meorum iniurias ferre possim, si ... -i velint ipsi fecisse. SEN. benef. 2, 6, 2 si dedisse (se *suppl. G*, *Gertz*), dum dat, -tus est.

D *c. aliis determinationibus:* **1** *adv.* (*si recte trad.*): CIC. Caecin. 62 quod homines in tuo negotio Latine (loqui *add. Naugerius*, *cf. supra l. 36*) -rentur. **2** de: COMM. instr. 1, 27, 8 -tos esse mortuos de gesto priore. *cf. p. 111, 21*.

E *absolute* (*quid memoria cadat, fere e contextu apparet*): **1** *vigente vi verbali* (*specimina paucissima*): PLAVT. Amph. 457 (*verba Sosiae:*) ubi ego perii? ... an egomet me illic reliqui, si forte -tus fui? 1024 (*verba Mercurii:*) sum Sosia, nisi me esse -tum existumas. Cas. 980 Bacchae nullae ludunt.:: -tus fui. Merc. 481 satine ut -tus fui. *al.* RHET. Her. 4, 40, 52 quid nunc ego de meis promeritis praedicem? si meministis, obtundam; si -ti estis *eqs.* CIC. Mur. 42 cui placet, -itur; cui dolet, meminit. ac. 2, 2 qui *Themistocles* ... respondisse dicitur -i se malle discere (*cf. p. 111, 53*). fam. 9, 2, 1 nec ille *Caninius* ad me rediit: -tum credidi. *al.* CATVLL. 30, 11 si tu -tus es, at di meminerunt. 68, 43 fugiens saeclis (sedis *V*) -entibus aetas. TIB. 1, 1, 32 fetum ... capellae desertum -ta matre referre domum (*cf.* SVET. Galba 18, 3 neque ... sellam de more positam ... -tis ministris). SEN. epist. 36, 10 veniet iterum, qui nos in lucem reponat dies, quem multi recusarent, nisi -tos reduceret. APVL. apol. 97 ut *Pontianus* intellegeretur iratus potius aestimasse eam *filiam Rufini* quam -tus (*i. per oblivionem, cf. p. 109, 34*) praeterisse. *et passim*. **2** -tus *fere pro adi. vel subst. plus minus vergit in notionem q. e. obliviosus, neglegens*: CATVLL. 64, 208 ipse ... caeca mentem caligine Theseus consitus -to dimisit pectore cuncta (*metri causa pro* obliviosus *positum esse vidit Kroll*). VERG. georg. 3, 236 *taurus* signa movet praecepsque -tum (oblicum *M*) fertur in hostem (SERV.: '-tum' iam securum ex ante acta victoria. SERV. auct.: '-tum' quasi exercitationis et virium, quem securitas et amor corruperit *eqs.*). ELEG. in Maecen. 1, 8 illa *carina Charontis* rapit iuvenes prima florente iuventa, non -ta tamen, sed repetitque senes. PROP. 1, 15, 26 -tos parce movere deos. 4, 4, 22 inter ... -tas excidit urna manus. OV. fast. 4, 533 dum legit *papaver*, -to fertur gustasse palato *Ceres* (*cf. 534* inprudens). SEN. benef. 3, 1, 2 cum tu illos non ingratos vocares, sed -tos. 7, 23, 2 cum dicimus: 'qui beneficium dedit, -atur', hoc dicimus: 'similis sit -to; memoria eius non adpareat nec incurrat' (*cf.* epist. 91, 5 eligit aliquid novi casus, per quod velut -tis vires suas ingerat).

II *per hebraismum de eis, qui inscientes peccant*: VVLG. lev. 5, 2 anima quae tetigerit aliquid immundum ... et -ta fuerit immunditiae suae, rea est et deliquit (*cf.* 5, 3 *anima* si tetigerit quidquam de immunditia hominis ... -taque cognoverit postea [*Itala Lugd. al.* latuit eum]. 5, 4 [*Itala Lugd. al.* latuerit eum]. *hebr. subest niphal verbi* 'ālam). num. 15, 24 quodsi per ignorantiam praeterieritis quidquam ... -taque fuerit facere multitudo (*Itala Lugd.* peccaverit quis nollens).

part. praes. **oblīvīscēns,** (-entis) *pro adi.*: ACT. Archel. 17, 7 videris mihi delirus esse et -s propositionum tuarum.

part. perf. **oblītus,** (-a, -um) *pro adi. vel subst. v. l. 2 sqq.; adde* TERT. orat. 2 p. 182, 8 -os patris.

deriv.: oblitio, oblitor. *cf.* liviscor, oblivio; oblittero.

compos.: ex-, inoblitus.

oblīvium, -ī *n. v.* oblivia.

oblīvius, -a, -um. *ab* oblivio, *cf.* oblivia (-um). *i. q. oblivione deletus, obsoletus*: VARRO ling. 5, 10 quoniam in haec sunt tripertita verba, quae sunt aut nostra aut aliena aut -a, de nostris dicam cur sint, de alienis unde sint, de -is relinquam. *Lumpe.*

oblocō, -āre. *ab* ob *et* locare. [*var. l. pro* abl- SVET. Iul. 26, 2.] *i. q. (ob mercedem vel offerendo) locare, elocare*: IVST. 11, 10, 9 cum operam -are ad puteos exhauriendos ... solitus esset.

***oblocūtio,** -ōnis *f. ab* obloqui. *de notione*: GLOSS.^{L} III Abol. OB 31 -bus: maledictionibus (*v. etiam l. 61*). [*falso trad. pro* allocutio EVGRAPH. Ter. Andr. 598.]

i. q. actio obloquendi vel res obloquendo prolata: **1** *per contradictionem, obtrectationem sim.* (*de ineptiis l. 48 sqq., de re contraria l. 53; accedit gen. subi. l. 53. 56. 57.; pendet praepos.* contra *l. 51*, de *l. 57; gr. resp. nomen agentis l. 49*): IVLIAN. Aug. c. Iulian. op. imperf. 6, 17 illi -um rubi, qui concretionem corporum pupugerant. CONC.^{S} I 3 vers. Tur. p. 43, 21 iudicabit ... in his -bus deus ([*Rustic.* qui oblocuti sunt *sec. gr. I 1, 1 p. 108, 22 πεφλυαρηκόσι*]. *cf.* CASSIOD. Ios. c. Ap. 2, 22 *gr. φλυαρίας*. 2, 116 *gr. φλυαρήμασι*). p. 45, 28 factam contra se -em ... detersit (*gr. I 1, 1 p. 95, 8 διαβολήν*). ENNOD. carm. 1, 6, 5 p. 521, 5 -is fomitem *quaerere*. opusc. 3, 9 p. 333, 9 sine bonorum -e dictare. 7, 2 p. 411, 13 splendor vitae umbram venenatae -is excludit. VITAE patr. 5, 5, 7 (*Cotelier p. 559^{B} καταλαλιά*). CASSIOD. in psalm. 11 div. dolosi ... potentiam domini sceleratis -bus abnegabant. 101, 4 -es hominum et conscientiae suae iudicia. CONC. Aurel. a. 538 p. 74, 12 si ... suspicionem adversam aut -em populi de muliere ... incurrerit. CAES. AREL. reg. virg. 47 p. 17, 17 minae vel -es vel blandimenta. serm. 32, 4 magis de sua correctione quam de nostra -e vel persecutione studeant cogitare. *al.* **2** *de interruptione*: GLOSS.^{L} II Philox. OB 43 -o: *ὁμιλίας ἐγκοπή*.

oblocūtor, -ōris *m. ab* obloqui. *i. q. qui obloquitur*: **a** *c. respectu interrumpendi*: PLAVT. Mil. 643 neque ego -r sum alteri in convivio. **b** *c. respectu contradicendi, detrectandi*: IVLIAN. in Iob 8, 1 Migne suppl. 1, 1594 omnem contextum disputationis *Iob* ... nititur iste -r eius *Baldat* vel multiloquii vel erroris arguere.

? **oblogat:** increpat GLOSS. V 606, 27 (oblegat *Graevius*, obrogat *dubitanter Goetz in indice*, obiurgat *Hildebrand, Gloss. 222^{14}*).

oblongulus, -a, -um. *ab* oblongus *demin. fere i. q. oblongus*: GELL. 17, 9, 7 surculi duo erant teretes -i, pari crassamento eiusdemque longitudinis (*cf. Suid. s. v. σκυτάλη: ξύλον ἐξεσμένον ἐπίμηκες*).

***oblongus,** -a, -um. *ab* ob *et* longus, *cf. ἐπιμήκης*. [*e coni. dub. v. p. 99, 64.*]

1 *i. q. longior quam latior*: **a** *positivo gradu*: PLAVT. Merc. 640 subnigris oculis, -is malis (643). VARRO ling. 5, 125 mensa ... quadrata -a. rust. 2, 5, 7 pecudes (*cf. Colum. 6, 1, 3* boves ... quadrati, *Geopon. 17, 2 τοῖς σώμασι παραμήκεις*). 3, 5, 12 non latae -ae ... piscinae. SALL. Iug. 18, 8 aedificia (*cf.* VITR. 5, 2, 1 *curia*. 5, 11, 1 peristylia quadrata sive -a. 6, 3, 8 conclavia). LIV. 37, 31, 8 forma (*cf.* VITR. 5, 1, 2 *fori* formatio. PLIN. nat. 37, 196 figura. IVL. HON. cosmogr. A 24 rutunditatem. AVG. quaest. hept. 2, 177, 5 p. 209, 17 quadraturam). PAVL. FEST. p. 349 secespita cultrum ... -um (COLVM. 9, 15, 4 c. -us ex utraque parte acie lata). CELS. 6, 8, 1^{D} linamentum involutum et -um. 7, 26, 2^{G} *calculus*. 8, 1, 21 *ossa*. COLVM. 9, 10, 1 reges maiores

[Halter]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

paulo et -i magis quam ceterae apes. *al.* PLIN. nat. 10, 145 ova ([*alludit ad Hor. sat. 2, 4, 12* longa quibus facies]. CASSIOD. inst. 2, 7, 4 in latitudine ... rotundum, sed in longitudine probatur -um *o.*). 12, 50 semine (19, 119 *opp.* rotunda. *al.*). 13, 32 *iuxta*: non ... orbiculatum. 25, 20 folia (25, 66 *iuxta*: lata. *al. cf. l. 13*). *al.* TAC. Agr. 10, 3 scutulae (*cf.* AMM. 24, 6, 8 scutis). AMM. 22, 8, 14 litora in sinus -os curvata. *al.*

b *comparativo gradu*: *α comparatur latitudo* (*cf. Wistrand, Apophoreta ... Lundström, 1936, 21; sed nota abl. mensurae, ut potius de contaminatione inter* oblongus *et* longior *cogites*): VITR. 4, 3, 2 metopae ... non exeunt quadratae, sed -iores triglyphi dimidia latitudine. 10, 11, 4 foramen ... -ius sit tanto quantam epizygis habet crassitudinem. *β comparatur alia forma minus -a* (*cf. l. 1*): PS. APVL. herb. 130 l. 14 est ... herba talis similis salicis, foliis -ioribus et angustis (DIOSC. 3, 4 p. 377, 19. 20 longa ... aristolocia ... f. habens -a et virgellas tenues duorum palmarum, sed modice -ior [*sc. quam aristolocia rotunda. gr.* ἐπιμηκέστερα]. 4, 161 p. 79, 15. 17 f. ... sunt -a sicut amygdala, sed -iora et latiora et lenia [*cf. gr. add. cod. E*: λεπτότερα]).

2 *i. q. secundum longitudinem ductus, longitudini congruens*: PLIN. nat. 13, 96 mensis *e citro* praecipua dos in venam crispis vel in vertices parvos; illud -o evenit discursu ..., hoc intorto.

obloodio *v.* ovalidia.

obloquium, -ī *n. ab* obloqui. *i. q. oblocutio, calumnia, contradictio*: GENNAD. vir. ill. 17 *obtrectatorem aemulationis* stimulo incitatum ad -um stilum vertisse. CASSIAN. inst. 5, 29 virus -i (*supra*: detractationis verbum). SACR. Leon. 1080 mentium reprobarum ... -a (SACR. Gelas. 3, 67 p. 734). CONC.^{S} I 3 vers. Tur. p. 43, 19 sermo ... nec iniuriarum nec -i (*gr. I 1, 1 p. 108, 21* λοιδορίας). SIDON. epist. 7, 9, 8 -orum Scyllas. CLAVD. MAM. anim. 2, 9 p. 137, 11 in magnos viros -a ... mussitant. ALC. AVIT. carm. 4, 500 -is vanos sufflant mendacia ventos. epist. 51 p. 80, 13 (*verba Sidonii*) minus inter arma quam inter -a periclitari. hom. 7 p. 113, 15 ut ... -o pruriat. VITAE patr. Iurens. 3, 15 p. 160, 20 homo ex cuius ore ... numquam processit -um. CONC. Matisc. a. 581 Mansi 9, 932^{A} maledicorum -a.

***obloquor,** -locūtus sum, -ī. *ab* ob *et* loqui. *de notione* (*v. et l. 75. p. 116, 5*): PAVL. FEST. p. 187 obacerare -i atque alterius sermonem moleste impedire. SYNON. Cic. p. 436, 23 obturbat. -itur. obstrepit. oblatrat. obmurmurat. NON. p. 96, 9 deblaterare -i, confingere. ISID. diff. 1, 16 -i obtrectantis *est* (*cf.* diff. app. 142 -i obtrectatoris qui obicit aut opponit). GLOSS. II 341, 41 καταλαλῶ: obganno (-gannio *a*), -or. V 555, 4 contra loquentem loquor (*cf. p. 116, 6*). GLOSS.^{L} II Philox. OB 36 -itur: ἀντιλαλεῖ. *legitur in poesi apud* PLAVTVM *quinquies et singulis locis apud* AFRAN., CATVLLVM, VERG., OV., SEN.; *in prosa oratione inde a* CIC., LIV., SEN. *rhet.*, CVRT., PLIN. nat., GELL., *apud ecclesiasticos.*

I *absolute et c. obi. rei prolatae (l. 77 sqq. p. 116, 4 sqq. [hinc pendent p. 116, 11. 20]. 116, 9. 15. 16) i. q. adversando, interveniendo sim. loqui*: **A** *de sonantibus* (*fere animantibus; rebus pro personis l. 61. 62, cf. et l. 65; de instrumento p. 116, 20*): **1** *usu sollemni de loquentibus*: **a** *notione opponendi vigente*: *α c. respectu intercedendi, obstrependi, interrumpendi* (*c. dat. l. 55. 61 sqq.*): PLAVT. Cist. 751 mea *erilis filia* gestitavit, non tua. :: ne -ere. :: taceo (754). Curc. 41 sq. -ere. :: fiat maxume. :: etiam taces? :: nempe -i me iusseras (-ere *indicativus ioco pro imperat. intellegitur*). Men. 156 te morare, mihi quom -ere. AFRAN. com. 13 quid prodest istuc te blaterare atque -i? LIV. 1, 40, 6 (*antea*: vociferari et certatim alter alteri obstrepere). SEN. contr. 9 praef. 3 *in declamationibus* nemo ex industria -itur. SEN. Thy. 1004 unde -untur *nati*? (*verba Thyestis epulati filios*). CVRT. 10, 2, 30 qui ferocissime -ti erant (*cf. 10, 2, 13* clamore ... volentem loqui inhibebant). PLIN. nat. 26, 126 vocem *echus* ... respondentem homini, immo vero et -entem. PANEG. 4, 16, 3 ut *oratio* ... nec odiose instantibus -atur (*i. ambagibus, ut*: ITIN. Alex. 4 ne tibi ... talibus occupato ultra -ar). *β c. respectu contradicendi, obsistendi et inde obtrectandi, detrahendi*: CIC. Cluent. 63 tacita vestra exspectatio quae mihi -i videtur: 'quid *eqs.*' (*c. dat. ut*: ITALA psalm. 100, 5 [Epiphan. in cant. p. 85] -entem occulte proximo [*gr.* καταλαλοῦντα, *Vulg.* detrahentem]. ANIAN. Chrysost. hom. 8, 5 patriis moribus [*gr.* καταγελῶσι]. AVG. un. eccl. 7, 16 p. 250, 22 testimoniis. COD. Theod. 12, 12, 1 *syn.* obsistat. CASSIOD. hist. 1, 18, 3 [*iuxta* derogabat. *Socrat. I, 6* ἐκακηγόρει]. MVTIAN. Chrysost. hom. 18 p. 355/6 Christo [*gr.* ἀντιφθεγγέσθω]. *al.*). ad Q. fr. 2, 8, 1 ut me et appelles et interpelles et -are et conloquare velim (*absolute ut*: CATVLL. 83, 4 *Lesbia* gannit et -itur [*cf. 83, 1* mala ... dicit]. VVLG. psalm. 43, 17 a voce exprobrantis et -entis [*gr.* παραλαλοῦντος, Hier. psalt. sec. Hebr. blasphemantis. *cf.* CASSIOD. *ad l.* -i est absenti detrahere et doloso aliquem sermone mordere]. SIDON. epist. 7, 9, 12 in ministrando segnes, in -endo celeres. *al.*). GELL. 1, 26, 6 -batur non meruisse ut vapulet (*cf. obi. int.* haec: ITALA Mal. 3, 16 [Aug. civ. 18, 35 p. 310, 10 D.] h. -ti sunt ... ad proximum [*gr.* ταῦτα κατελάλησαν ... πρός, *Vulg.* locuti sunt ... cum]. CONC.^{S} I 3 vers. Tur. p. 143, 9. I 5 p. 274, 4 de aliquo ... h. -ente [*gr. I 1, 5 p. 15, 29* περί τινος ... τὰ τοιάδε πεφλυαρηκότος]). *c. praepos.*: AMBR. epist. 5, 1 ne de nostro -antur iudicio (CONC.^{S} I 2 p. 37, 17 de mea opinione [*gr.* καταφλυαροῦσι *c. gen., alia interpr. I 5 p. 49, 30* garriunt ... de]. *al. cf. l. 80*). CONC.^{S} I 3 vers. Tur. p. 38, 33 contra Christum (*gr.* φλυαρῆσαι κατά). I 5 p. 276, 29 adversus gloriam *divinam* (*gr.* καταφλυαροῦσι).

b *notione opponendi evanescente*: *α de concinentibus*: VERG. Aen. 6, 646 *Orpheus* -itur numeris septem discrimina vocum ([SERV. *ad l.*: dicendo '-itur' chordarum expressit laudem, quas dicit verbis locutas: -i enim non est nisi contra loquentem loqui]. AMBR. Iac. 2, 9, 39 n. s. v. differentias -tus [*in imagine de propheta*]). *β de colloquentibus (alloquentibus l. 11) sim.*: TERT. fug. 1, 1 quaesisti ... fugiendum necne sit ...; ibidem ego -tus aliquid ... plenius ... nunc renuntiaturus. DON. Ter. Eun. 516, 2 *iuxta* respondeat. AMBR. hex. 5, 14, 49 aliae *aves* ex institutione diversarum vocum -untur discrimina, ut hominem putes locutum (*cf. l. 4*). CASSIOD. hist. 10, 4, 6 quibusdam ... de eo latenter -batur (*Socrat. 6, 5* διελέγετο). *γ de insuper loquentibus*: TERT. resurr. 30 p. 68, 22 cum *deus* ostensis ossibus de propria spe eorum quid -itur. RVFIN. hist. 4, 11, 5 Hebraica nomina ... super eos quos initiant ... -untur (*gr.* ἐπιλέγουσιν. *cf. Iren. 1, 21, 3* [= *1, 14, 2 H.*] superfantur).

2 *transfertur ad quemlibet sonum*: OV. Pont. 3, 1, 21 non avis -itur (*sc. audire cupienti*). AMBR. Iob 4, 10, 36 ut *cithara* septem vocum discrimina numeris modulantibus -atur (*cf. l. 4*). GEST. Ner. et Ach. (BHL 6059) p. 10^{B} *Petrus* solvit canem et dixit ei: vade, -ere Simoni (*i. allatrando, ut vid.*).

B *de rebus contrariis, oppositis sim.*: DIOM. gramm. I 478, 31 *anapaestus* recurrendo repercutiens dactylum sono reciproco -itur ei per antistrophen. BOETH. herm. sec. 6, 14 p. 504, 7 labori nostro nihil ut aliis nocituro ... -itur. COD. Iust. 4, 30, 10 nec huic -itur, quod exceptio ... evanescat.

II *c. obi. vituperati i. q. loquendo calumniari sim.*: PS. AVG. serm. 117, 5 si quis ... detrahere ... consuevit et aliorum actiones -i. VITAE patr. 6, 4, 7 noli obedire -enti proximum suum (*Cotelier p. 557^{B} καταλαλοῦντα τὸν πλησίον αὐτοῦ. cf. p. 115, 66*). LIBERAT. 4 Conc.^{S} II 5 p. 102, 8 epistolam cuius est principium '-untur me quidam *eqs.*' (*spectat ad p. 115, 83*).

part. praes. m. pro subst. sing.: p. 115, 66. 74. 80. plur.: LEO M. serm. 42, 2 (*de infidelibus ut*: SACR. Gelas. 3, 67 tit. p. 734).

deriv.: oblocutio, oblocutor, obloquium, *?* obloquus.

? **obloquus,** -a, -um. *si probab., ab* obloqui *formatum, cf.* eloquus, *et* reloquus. *i. q. obloquens, obtrectans*: SEDVL. epist. 2 p. 173, 8 credo tamen ... nullum fore quamvis impudenter -um (-locum *P*, -liquum *R*, -loquium *ras. in H, edd. praeter Huemer*), si meruero dextrum tui pectoris adipisci iudicium. *Halter.*

oblūceo, -ēre. *ab* ob *et* lucere. -ens *i. q. lucentem (transl.) se ob oculos praebens*: FVLG. myth. 1 praef. p. 12, 17 *Satyram* suis -em ut pelicem voluptatibus (*abl.; at sunt qui* -em *in malam partem trahant dat. statuentes*). *Detrich.*

obluctātio, -ōnis *f. ab* obluctari, *cf.* conluctatio. [*confunditur c.* -lect- *l. 50.*] *i. q. actio obluctandi, contentio, pugna* (*proprie et translate. cf.* RVFIN. Orig. in cant. 2 p. 133, 16 cogitationum pugnas et -es daemonum. CASSIAN. inst. 5, 9 corporeae -is [*var. l.* -lect-] pugna. *plur. l. 49. 53, cf. etiam l. 62*): **1** *usu sollemni*: *per abl. modi sim.*: ARNOB. nat. 2, 7 p. 52, 8 suspiciones suas pro probatis ... pertinaci -e tutari (2, 50 p. 87, 16 adfectus ... pellere p. moliuntur -e virtutum). CLAVD. DON. Aen. 2, 595 p. 228, 19 -bus humanis superari non possent *Troiani*. MART. CAP. 6, 647 immensos fragores intonans *Aetna* -e flammarum. CONC. Carth. a. 411 Mansi 4, 85^{A} rem ... longa partium -e differri. CASSIOD. in psalm. 118, 78 l. 1334 -e pugnavit (*postea*: contentione). var. 12, 14, 5 nequit *piscis* undis elevantibus contraria -e demergere. *alia*: AVG. coll. c. Don. 3, 5, 6 p. 56, 11 in ... -e ... repetebant *eqs.* (*antea*: resistentes; obluctati fuerant ..., ne). CONC.^{S} I 5 p. 208, 7 (*ad gen. 32, 24*) Iudaeorum -em, qua utebantur in Christo, paene cum ipso luctantes. BOETH. herm. sec. 3, 9 p. 193, 6 sine ullius rei -e (-luctione *F*). NICET. virg. laps. 12 -em (*var. l.* -es) *virginis contra tentatorem.* *?* **2** *fere i. q. tentatio*: PS. PROSP. vocat. gent. 2, 28 p. 714^{B} inevitabilis erat -o trepidationis (*postea*: non sine tentatione formidinis).

obluctātor, -ōris *m. ab* obluctari. *i. qui obluctatur*: NOVAT. p. 67^{A} adversarius vester ... intus est in visceribus: et in ipsis membris nostris habemus -em (*antea*: adversus quem vobis est colluctatio).

? **obluctio,** -ōnis *in var. l. supra l. 62.*

obluctor, -ātus sum, -āri. *ab* ob *et* luctari, *cf.* colluctor. *inter 'verba media' affert* CHAR. gramm. p. 479, 28 B. *de notione*: SYNON. Cic. p. 437, 2 -ans. obstinatus. pertinax. GLOSS. ἀντιπαλαίω. contra luctor. -atur: obsistit. -ans: obnitens. *legitur inde a* VERG. (*semel*). [*variat in codd. c.*: luct- *p. 117, 70*, colluct- *p. 117, 11. confunditur c.*: oblact- AVSON. 369, 35 p. 97 P. *v. p. 117, 72.* GLOSS. IV 128, 32 (*var. l.*), oblect- *p. 117, 16. 24. 26*, oboedire *p. 117, 53.*]

i. q. luctando se opponere sim. (*c. dat. l. 84. p. 117, 35*, contra *vel* adversus [-um] *p. 117, 57 sqq.*, cum *p. 117, 5*, ne *p. 117, 62. luditur c.* oblectari *p. 117, 46*):

I *intransitive*: **A** *-antur pugnantia, nitentia, vires suas intendentia*: **1** *de obnitentibus, laborantibus, appetentibus sim.*: VERG. Aen. 3, 38 genibus ... adversae -or harenae ([*antea*: maiore ... nisu adgredior. SERV.: acrius nitentem ostendit. CLAVD. DON. *v. p. 117, 5*]. *c. dat. etiam*: CVRT. 4, 8, 8 diu flumini -tus *nauta*. COLVM. 6, 16, 1 cum

[Lossau]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

in proscindendo aut duriori solo aut obviae radici -atur *animal.* 8, 14, 8). Sen. dial. 7, 25, 6 escendat, nitatur, -etur patientia, fortitudo ... et quaecumque alia duris opposita virtus est. Colvm. 3, 18, 2 -anti fossori. Arnob. nat. 5, 5 p. 177, 19 cum -tus diu ... optinere nequisset *eqs.* (*antea*: adpetivit). Clavd. Don. Aen. 3, 35 p. 266, 1 -ans cum terra genibus ([*cf. p. 116, 82*]. Avg. c. acad. 2, 7, 18 p. 36, 11 -ans mecum et vix me colligens: '...' inquam *eqs.*).

2 *de resistentibus vel impetum facientibus* (*proprie et translate. cf.* Clavd. Don. Aen. 1, 360 p. 78, 22 reniti atque -ari [*antea*: resistere]. Rvfin. hist. 11, 11 -ante ... et plurimum resistente [Orig. princ. 1, 5, 3 p. 72, 9 -ans [*var. l.* conluct-] ac resistens omni bono): **a** *nude*: Sen. contr. 1, 4, 1 utcumque ... potui -tus sum et ... corpus opposui. Sen. epist. 107, 12 qui -atur *fato* (*antea*: paratos nos inveniat ... fatum). Cvrt. 4, 9, 25 fugientem ... consecutus ex equo praecipitavit et -anti ... caput dempsit. 8, 1, 46 -ari perseverantem morabantur *amici.* Tert. patient. 4 p. 6, 3 -atur (*edd., trad.* -lect-; *opp.* obsequitur). Itin. Alex. 48 utramque urbem, quamvis impigre -tas, ... capit. Symm. epist. 4, 70 (71), 1 -ante eo, quem socium discussionis accepit. or. 1, 10 cur in medium ... existi, cur diu -tus ... es? Ambr. bon. mort. 6, 24 tu -are quasi bonus miles Christi. Iob 2, 3, 8 p. 238, 3 -antes gravi lapsu cecidisse. Rvfin. Orig. in gen. 8, 3 affectu -ante. Clavd. 10, 173 -antem ... petebat. Avg. civ. 4, 13 p. 163, 17 -ari quid opus est *sc. illa asserentibus*? lib. arb. 2, 13 pervicaciter (*opp.* agnoscere). serm. 9, 10 l. 377 inviti et -antes (*var. l.* -lect-). Oros. hist. 5, 5, 7 ut ... pugna iniretur, collegam ... -antem impulit. Hil. Arel. vita Honorat. 5 l. 12 -batur (*var. l.* -lect-) pater (*syn.* obstabat, retinebat). 23 l. 16 (*postea*: obstinationem). Conc.^{S} I 5 p. 348, 18 (*ad gen. 32, 23*) -antem ... Israelem (*gr. I 1, 4 p. 55, 21 ἀντίπαλον*). p. 378, 27 quod ... auditores ... impudenter -antes non compescerent nec cogerent eos, ut *eqs.* (*gr. I 1, 7 p. 81, 12 τοῖς ἀναιδῶς ἀντιπίπτουσι, cf. Rustic. Conc.^{S} I 4 p. 71, 6* resistentibus). CE 748, 9 saevo ... dracone -ante diu. *part. praes. pro subst.*: Rvfin. Orig. in num. 9, 1 p. 55, 27 virtutes animi sine -ante non poterunt enitescere. Leo M. serm. 70, 2 saevitia -antium (*antea*: repugnat].

b *indicantur adversa*: *α dat.*: *rei* (*v. etiam l. 11*): Sen. epist. 30, 1 *virum* quassum, aetati -antem. Cvrt. 6, 6, 27 animi semper -antis difficultatibus. 7, 1, 9 *Alexandrum* -antem ... oblivioni (*antea*: memoria ... eum destituit). Lvcan. 3, 662 pars ... turbae naufraga iactatis morti -ta lacertis. Sil. 12, 426 multum -tus iniquis defendentum armis. Ps. Qvint. decl. 13, 10 p. 256, 15 -antia diu legum velut claustris scelera. Avien. orb. terr. 190 saxosis ... saepe -antia *marmora* (*pro 'mari'*) ripis (*Prisc. periheg. 130* ambit, *Dionys. periheg. 132 νήσοισι περιβρέμεται*). Fav. Evl. 12, 2 W. -antur (obluceant *van Weddingen*) caelo (*sc. septem sidera, ut*: Clavd. 17, 104 retro nitantur in ortus -ta polo). Avg. civ. 2, 5 p. 58, 4 D. consuetudinis vitiis oblectari magis quam -ari student (Boeth. cons. 4, 2, 31 W.). in euang. Ioh. 41, 11 l. 19 languor ... saluti. mus. 6, 16, 51 adversa ..., quibus -atur *anima*. Leo M. serm. 38, 3 resistat superbiae, ... -etur invidiae. Conc.^{S} I 5 p. 376, 39 edictis (*gr. I 1, 7 p. 79, 23 ἀντιπεσόντος, cf. I 4 p. 68, 25* contraisset). Merob. poet. 12 labori. *personae*: Sil. 8, 10 eidem soli -andum Fabio. Avg. conf. 7, 6, 8 qua *pervicacia* -tus sum Vindiciano ... adfirmanti *eqs.* c. Pelag. 1, 19, 37 p. 454, 14 -etur (*var. l.* oboediretur) non mihi, sed illi, qui clamat *eqs.* Ivlian. Aug. c. Iulian. op. imperf. 5, 7 non deo, sed daemoni. Conc.^{S} II 3, 3 p. 119, 5 eis, qui prava sentiunt. Clavd. Mam. 3, 8 p. 168, 16 non ultra -bere nobis.

β praep.: Ps. Cypr. pudic. 13 contra ... carnis insidias ... -andum est omni genere virtutis. Novatian. trin. 20 p. 925^{C} pertinaciter ... adversus veritatem (30 p. 946^{B}. *cf.* Rvfin. hist. 8, 10, 2 adversum peccatum. Orig. in num. 9, 1 p. 55, 25 diabolum et -antes adversum nos contrarias potestates).

γ ne: Avg. coll. c. Don. 3, 5, 6 p. 56, 9 ista ... ne recitarentur vehementer ... -bantur multis ... prosecutionibus resistentes. p. 56, 10 -ti fuerant et extorserant, ne ... legerentur *eqs.* serm. coll. Morin p. 558, 6 -atur, ne moriatur. Ven. Fort. vita Germ. 1, 3 (*antea*: certabatur, renitebat, erat ... pugna).

B *-antur impedientia, intercedentia sim.* (*ambigua dedimus sub A*): Val. Max. 8, 7 ext. 1 declamationes fluctuum fragoribus -antibus edebat *Demosthenes.* Stat. silv. 3, 1, 20 -antia saxa summovit nitens. Plin. epist. 4, 30, 6 per quasdam -antis (*var. l.* luct-) animae (*i. aëris*) moras (*cf.* Symm. epist. 2, 55, 1 ventis -antibus). Avson. 369, 35 p. 97 P. tardi claustra -antia (-lact- *trad.*) partus. Rvfin. Orig. in exod. 5, 5 p. 190, 23 si ... obviet ... tibi mare et contradicentium fluctus occurrat, percute ... -antes undas virga Moysi *eqs.*

? **II** *quasi transitive*: Avg. epist. 171^{a}, 1 p. 633, 4 ut pietate mansuetus ..., etiam quae nondum intellegis ..., non -eris animosa contentione, nec *e s.* (*nisi* etiam *pro* etiamsi *accipias*).

deriv.: obluctatio, obluctator. *Lossau.*

oblucuviāsse dicebant antiqui mente errasse, quasi in luco deorum alicui occurrisse Pavl. Fest. p. 187. *orig. non satis certae, v. Walde-Hofmann II 195.*

oblūdio, -āre. *cf.* alludiare, obludere. *i. q. ob oculos alicuius ludentem se gerere*: Plavt. Truc. 103 -ant (obludeant *codd.*, obludunt *Merula*), qui custodem oblectent per ioculum et ludum.

oblūdo, -ere. *ab* ob *et* ludere. *sunt qui huc trahant* Plavt. *p. 117, 83.* *i. q. illudere* (*decipiendo*): Prvd. ham. 6 terrarum tibi forma duplex -it, ut excors dividuum regnare deum ... credas. *W.*

obluo, -ere. *ab* ob *et* luere. [*certa ab incertis separari nequeunt.* Plin. nat. 17, 267 (obl- *trad.*, abl- *sensu q. e. 'lavando tollere' edd. plerique*, oblinatur *Detlefsen*) *v. vol. I 107, 14.*] *i. q. adversus fundendo luere*: **1** *de irrigando, madefaciendo*: Petron. frg. 52, 4 (= Anth. 478, 4) refuso gurgite securos -it (ad- *vel* al- *Heinsius et Bücheler*, sub- *Riese*, obruit *Scaliger*) unda pedes. Marcell. med. 1, 8 ut reprimatur *sanguis*, aqua frigida pura nares diutius -i oportet (*Scrib. Larg. 8* abluere). **2** *de lavando, purgando*: Stat. silv. 4, 3, 89 (*loquitur Vulturnus fluvius*) ne me pulvereum gravemque caelo (*v. app. crit.*) Tyrrheni sinus -at (ab- *Baehrens*, obruat *A*) profundi, ... sed talis ferar, ut ... possim puro gurgite provocare Lirim. *Detrich.*

oblūridus, -a, -um. *ab* ob *et* luridus, *cf.* oppallesco *et* obstupidus (*an sec.* ἔπωχρος*?*). *i. q. lurore offusus*: Amm. 14, 6, 17 *spadones* -i distortaque liniamentorum compage deformes. *W.*

oblūstro, -āre. *ab* ob *et* lustrare. Gloss. circumeo. -ans: circumiens, circumspiciens. *i. q. circumeundo lustrare, circumspectare*: Rvfin. hist. 8, 7, 2 circumdant *bestiae* ecclesiam martyrum in medio *stadio* sitam, circumeunt saepius et -ant. *Detrich.*

obmallo, -āre. *ab* ob *et* mallare, *cf.* admallare. se -are *i. q. iudicio se offerre, iudicium adire* (*sc. se purgandi causa; v. Brunner, Dt. Rechtsgesch. II 460*): Lex Sal. Merov. 35, 8 (*pars codd.*) *dominus servi noxii* potest se -are, ut hoc (*sc. multam*) non solvat.

obmaneo, -ēre. *ab* ob *et* manere. Fest. p. 190 *v. l. 29.* Pavl. Fest. p. 199 -ens pro diu manens, ut permanens.

obmento (omm-), -āre. *ab* ob *et* mantare. Fest. p. 190 -ans, Livius in Odyssea (*affert l. 33*) ... significat obmanens, sed ea significatione, qua saepe fieri dicitur, id enim est mantare. Gloss.^{L} IV Ps. Plac. o 15 (oment- *trad.*) a mantando, id est diu manendo. *i. q. (alicubi) manere, ἐπιμένειν*: Liv. Andr. carm. frg. 8 in Pylum deveniens aut ibi -ans (devenies *et* ubi *var. ll.; cf. S. Mariotti, StIt. 24, 1950, 85 sq.*).

obmerēns, -entis (*superl.* -issimus). *fortasse sec.* obmeritus *ab* ob *et* merens, merentissimus. *superl. i. q. merentissimus*: CIL XII 1466, 7 matri (amtri *lapis*) -issime et coiugi incomparabili.

obmeritus, -a, (-um). *ex* ob meritum *per hypostasin. non afferimus nisi certa; de dubiis ut* -o (*nonnisi* CIL V 4463, 6 VIII 3064, 7), -is (*e. g.* CIL VIII 9084, 10) *v. Diehl, De m fin. epigr. 88sq.* *i. q. (bene) meritus*: CIL VIII 3892, 5 optim⟨ae⟩ -ae. 4078, 9 coniugi rarissime -ae.

obmigro, -āvī, -āre. *ab* ob *et* migrare. *i. q. (offerendo) transportare*: Avg. serm. coll. Morin p. 206, 7 -vi (iam migravi *ed. Sirmondi*) in caelum, quod habeo (*antea*: migra eas divitias; et cum migraveris *eqs.*). *W.*

obmisceo, (-uī), -xtum, -ēre. *ab* ob *et* miscere. *scribitur* omm-: Apvl. (*codd. potiores*). se -ere *i. q. se immiscere*: Apvl. met. 4, 20, 4 canes de ... angiportu ... venaticis *canibus* se -e[u]nt (comm- *φ alia manu in marg.*) agminatim. -tus *i. q. commixtus, comparatus*: Visio Pauli 13 rec. Pp. 16, 6 J. (*in imagine de nube per mundum sparsa*) haec ⟨est⟩ iniusticia -ta a principibus peccatorum (*gr. συμμεμιγμένη*).

obmitto *v.* omitto. *Detrich.*

obmōlior, -ītus sum, -īrī. *ab* ob *et* moliri. **1** *i. q. moliendo opponere*: Liv. 33, 5, 8 qua *arbore ex munimento* evulsa portae instar ... patebat, nec in promptu erat, quod -rentur. Cvrt. 6, 6, 24 arborum truncos et saxa -untur. 8, 10, 24 *ad orientem amnis* aditum ... inpedit; ad occidentem ... rupes praealtas -ta (admolita *pars codd.*) natura est. **2** *i. q. moliendo occludere*: Liv. 37, 32, 7 omnes ad munienda et -enda, quae ruinis strata erant, concurrerunt.

obmordeo, -ēre. *ab* ob *et* mordere. *i. q. mordendo opprimere, obrodere*: Isid. orig. 20, 16, 1 frena dicta ..., quod haec equi frendant [id est inprimant] dentibus et -ant (*sim. diff. 1, 226, ubi* mordeant).

obmortuus, -a, -um. *ab* ob *et* mortuus (*cf. opp.* permortuus). *i. qui coepit mori*: Oribas. syn. 7, 27, 1 Aa de quasi -a carne, in qua lenti ducuntur humores in cancrena, et non permortuae carnis, sed adhuc morientis (*cf. gr. νεκρώσεις ... οὐκ ἤδη γεγενημένας, ἀλλὰ γινομένας ἔτι, La* e[t]mortua).

obmoveo, -ēre. *ab* ob *et* movere. omm- *poscit* Mar. Victorin. gramm. VI 19, 5, *exhibent codd. semel (l. 75), ter restituendum ex* comm- (*l. 75 sq.*). Fest. p. 202 -eto pro admoveto dicebatur apud antiquos (*inde* Gloss.^{L} III Abol. ob 13 [= V Aa o 105] -eto pro movito dant [adante *Lindsay*]). [*restit. ex* mov- *l. 76.*]

i. q. (offerendo) admovere (*nonnisi in sacris faciendis*): Cato agr. 134, 2 Iano struem -eto (comm- *trad.*) sic: 'Iane pater, te hac strue -enda ... precor' (*sim.* 134, 3 [comm- *trad.*]. 134, 4 [comm- *trad.*]. *ibid. iterum bis*). *ibid.* fertum Iovi -eto (mov- *trad.*) ...: 'Iuppiter, te hoc ferto -endo ... precor' (134, 4). 141, 4 facito struem et fertum uti adsiet, inde -eto. *W.*

obmurmurātio, -ōnis *f.* *ab* obmurmurare. *i. q. actio obmurmurandi, fremitus, oblocutio*: Synod. Hil. ad Const. 1, 3, 1 nulla ... suspicio erit non modo seditionis, sed nec asperae -is. Amm. 26, 2, 3 -o gravis exoritur concrepantibus centuriis ... cohortiumque ... plebe urgentium ... imperatorem alterum declarari. Isid. reg. monach. 5, 7 patribus sine -e obtemperare debent *monachi.*

[Detrich]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

obmurmuro, -āvī, (-ātum), -āre. *ab* ob *et* murmurare. *de notione*: SYNON. Cic. p. 436, 23 obturbat. obloquitur. obstrepit. oblatrat. -at. SERV. Aen. 11, 345 mussare est -are. GLOSS. II 340, 24 *καταγογγύζω*. IV 9, 49 adstrepit: -at. 417, 45 oblatrat: -at.

i. q. murmur offerre (-are dicentem *l. 8. c. dat. passim*):

1 *vi praep. plus minus servata*: **a** *de obloquentibus, resistentibus sim.* (*c.* contra *l. 10*): Ov. epist. 17, 47 vana peto: precibusque meis -at ipse *Boreas*. AMBR. Tob. 17, 57 -ant ... dicentes, quia *eqs.* LEO M. epist. 139, 4 Conc.^{S} II 4 p. 93, 18 prospicere ..., ut contra sacramentum nullus -et (*gr. II 1, 2 p. 65, 28 κατά ... ὑπογογγύζειν*). *indicatur, quid -etur* (*v. etiam l. 27*): PS. FRONTIN. strat. 4, 6, 2 -antem ⟨audiens⟩ facile tam laboriosa sedentem imperare (*c. acc. c. inf. etiam*: RVFIN. apol. Orig. praef. 2 p. 547^{B} si forte aliquis audientium ... -erit. *ceterum v. l. 25*). ARNOB. nat. 4, 34 rei, qui de vestris sequius -erint aliquid regibus. AMBR. Cain et Ab. 2, 4, 16 merito ... -antibus *pharisaeis*, quod (*coni.*) *eqs.* (*ad Luc. 19, 7, ubi* murmurabant dicentes, quod *eqs.*). **b** *de utcumque obstrepentibus*: SOL. 2, 40 cum -rent (obirent murmurarent *A*) *cicadae* Herculi quiescenti. AVIEN. Arat. 491 (*de Helicone*) mystica (musica *coni. Winterfeld in schedis nostris*) ... rupes doctis -at antris.

2 *vi praep. evanescente, fere i. q. loqui, gannire sim.*: SVET. Otho 7, 2 graviter prolapsum *Othonem* ... -asse: '*eqs.*' PS. CYPR. rebapt. 18 circa paralyticum acerbius scribae et Pharisaei -erant (*antea*: apud semet ipsos dicere). DON. Ter. Hec. 670, 4 sibi -ans vultu et verbis ostendit *eqs.* SYMM. or. 3, 12 iampridem fatidicos -are gentium vates hactenus nomen stetisse barbaricum *eqs.* EVGRAPH. Ter. Ad. 556 'quid ille gannit?': quid ille -at? dicit se *eqs.* ...? *fere i. q. divulgare*: CONC.^{S} II 2, 1 p. 24, 13 prohibeatur ..., quae -atur synodus congreganda (*cf. II 3, 1 p. 11, 5* quod fieri divulgatur, *gr. II 1, 1 p. 40, 9 ἡ θρυλουμένη γίνεσθαι σύνοδος*).

deriv.: obmurmuratio.

obmussito, -āre. *ab* ob *et* mussitare. *i. q. contra aliquem infense mussitare, obmurmurare*: TERT. pall. 4, 5 ne quid ... de Caesaribus quibusdam ... -ent.

obmusso, -āre. *ab* ob *et* mussare. *i. q. mussando offerre, dictitare*: TERT. anim. 18, 1 (*e Plat. Phaedr. 65^{B}*) an non etiam poetae haec nobis semper -ant, quod neque audiamus certum neque videamus? (*gr. θρυλοῦσιν*). *Detrich.*

obmūtēsco, -uī, -ere. *ab* ob *et* mutus, *cf.* obstupescere, obticescere. *scribitur* om(m)- *saepe, cf.* VEL. gramm. VII 64, 7 ob praepositio ... interdum ad eam litteram transit, a qua sequens vox incipit, ut est ... -uit (*sim.* CASSIOD. gramm. VII 162, 22 *ex Papiriano*), -isc- *e. g.* Cic. Cato 23 POTAM. epist. ad Athan. (RevBén. 30, 1913, 282) l. 87 AMBR. hex. 6, 7, 40 p. 232, 2. NOT. Tir. 82, 92 -uit. 82, 93 -it. *de notione* (*cf. etiam p. 120, 3*): SYNON. Cic. p. 445, 15 obticuit. obduruit. obriguit. obstrepuit. obstipuit. -uit. GLOSS. -it: obstruitur, obticescit. -ere: tacere. *legitur in versibus comicis et prosa oratione inde a* TER., RHET. Her., Cic., LIVIO, *deest e. g.* CAES.; *ceterum in poesi perraro, bis apud* VERG., CLAVD., *semel apud* Ov., CORN. SEV., STAT., *nonnisi perf.* -uit. [*confunditur in codd. c.* immutescere HIER. epist. 14, 8, 6, obtumescere CELS. 5, 25, 3^{A}. *cf. etiam p. 120, 54. 59. dub. vel falso trad. in parte codd.* PLIN. nat. 33, 160.]

I *intransitive i. q. mutum fieri vel mutum esse* (*accedunt praepos.* ab *p. 120, 15*, ad *l. 81 [vi caus.]*, *p. 120, 24* [*vi fin.*], adversus *p. 120, 49*, in *c. abl. l. 67, inf. p. 120, 78*): **A** *proprie et in imag.*: **1** *de animantibus*: **a** *respicitur intermissio vel cessatio loquendi*: *α exempla selecta*: TER. Andr. 257 obstipui; censen me verbum potuisse ullum proloqui ...? -ui. 421 -uit (*log. servus de sene obstupescente*). RHET. Her. 4, 52, 65 omnes stupidi timore -erunt (*cf.* VERG. Aen. 4, 279 Aeneas aspectu -uit amens ... et vox faucibus haesit. Ov. met. 13, 538 dolore. LIV. 32, 21, 25 crudelitatis metu -uistis ...; nam quae alia tacendi ... causa est?). Cic. Flacc. 48 repente ... homo ... loquacissimus -uit (*cf.* QVINT. inst. 6, 1, 39 alioqui vir facundus). fin. 2, 49 vel si -issent *homines, honestum* ... esset ... laudabile. 4, 7 si quis -ere concupierit, nihil aliud legere *debet nisi artem rhetoricam Chrysippi*. Cato 23 num ... hunc *Sophoclem*, num Homerum ... coegit in suis studiis -ere senectus? (*cf.* COLVM. 11, 1, 11 *de oratoria disciplina deserenda*). div. 2, 69 Aius iste Loquens ... -uit (*sim. de voce divina*: TERT. ieiun. 12 p. 290, 13). Att. 9, 19, 4 *litteras da* de sermonibus hominum, nisi plane -erunt. VERG. Aen. 6, 155 *Sybilla* dixit pressoque -uit ore (*cf.* LIV. 33, 2, 2 orsus ... -uit et concidit. FEST. p. 142 quod ... -ere cogant loquentem *litterae mutae finales*. LACT. inst. 2, 8, 54 Lucilius, qui contra disserebat, -uit). CORN. SEV. carm. frg. 13, 15 ille senatus vindex (*sc. Cicero*), ille fori, legum ... vox, saevis aeternum -uit armis (*loqui prohibitus nece ut*: STAT. Theb. 2, 628 immorsa ... cadens -uit hasta *Chromis*). LIV. 32, 20, 4 cum praeco ad suadendum vocet, -uistis. SEN. epist. 95, 2 *de recitatore*. ITALA Marc. 1, 25 (cod. b *al., sim.* Luc. 4, 35 cod. a *al.* = VVLG.) *ad spiritum immundum*: -e (-ere *pars codd. Vulg., imp. pass. sec. gr.?*) et exi de homine (*gr. φιμώθητι. inde* PAVL. MED. vita Ambr. 33 PASS. Barth. 3 p. 133, 1). AVG. c. Cresc. 1, 8, 10 p. 333, 5 ⌊ad quae⌋ (⌊⌋ quem *codd.*) redarguti -rent (coll. c. Don. 3, 11, 22 p. 71, 13 ad quod ... obiectum. POMER. 3, 12, 2 p. 491^{C} ad haec). *et saepius.* *de bestiis*: PLIN. nat. 10, 133 attagen ... vocalis alias, captus vero -ens. AVG. in psalm. 93, 1 l. 56 -entibus canibus (SVLP. SEV. dial. 3, 3, 7. 8. *aliter l. 42*). TAB. devot. Audollent 112, 7 (= CIL XIII 11070, 7) animalia (*contextu manco*). *β illustratur notio per iuxtapos. et resp.* (*cf.* silentio *l. 67*): RHET. Her. 4, 15, 21 tacito cum opus est, clamas; ubi loqui convenit, -is (CIC. Caecin. 36 *antea syn.* tacebit. APVL. apol. 102 quid -uistis? quid tacetis? *cf. p. 119, 61 et alteram vers.*: ITALA iud. 18, 19 [Lugd.; *gr. κώφευσον, Vulg.* tace]. HIER. interpr. Iob 6, 24 [*gr. LXX κωφεύσω, Vulg.* tacebo]. *distinguitur*: ORIG. in Matth. ser. 1 p. 1, 23 iustus ... tacet quidem ..., non autem -it *eqs.*). CIC. Pis. 26 cum -isset senatus, iudicia conticuissent (*cf.* AMBR. hex. 6, 7, 40 p. 232, 2 et Iudaei conticiscant et Ariani ... -ant). ITALA psalm. 38, 3 (cod. 304 = VVLG.) -ui et humilatus sum et silui a bonis ([*gr. ἐκωφώθην, Veron.* obsurdui]. *in altera vers.*: Ezech. 24, 27 [cod. 175 *al.*; *gr. ἀποκωφωθῇς, Vulg.* silebis]. AVG. c. Parm. 1, 8, 14 cum eos -ere compellat veritas, silere non permittit iniquitas). *γ accedit* ab (*fortasse subaudienda notione cessandi, cf. l. 12. p. 119, 67*): GREG. M. in Ezech. 1, 11, 26 p. 917^{D} ab officio praedicationis. 1, 12, 13 p. 924^{A} a bonis, quae loqui poterat. 1, 12, 17 p. 925^{D} a locutione doctrinae. 2, 6, 12 p. 1005^{B} ab ... exhortatione.

b *respicitur amissio vel defectus vocis* (*vergunt huc quaedam sub a allata, e. g. p. 119, 64. 70; hic illic -ere dicuntur sensibus deficientes, maxime l. 38. 40, cf. distinctionem* AVELL. p. 17, 5 exspirat vel, ut quidam volunt, -uit): VAL. MAX. 1, 8 ext. 3 *Nausimenis uxor* inopinati monstri perculsa conspectu et in praesens tempus ad indignandum et in posterum ad loquendum -uit; ... fortuna ... vocem ademit (*indicatur causa per praedic. ut*: CELS. 2, 6, 7 ebrius [*cf. Hippocr. aphor. 5, 5 μεθύων ... ἄφωνος ... γένηται*]. 5, 28, 2^{B} ictus. CAEL. AVR. chron. 4, 8, 107 *repentino casu* oppressi). CELS. 5, 25, 3^{A} vitio locorum aliquo prolabitur et -it (*indicatur causa per abl. ut*: PLIN. nat. 25, 150 nimio ... odore. SVET. Claud. 44, 3 hausto veneno. AVG. in psalm. 134, 11 l. 32 aliqua valetudine. *cf. etiam l. 42*). IAVOL. dig. 28, 1, 25 si is, qui testamentum faceret, ... priusquam secundos exprimeret heredes, -isset *eqs.* CYPR. laps. 24 *quidam* postquam Christum negavit, -uit. AMBR. hex. 6, 4, 27 si te ille *adversarius disputatione* praevenerit, vocem tibi auferet; et si -ueris *eqs.* (*in imag.; item de Christiano haereticorum disputatione praevento*: in Luc. 7, 51). HIER. hom. Orig. in Luc. 5 p. 29, 2 Zacharias -uit (AVG. serm. 290, 4, 4. *al.*). CAEL. AVR. chron. 2, 5, 90 ex stomachi passione (*cf.* 4, 8, 110 in febribus. PALLAD. hist. mon. II 14 p. 369^{B} de nimio dolore -uit et remansit velut mortuus *Moyses a daemone percussus* [*cf. gr. p. 61, 17 B. μὴ αἰσθανόμενον*]). CASS. FEL. 65 p. 158, 14 sequitur ... paralysis, ut etiam repentino casu -ant et sensibus omnibus priventur. *et saepius.* *de bestiis*: PLIN. nat. 8, 106 umbrae eius *hyaenae* contactu canes -ere (*cf. Sol. 27, 24* latrare nequeunt voce perdita).

2 *de rebus*: **a** *sonum edentibus*: Cic. dom. 135 pontifici ... vocem ... mittenti ... linguam -uisse (ITALA psalm. 30, 19 [Clem. ad Cor. 15; *per confusionem c. psalm. 11, 4*] -ent labia dolosa et l. magniloquia [*gr. ἄλαλα γενηθήτω, Vulg.* muta fiant]. PORPH. Hor. carm. 4, 1, 35 l. mea alioquin facunda subito in medio sermone -uit. TAB. devot. Audollent 222 B 5 inimicorum meorum linguas adversus me -ant. *item fortasse* 222 A 12). ITALA Marc. 4, 39 (codd. aur., l = VVLG.) *imperatur vento et mari*: tace, -e ([*gr. σιώπα, πεφίμωσο, aliae vers.* commutesce]. *item de aqua*: CLAVD. rapt. Pros. 1, 87 tacitis ... Acheron -uit undis. carm. min. 25, 108 ereptis -uit unda querellis *alioqui cantu avium personita*). AVG. in psalm. 143, 16 -at (obtum- *ed.*) psalterium meum (*de instrumento; cf. etiam l. 70*). **b** *metonymice personarum loco positis*: Cic. Mil. 98 de me ... semper omnes gentes loquentur, nulla umquam -et vetustas. Tusc. 2, 50 videsne, ut -uerit non sedatus corporis, sed castigatus animi dolor? (PS. RVFIN. Ios. bell. Iud. 6, 1 p. 773 -ente [obtum- *ed.*] dolore ... tacito gemitu cruciabantur [*gr. 5, 32 φιμούμενοι ... τὰ ... πάθη*]). POTAM. epist. ad Athan. (RevBén. 30, 1913, 282) l. 87 -at heresis aeterno silentio praedamnata, divinis ictibus caesa. VVLG. Ezech. 27, 32 Tyrus, quae -uit in medio maris (*cf. Hier. ad l.*: ita conticuit, ut loquendi fiduciam non haberet). PRVD. apoth. 979 -e, furor, linguam, canis improbe, morde. **c** *de verbis, sonis sim.*: TERT. adv. Prax. 29 p. 285, 7 -at, -at ista blasphemia. AMBR. in Luc. 1, 40 (*ad Luc. 1, 22*) in uno (*sc. Zacharia*) vox totius plebis -uit (HIER. in Is. 16, 9/10 p. 238^{B} v. eorum *haereticorum* aeterno -et silentio. ORIG. in Matth. ser. 1 p. 1, 11 mendacii v. 1 p. 1, 16 v. ... Pharaonis. *cf. iam p. 119, 74*). PRVD. apoth. 147 *tyrannus* varios iubet -ere cantus, organa, sambucas *eqs.* AVG. serm. 208, 2 p. 1046 oratio. MAR. MERC. Conc.^{S} I 5 p. 65, 13 diaboli adversus naturam ... allegationes. GREG. M. moral. 3, 69 strepitus pravae suggestionis.

B *translate de cessantibus, quiescentibus* (*rebus praeter l. 79*): Cic. Brut. 22 eloquentia (PETRON. 2, 7 e. stetit et -uit. *cf.* Cic. Brut. 324 *eloquentiae* studium ... conticuit subito et -uit). SEN. benef. 5, 15, 6 libertas. AVG. epist. 118, 9 p. 673, 16 *de quaestionibus quibusdam philosophicis*: in ipsa etiam scholari levitate ... -uisse atque obtorpuisse *videntur*. *singulariter c. inf.* (*cf.* quiescere, silere *c. inf. et ad rem fortasse l. 12*): ITALA psalm. 35, 4 (cod. 136 Cas.) -uit sentire bonitatem (*gr. οὐκ ἐβουλήθη, Vulg.* noluit, *Hier. psalt. sec. Hebr.* cessavit).

II *transitive i. q. mutum reddere* (*cf. etiam p. 119, 79*): ITALA Matth. 22, 34 (cod. d) *Christus* -uit Sadducaeos (*gr. ἐφίμωσεν τοὺς σαδδουκαίους, Vulg.* silentium imposuisset *Sadducaeis*). AVG.

[Lebek]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

serm. 111 (RevBén. 57, 1947, 113) l. 39 in turba ... saevientium et gregem Christi -entium.

deriv.: obmutuo, obmutus.

obmūtuo, (-ere). *a perf.* obmutui *retrogr. (cf. Heraeus, Kl. Schr. 128 sq.).* *scribitur* om(m)- *praeter* GLOSS. GLOSS. II 242, 28 *ἀποφιμῶ* -o (obmuteo *var. l.*). II 472, 9 *φιμοῦμαι* -o conmutuo conmutesco.

a *i. q. mutum fieri vel mutum esse*: ITALA psalm. 82, 2 (cod. 136 Cas.) ne conticueris tibi neque sillueris neque -es, altissime (*gr. μὴ σιγήσῃς μηδὲ καταπραύνῃς, Vulg.* ne taceas neque conpescaris). **b** *i. q. mutum reddere (cf. l. 6. p. 120, 82)*: TAB. devot. (Glotta 36, 1957, 306) l. 21 *Savus fluvius* cura(m) aga(t), deprema(t) adver(s)ar(i)o(s) nosstro(s), -a(t), ne contra nos locui p(ossint); *pro intransitivo accipit Vetter, qui supplet* -a(nt).

ἀχανής: **obmūtus** GLOSS. II 254, 18. *ab* obmutescere *retrogr.* *Lebek.*

obnāscor, -nātus (sum), -ī. *ab* ob *et* nasci, *cf.* innasci (*v. l. 18*). *i. q. ἐπιφύεσθαι*: LIV. 23, 19, 11 *dolia in flumine demissa* haerentia inter -ta ripis salicta (*cf. 25, 17, 2* salicta innata ripis).

obnecto, -nexum, -ere. *ab* ob *et* nectere. FEST. p. 190 -ere obligare, maxime in nuptiis frequens est. GLOSS. -ere: conligare. *addendum fortasse l. 45.* *i. q. nectendo obducere, velare sim.*: ACC. trag. 257 ab iugulo pectus glauco pampino -xae obtegunt (obnoxae obtexunt *trad.*).

deriv.: obnexus (-ūs).

? **obnego,** -āvī, -āre. *si recte trad., per confusionem* ab *et* ob *praeverbiorum ex* abnegare. *i. q. obsistendo negare*: RVSTIC. Conc.^{S} I 4 p. 105, 11 priorem -asse errorem (abnegasse *Schwartz*).

obnexus, -ūs *m.* *ab* obnectere, *cf.* obligatio. *i. q. obligatio sim.*: ITALA Is. 58, 6 (Tert. adv. Marc. 4, 37 p. 548, 7) violentiorum contractuum -ūs (*gr. στραγγαλιάς, Vulg.* fasciculos deprimentes, *Lucif. Athan. 1, 43 p. 144, 13* obligationes, *Iren. 4, 17* [= *29 H.*], *3* connexus). *W.*

obnīsus, *abl.* -ū *m.* *ab* obniti. *i. q. actus (ob)nitendi, labor, contentio*: ITIN. Alex. 17 Damascum capit -u levi *Alexander.*

obnītor, -nīxus (-nīsus) sum, -ī. *ab* ob *et* niti. *de formis: perf.* -sus *l. 67. p. 122, 29. 42. 44.* GLOSS. *inf.* -ier *l. 62*; -ere GLOSS. *cf. p. 122, 49.* *perf.* -sum *pro pass. impers. p. 122, 44.* *de notione*: NON. p. 446, 27 -i est contra adversa obluctari (*affert* VERG. *p. 122, 63 et* TER. *p. 123, 43*). SYNON. Cic. p. 435, 25 nititur. -itur. luctatur. laborat. dat operam. incumbit *eqs.* p. 437, 19 oppositum. officiens. obsistens. obstans. -ens. -xum. inimicum *eqs.* ISID. diff. 1, 15 -xum ... obstinatum vel perseverantem. orig. 10, 198 -xus, contranisus et conabundus. GLOSS. -or: *ἀντεπερείδομαι.* -i: repugnare. -ere: resistere. -xus: constrictus aut humilis, submissus. GLOSS.^{L} II Philox. OB 46 -i (-xi): *ἀντισχόντες.* 47 -xa: *ἐπικεκαλυμμένη* (obnupta *vel* obruta *suspicatur ed.: magis convenire vid.* obnexa, *cf.* ACC. *l. 22*). *legitur in poesi singulis locis apud* PLAVTVM (*adv.* -xe *p. 123, 42*), ENN., TER. (*adv.* -xe *p. 123, 43*), *bis apud* LVCR., *saepius inde a* VERG. (*part. perf. praeter* LVCR. 4, 437 VERG. Aen. 5, 21 SIL. 13, 518 PRVD. ham. 638 CLAVD. 21, 290 CVPR. GALL. exod. 201); *deest e. g. apud* HOR., TIB., PROP.; *apud* OV. *non nisi* hal. 12; *in prosa oratione inde a* NEP., LIVIO, VELL., CELSO, SEN. *philos.* [*confunditur in codd.* -i *c.* obtinere *p. 122, 52. 68.* CYPR. epist. 59, 15 p. 685, 16 VEG. mil. 3, 13 AVG. beat. vit. 1, 1 p. 89, 13, *c.* niti HEGES. 5, 14, 5 p. 318, 14, *c.* adniti (*falsa var. l.* obn- VERG. Aen. 3, 208 *apud Non. p. 446, 30*), inniti CLAVD. 21, 290, -xus *c.* obnoxius LIV. 7, 33, 12 SEN. epist. 66, 40. 120, 10 CLAVD. carm. min. 49, 3 AVG. civ. 2, 1 p. 54, 1 D. *v. et s. v.* obnoxius. *loco dubio*: FRG. Bob. gramm. VII 538, 28.]

I *strictius i. q. nitendo se opponere, obluctari sim. (accedit* contra *l. 83. 84, cf. p. 122, 13. 123, 15*): **A** *proprie et in imagine*: **1** *accedit dat.*: ENN. ann. 147 aquila pinnis -xa ... vento. LVCR. 4, 437 in portu clauda videntur navigia aplustris fractis -ier undis (undas *trad.*). VERG. georg. 3, 233 irasci in cornua discit arboris -xus trunco *taurus* (*item*: Aen. 12, 105). PLIN. nat. 7, 82 -xus contra nitentibus iumentis. TAC. hist. 2, 5, 1 consilio ac ... manu hostibus -i. ann. 1, 21, 2 -i trahentibus. PS. LACT. PLAC. fab. Ov. 2, 1 *Phaeton* cum ... equis -i nequisset. PRVD. c. Symm. 2, 508 religio ... Romanis -xa globis (-sa *pars codd.*). CLAVD. 21, 290 *gubernator* pelagi caelique -itur irae.

2 *absolute*: **a** *de moventibus*: LVCR. 6, 559 *ventus* urget -xus magnis speluncas viribus altas. VERG. Aen. 4, 406 *formicae* grandia trudunt -xae frumenta umeris (*item de formicis*: PLIN. nat. 11, 108 maiora aversae ... moliuntur u. -xae *cf. l. 73*). 9, 725 portam vi magna converso cardine torquet -xus latis umeris (SIL. 13, 252 cardine verso ... obices. STAT. Theb. 10, 509 umeris -xus Acron et pectore toto pronus Ialmenides ... robora portae torserunt. *sim.*: PASS. Montan. 17, 1 -entibus etiam cataractariorum ministris). QVINT. inst. 5, 13, 11 (*in imag.*) toto corpore -endum (*cf. antea*: impelli). CLAVD. 8, 569 cum ... -xis ... pubes ... lacertis ... gestaret onus (*cf.* CORIPP. Ioh. 3, 161 *Cacus taurum raptum* collo ... levavit -xus portansque). rapt. Pros. 3, 378 *Ceres cupressos* totis ... -xa trementes viribus impellit. **b** *de resistentibus*: VERG. georg. 3, 222 versa ... in -xos urgentur cornua (*de pugna taurorum ut*: STAT. Theb. 6, 866 rumpunt -xa ... pectora). VERG. Aen. 5, 21 nec nos -i contra ... sufficimus (*sc. in tempestate ut*: AVG. beat. vit. 1, 1 p. 89, 13 invitos contraque -entes). OV. hal. 12 *scarus nassae* radiis -xa occurrere fronte *non audet.* SEN. epist. 78, 15 (*in imag.*) si contra steteris et -i volueris, repelletur *istud, quod premit.* LVCAN. 9, 334 -xum ... austrum (*de pugna aestus et austri*). STAT. Theb. 2, 475 *aper* -xo ferrum laxavit in armo. 4, 323 premis -xo venabula ... apro. 9, 674 praebent -xi corpora ferro. TAC. ann. 16, 9, 2 nec omisit ... -i et intendere ictus. VEG. mil. 3, 13 -entes pars altior pellit. HEGES. 5, 14, 5 p. 318, 14 ne ... pervicacius -rentur. PRVD. ham. 638 (*in imag.*) quo dente -ens ... calumnia pugnet. CORIPP. Ioh. 4, 716 (= 5, 72) in -xos rumpens ... hostes irruit adversasque acies ... fugavit. *de membrana tenta*: CELS. 7, 17, 1^{B} *qua parte* integra est, ea magis -atur (*opp.* cedat).

B *translate*: **1** *usu sollemni*: **a** *de resistentibus*: *α accedit dat. (substituitur* contra *sim. l. 19. 25. 41)*: Ⓘ *vario usu*: VAL. FL. 7, 157 mens ... -xa malo (*cf.* FRONTO p. 220, 20 v. d. H. [= p. 232 N.] animus ... dolori -xus, oppositus quasi solitario certamine unus uni, par pari resistebat). TAC. ann. 15, 11, 3 ne dux quidem -i adversis. TERT. fug. 1, 1 etiam aliis quaestionibus -xi estis (*sc. eas non tractando; an intellegendum 'in aliis q. spiritui sancto'?*). ARNOB. nat. 2, 5 contra omnes minas atque interdicta formidinum animosius populus -atur (LAVRENT. eleem. p. 112^{C} stet dextera tua -xa [*Bulhart,* obnoxia *trad.*] c. partes pestilentiae *eqs.*). RVFIN. Greg. Naz. orat. 5, 9, 3 videbantur mihi alii ... ne parum quidem ... molestiis posse resistere ..., alii autem parum quid ... -i et resistere. POMER. 3, 8, 1 vitiis. BOETH. in top. Cic. 5 p. 375, 47 passionibus. Ⓘⓘ *resistitur opinioni*: SEN. epist. 82, 23 -xam contra te persuasionem (SYNOD. Hil. coll. antiar. p. 46, 1 c. deum et Christi ... maiestatem ... -ens. HIL. trin. 10, 1 c. veritatem ... error -itur. AVG. civ. 1, 15 p. 26, 28 D. c. ... veritatem ... -itur, ut contendere audeat *eqs. cf.* RVFIN. Clement. 1, 57 adversum hunc ... Zebedaei filii ... vehemently -si sunt). SYNOD. Hil. coll. antiar. p. 177, 11 -imini reclamantibus. HIL. trin. 7, 8 blasphemis professionibus. 9, 35 veritati -ens falsitas. PACIAN. epist. 1, 2 p. 6 -enti sacerdotibus dei. PS. PROSP. vocat. gent. 1, 8 p. 655^{C} evangelio ... philosophia gentilis -itur, cui etiam Iudaica eruditio reluctatur (*cf. antea*: resistentem sapientiae dei). FVLG. RVSP. ad Monim. 2, 4 cui *fidei* ... obdurato corde -endum. rem. pecc. 1, 17 ecclesiae ... dogmatibus (*cf. postea*: repugnare). ad Tras. 3, 27 mortiferis cogitationibus. Ⓘⓘⓘ *resistitur voluntati*: TAC. ann. 14, 53, 5 muneribus tuis -i non debui. ITIN. Alex. 51 quibus *dis.* SYMM. epist. 7, 81 valetudo -itur voluntati (RVFIN. Adamant. 2, 22 cui *deo* contrarium potest esse nihil nec aliquid v. eius -i [*gr. ἀνθέστηκεν*]). AVG. in psalm. 88 serm. 2, 4 *Christiani* dura cervice -entes adversus disciplinam patris. SVLP. SEV. dial. 3, 11, 10 -sis sibi implacabilis erat (*sic cod. Ambr., v. Hyltén, Stud. z. Sulp. Sev. 153*). COD. Theod. 16, 5, 36, 1 si ... iussioni fuerit -sum (-xum *ε*).

β absolute: VELL. 2, 89, 5 Caesar cum saepe -ens repugnasset (*de continuatione consulatus*). 2, 123, 1 -ente vi animi. SIL. 13, 518 quaecumque datur sors durior aevi, -emur. TAC. ann. 13, 12, 2 *Acte matre Neronis* frustra -ente ... inrepserat. APVL. met. 2, 28, 5 non -imur (*sc. morti ut*: CYPR. mortal. 18 p. 308, 16 -imur et reluctamur [-imus *O*]). CYPR. epist. 59, 15 p. 685, 16 -ente plebe et contradicente. HIL. myst. 1, 33 p. 25, 10 avertant ... mentes studia -entium. PACIAN. (?) sim. carn. p. 137, 27 promittit -endo et -itur promittendo (obtinendo et obtinetur *trad.*). SYMM. epist. 6, 64, 2 crebris precibus -imur. AMBR. epist. 8, 1 negant plerique ...; nec nos -imur. HEGES. 1, 29, 2 -ente Herode (*cf. gr. 1, 255 ἀποτρέποντος*). HIER. epist. 51, 1, 5 (*Epiphan.*) -batur indignum esse se contestans. AVG. civ. 14, 24 p. 51, 25 D. non ... -endo, sed non sentiendo non movere corpus probabatur. CYPR. GALL. exod. 201 nec minus -i vates (*Moyses, sc. deo*).

b *de rebus contrariis*: TERT. scorp. 5 p. 154, 2 sq. -itur ... et adversatur idololatriae martyrium; malo autem -i et adversari nisi bonum non potest. HIL. trin. 12, 3 contrarias semper -entesque impietatis causas esse causis religionum.

2 *pendent structurae finales*: VERG. georg. 4, 84 -xi non cedere (*inf. ut*: VELL. 1, 9, 6 qui ... *triumphum* impedire -rentur. OROS. hist. 4, 14, 4 repellere ab ascensu -entes ... superat [*simili loco Nep. Hann. 3, 4* conantes]. ISID. vir. ill. 27 -itur eius ... destruere calliditatem). GELL. 19, 12, 3 si posset ... -i, ut totis careret *adfectionibus* (HIL. in psalm. 118 mem 8 resistendum ... est et -endum [obtin- *pars codd.*], ut nosmetipsos ab omni via mala ... arceamus). AMBR. parad. 15, 74 p. 332, 4 ad nocendum hominibus pertinaciter -i (*de diabolo*).

3 *pendet acc. c. inf.* (*sec.* niti, contendere *sim.*): HIL. trin. 8, 27 -itur doctor gentium non duos spiritus ..., sed spiritum Christi ... inesse credentibus.

II *laxius i. q. inniti, adniti sim.*: **A** *de acclinatis*: NEP. Chabr. 1, 2 -xo ... genu (*dat.?*) scuto (*v. vol. VI 2, 1875, 78 et adde Diod. 15, 32, 5 τὰς ἀσπίδας πρὸς τὸ γόνυ κλίναντας*). VAL. FL. 6, 236 abies -xa genu. PAVL. NOL. carm. 18, 421 *iuvenci* molliter -xi ... pectus *domini* adulant. **B** *de allisis, impactis*: VERG. Aen. 5, 206 in murice remi -xi crepuere inlisaque prora pependit. **C** *de incumbentibus*: LIV. perioch. 89 *M. Brutus* -xus corporis pondere incubuit *mucroni.* VAL. FL. 7, 595 -xus ... genu superat *taurum.* *fortasse addendum*: CLAVD. carm. min. 49, 3 *torpedo* segni ... -xa natatu reptat et attritis vix languida serpit harenis (*i. e. harenis leviter innixa; an per oxymoron intellegendum 'segni conixa n.'?*).

[Lebek]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

part. perf. **obnīxus,** -a, -um *pro adi. exempla, quibus vis verbalis servatur, supra attuli.* GLOSS. *v. p. 121, 44.*

i. q. obstinatus, constans sim.: **1** *respicitur magis pertinacia animi:* VERG. Aen. 4, 332 *Aeneas* -us curam sub corde premebat. SEN. epist. 66, 40 -us animus ad perpetiendos cruciatus. 120, 10 pertinacem et -um et lassitudinem corporis animo sublevantem. FRONTO p. 214, 12 v. d. H. (= p. 225 N.) uno -i obtutu (*post lacunam; de oculis dici vid.*). APVL. met. 4, 10, 3 -um silentium (4, 19, 2). 4, 21, 3 -o mugitu. SCHOL. Cic. Bob. p. 135, 18 -ae popularitatis. AVG. civ. 2, 1 p. 54, 1 D. quotiens -a fronte statuerint non cogitare quid dicant. ALC. AVIT. epist. 84 cum ... devotionis observantiam ... debeam -ae impensius pietati. ENNOD. epist. 1, 26, 1 p. 37, 2 debitum -ae caritatis.

2 *respicitur magis firmitas resistendi sim.:* **a** *de utraque parte (sc. mutuo certamine opposita; per enallagen l. 19. 20):* VERG. Aen. 10, 359 anceps pugna diu, stant -a omnia contra (*de pugna ventorum. cf.* SIL. 7, 571 *Boreas et Africus* -i ... bella ... torquent. STAT. Theb. 5, 366 -i lacerant ... nubila venti). 12, 721 *tauri* cornua ... -i infigunt (*item de tauris:* STAT. Theb. 4, 399 conlatis -i cornua miscent frontibus). VAL. FL. 6, 356 -a virum sic comminus haeret pugna. STAT. Theb. 1, 419 *Polynices et Tydeus* ictus ... -i ingeminant. 8, 400 sic -a acies pariter suspiria fumant. *transfertur ad dentes compressos:* STAT. Theb. 11, 337 -i frangunt mala murmura dentes. **b** *de altera parte:* LIV. 6, 12, 8 velim ... -os vos stabili gradu impetum ... excipere (*cf.* 8, 38, 11 in suo quisque gradu -i urgentes scutis [-is *vel* -nox- *var. ll.*]). 7, 33, 12 stant -i Samnites. 34, 46, 10 scutis corporibusque ipsis -i urgebant. SEN. dial. 6, 6, 3 quem *gubernatorem* obruit mare clavum tenentem et -um. PLIN. nat. 36, 105 pugnant ... diversi aquarum impetus intus *in cloaca* et tamen -a firmitas resistit. STAT. Theb. 9, 474 genibus ... -us et haerens ... servat vestigia (AMM. 16, 12, 37 -i g. ... barbari ... hostem propellere laborabant).

acc. n. sg. **obnīxum** *pro adv. i.q. obnixe:* AVSON. 418, 28 p. 286 P. -um, Pauline, taces.

adv. **obnīxē.** *compar.* -ius *l. 34. 54. 57. 58. 59. 60, superl.* -issime *l. 52. 53. 59.* GLOSS. -e: intente. conate. perseveranter. -ius: firmius vel intentius aut totis viribus. *legitur singulis locis in* PLAVTO, TER., CIRI, PANEG. 2, SYMM., *saepius apud posteriores.* [*confunditur in codd.* -e *c.* obnoxiae PLAVT. Stich. 45 (obnoxae SCHOL. Cic. Bob. p. 117, 17. obnoxe VVLG. iud. 19, 7), obnexe GREG. M. dial. 1, 5 p. 41, 1 M.; -ius *c.* obnoxius CLAVD. MAM. anim. p. 33, 20 (obnixus *cod. unus*), PASS. Paul. 15, GLOSS.^{L} III Abstr. OB 53.]

i. q. intente, obstinate, pertinaciter sim.: PLAVT. Stich. 45 omnibus -e opibus nostrum officium meminisse decet. TER. Andr. 161 quem ego credo manibus pedibusque -e omnia facturum (DON.: cum conatu, instanter contra conantem. SCHOL.: callide, caute, insidiose). CIRIS 301 tam -e fugiens. PANEG. 2, 11, 1 imperium deprecatus es; nec id ad speciem ..., sed -e et diu ... egisti. SYMM. epist. 3, 60 -e deprecor. AMM. 24, 2, 11 conloquia petentes -e (HIER. epist. 57, 2, 2. *al.*). 29, 2, 14 qui ... rogaretur -e (VVLG. I reg. 20, 28. *al.*). SCHOL. Cic. Bob. p. 78, 7 -e negando (SEDVL. carm. pasch. 4, 220 -eque diu confidenterque n.). p. 95, 3 -e persecuti. p. 112, 9 -e studens. p. 169, 23 cum ... -e contenderet Clodius (HIER. adv. Iovin. 1, 26. AVG. coll. c. Don. 3, 2, 2 p. 50, 27 -issime c.). VVLG. iud. 19, 7 -e eum socer tenuit et apud se fecit manere. PS. RVFIN. Ios. bell. Iud. 2, 15 p. 680 -issime precabantur. AVG. coll. c. Don. 3, 11, 21 p. 70, 15 -ius Donatistae resistere coeperunt. in psalm. 88 serm. 2, 5 tam pertinaciter, tam -e et contentiose contradicitur. OROS. hist. 4, 1, 20 -e cunctis in mutuam caedem ruentibus. CLAVD. MAM. anim. 1, 3 p. 33, 20 cum ... -ius argumentere. GREG. M. moral. 25, 34 servitio -ius obligantur. VIGIL. THAPS. c. Arrian. 2, 22 dum quaererem -ius. 3, 4 -issime perorabat. PASS. Paul. 15 dum instarent -ius pro salute sua. *al.*

deriv.: obnisus (-ūs). *Lebek.*

obnōdo, -ātum, -āre. *ab* ob *et* nodare. *i. q. obstringere, innodare:* RVSTIC. Conc.^{S} I 4 p. 80, 12 velut si quis vinctus et adhuc ipsis vinculis -tus vincientem se vincire conetur.

obnoxiātio, -ōnis *f. ab* obnoxiare. *i. q. obnoxietas:* CONC. Matisc. a. 585, 2 p. 166, 5 pro nostris delictis nullam habens -em peccati immolatus est *Christus* (*cf. p. 124, 1*).

obnoxietās, -ātis *f. ab* obnoxius. *i. q. status vel condicio obnoxii:* **1** *in sermone publico vel forensi de eis, qui dominio, corpori, debito subiecti sunt:* NOVELL. Valent. 29, 1 navicularios ... reducendos omni vel coniunctionis vel -is ... privilegio et defensione submota. Maior. 2 pr. superindicticiis si ... titulis ... possessor exhaustus ... coacervatae ... sarcina -is obruitur. EPIST. pontif. Thiel Gelas. 20 ab -e ... vindicari. 644 Löwenfeld 4 iuri suo iunctas certa -e personas. 653 *ibid.* 10 *opp.* illigatum. ENNOD. opusc. 8, 5 p. 415, 17 ut ... ex omni -e solvatur. EDICT. Theodor. 153 pro mariti -e. LEX Burg. lib. const. 47, 2 dominio perpetua -e deserviat. VITA Caes. Arel. 1, 32 p. 309, 4 M. pro -e (*antea l. 3* perdito libertatis statu). **2** *in sermone christiano de eis, qui peccatis obstricti sunt* (*nota gen.* peccatorum *p. 124, 1*): ALC. AVIT. c. Eutych. 1 p. 18, 16 qui *Christus* ... non solum -em humani generis nulla intercessione dissolveret *eqs.* ENNOD. epist. 9, 29, 2 p. 250, 21 me sub fasce vestri muneris constitutum sola manet de -e confessio (*cf. 1* magnis obnoxius vix ad parva sufficio). CASSIOD. anim. 10 p. 1298^{C} eius *corporis* -e. in psalm. 118, 16 ut in illa resurrectione a cuncta -e liberetur *populus.* 125 div. de -e ... peccatorum. 135, 20 nos eripere a tam pessima -e.

obnoxio, -āvī, -ātum, -āre. *ab* obnoxius. **1** *trans. fere i. q. obnoxium facere (c. dat. praeter l. 6. 7):* PRISCILL. tract. 10, 126 ea *sc. divina,* quae neque in (in *del. Schepss in praef. p. XXVI*) exordio neque fini -antur. AVG. c. Iulian. op. imperf. 4, 104 p. 1401 naturam ... in se vitiavit, mutavit, -vit humanam *Adam.* vera relig. 12, 23 eius rei (*sc. corporis*), quam ... anima corruptioni -vit (*codd.*, fecit obnoxiam *edd.*). CLAVD. MAM. anim. 2, 9 p. 136, 12 alienis semet noxiis -antes. POMER. 2, 20 Adam nos -vit (subnoxiavit, subvocavit *var. ll.*, sub noxa habuit *edd.*) malis omnibus ..., a quibus nos liberavit adventus Christi. **2** *intrans. fere i. q. obnoxium esse:* NOVELL. Iust. 120, 9, 1 ut non inveniantur *ecclesiae* ..., quas *possessiones* habent, perdere aut debitis -are (*gr.* χρέεσιν ἐνεχόμενοι).

deriv.: obnoxiatio.

obnoxiōsus, -a, -um. *ab* obnoxius. *i. q. obnoxius:* ENN. scaen. 303 ea libertas est, qui pectus purum et firmum gestitat: aliae res -ae (*Acidalius,* obnoxio se *P,* obnoxie se *R*) nocte in obscura latent (*cf. 301* innoxium). PLAVT. Trin. 1038 mores leges perduxerunt iam in potestatem suam, ⌜magisque is⌝ (⌜ *Spengel,* m. qui *BCD*) sunt -ae (*Brant,* -i *codd.*) quam parentes liberis (*Italici,* liberi *BCD*).

adv. **obnoxiōsē.** *scrib.* -oss-. *contextu dub.:* PLAVT. Epid. 695 arte conliga *manus meas,* nihil vero ⟨hoc⟩ -e (*cf. ed. et comm. Duckworth p. 85. 403 sq.*).

ᴮ**obnoxius,** -a, -um. *ab* ob *et* noxa. *pro compar.* magis -us *saepe, ex. gr. p. 126, 7. 128, 15. 31 bis. 36. 48. 49; pro superl.* maxime -us: CELS. 1, 3, 26 PLIN. nat. 13, 98. *de notione:* PAVL. FEST. p. 191 -us: poenae obligatus ob delictum. SYNON. Cic. p. 436, 13 -us. obstrictus. obligatus. deditus. devotus. dicatus. GELL. 6, 17, 3 (*qui hanc explicationem plenam esse negat*) eum dici -um, cui quid ab eo, cui esse -us dicitur, incommodari et noceri potest et qui habeat aliquem noxae, id est culpae suae, conscium. SERV. georg. 2, 439 non -a: non debitricia, nihil labori nostro debentia. SERV. auct. *ibid.* -a: egentia. ISID. orig. 10, 198 -us (obnixus *T*), quia obligatus est nexibus culpae. GLOSS. -us: ὑπεύθυνος. παραίτιος. ἔνοχος. subiectus. subditus vel obligatus. ⟨in-⟩firmus. damnatus. humilis vel calcatus. reus, culpabilis. debitor, egens. ⟨sub⟩missus. GLOSS.^{L} Aa o 118 -a: rea vel nociva. *legitur inde a* PLAVTO, CAECILIO, TER., CATONE, PACVV. trag. 176 (*deest ex. gr. apud* RHET. Her., CIC., CAES.). [*confunditur in codd. c.* noxius COLVM. 2, 17, 2 CYPR. epist. 69, 9 p. 758, 11 HIL. in psalm. 14, 5 p. 86, 25. *al.*, obnexus *cf. p. 121, 22,* obnixus PLIN. nat. 17, 221 GELL. 16, 13, 9. *al.* (obnixius AVIEN. Arat. 297. *al. v. etiam p. 121, 56*), subnoxius PLIN. nat. 18, 158.]

I *fere i. q. (noxae vel per noxam) subiectus, obligatus sim.* (*syn. vel iuxta pos.* subiectus *p. 126, 6. 127, 31. 73. 128, 1. 51. 84,* obligatus *sim. p. 126, 10. 41. 45. 52,* devinctus *p. 125, 84; opp.* liber *l. 63. 79. p. 126, 28. 127, 27. 128, 27. 28:* **A** *vi originaria perlucente spectat ad obligationem, obstrictionem rependendi, remunerandi, quae fit:* **1** *ob noxam, culpam sim.* (noxae -us *l. 62, ludit c.* ob noxiam *l. 53; apud recentiores saepe i. q. reus, cf. syn. et iuxta pos. p. 125, 15 sqq. 48. 57. 60. 77*): **a** *indicatur, cui aliquid restitui debeat:* PLAVT. Truc. 835 scio ... quae nolo multa mi audienda *esse* ob noxiam (*Palmerius,* ob noxia *codd.*); ego tibi me -um esse fateor culpae compotem (*v. app. crit.*). CONC.^{S} II 3, 2 p. 39, 7 accusavi ... Macarium ... nominans et alios, qui mihi ... -i sunt (*gr. II 1, 2 p. 23, 28* μοι γενομένων ὑπευθύνων). CASSIOD. var. 9, 18, 2 in tantum possidenti fiat -us *eqs.* (*cf. 1* qui praedia ... praesumpserint expulso possessore violenter intrare). COD. Iust. 7, 51, 6 si quos ipse utpote -os sibi pro quacumque criminali vel civili causa constitutos in accusationem deduxerit.

b *indicatur noxa, delictum sim.:* *α per dat.* (*v. et l. 78. 81. p. 125, 2*): ACC. trag. 429 tete esse huic noxae -um. SALL. Catil. 52, 21 animus in consulendo liber neque delicto neque lubidini -us (CYPR. ad Donat. 4 p. 6, 10 AVG. civ. 5, 15 p. 220, 30 D. COD. Theod. 2, 1, 3). LYGD. 4, 15 si mea nec turpi mens est -a facto. VAL. MAX. 4, 7 ext. 2 gravissimo crimini ... -us (ARNOB. nat. 7, 41 p. 274, 19 *iuxta:* immunis ab scelere. SCHOL. Cic. Bob. p. 164, 18 COD. Theod. 10, 10, 29 pr. *al. cf. l. 79*). SENT. procos. Sard. 22 (*a. 69*) sciant se longae contumaciae et iam saepe denuntiatae animadversioni -os futuros. CYPR. epist. 69, 9 p. 758, 11 et culpae et poenae (AVIEN. Arat. 297 [obnixia *V*]. RVFIN. Orig. in cant. 2 p. 132, 29. *al.*). mortal. 7 p. 301, 4 nullis peccatis et vitiis carnis (AMBROSIAST. in Rom. 4, 5. HIER. epist. 60, 3, 2 qui non peccaverant, alienis p. tenebantur -i. *al.*). AMM. 22, 7, 2 ut errato -um decem libris auri semetipse multavit *Mamertinus.* 28, 1, 28 adulteriorum flagitiis -ae *feminae.* HEGES. 5, 24, 4 p. 358, 24 tanto furori -i (*gr. 5, 553* τοὺς αἰτίους). RVFIN. hist. 2, 25, 2 omnibus -am sceleribus vitam *Neronis.* COD. Iust. 1, 28, 2 (*a. 371/2*) seditioni. *al.* *β *per abl.*: VLP. dig. 48, 15, 1 quo (cui *Brencmannus*) *crimine* venditor ... fit -us, si sciens liberum esse vendiderit (COD. Theod. 9, 21, 9 falsae monetae rei ... maiestatis c. tenentur -i. COD. Iust. 9, 47, 12 [crimini *Q*]. EDICT. Theodor. 62). AVG. pecc. mer. 2, 28, 45 p. 116, 27 propagine peccati. CASSIOD. hist. 6, 14, 5 errore *idololatriae* (*Sozom. 5, 11, 11* πλάνης). ORIG. in Matth. ser. 25 p. 41, 28 huiusmodi actu. [2] *γ per gen.:* AMBROSIAST. in Philem. 1, 15 —16 delicti (*de Onesimo fugitivo*).

[Kuhlmann]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Ps. Hier. indic. de haer. 57 originalis peccati (Prosp. sent. 307 [*sec.* Avg. c. Iulian. op. imperf. 4, 115 contagioni p. o.]. *cf.* Rvfin. hist. mon. 32 p. 459C mortalis p.). Ps. Avg. hypomn. 5, 3, 6 innocentiam sanctam et nullius penitus erroris -am. Cod. Theod. 9, 16, 11 (= Iust. 9, 18, 9, 1) ultimum supplicium non evadat . . . suspicionis -us. 15, 1, 31 pr. (= Iust. 8, 11, 10) maiestatis. Cod. Iust. 3, 44, 11 (*a. 290*) -os criminum digno supplicio subiectos (9, 2, 2 pr. *a. 222*. 12, 59, 10, 2). 9, 28, 1 (*a. 415*) peculatus. *δ per praepositiones*: Gaivs inst. 3, 207 is, apud quem res deposita est, . . . tantum . . . in eo -us est, si quid . . . dolo . . . fecerit (Rvfin. hist. mon. 32 p. 459D in . . . peccatis [Vitae patr. 3, 21 p. 751C]. Interpr. novell. Maior. 7 in gravi culpa. Caes. Arel. serm. 86, 5 p. 341, 11 in his malis. *inde* Epist. pontif. Thiel Hil. 17, 2 in . . . praeceptionibus *sc. non servatis*). Cod. Theod. 11, 36, 28 propter neglectorum contumaciam praeceptorum. Max. Tavr. serm. 79 l. 9 M. rei . . . de peccatis et -i de contemptu (Favst. Rei. epist. 1 p. 164, 2 qui non est -us de suscepto, nescio quomodo reus possit esse de perdito. Isid. orig. 10, 238 reus a re, de qua -us est). Interpr. cod. Theod. 4, 23 (22), 5 pro hac auctoris praesumptione (Edict. Theodor. 88 Lex Burg. lib. const. 20, 2. *v. et p. 124, 58*). *ε per inf.* (*aliter p. 128, 68*): Heges. 1, 12, 4 quos -os suspectaret patrando flagitio incentores fuisse (*resp. gr. 1, 114 μὴ καθαροὺς tantum*).

c *indicatur poena sim.* (*cf. p. 124, 69. 70*): **α** *per dat. vel gen.* (*certum l. 33*): Pavl. dig. 29, 5, 8 pr. si poenae -us servus venisset quandoque animadversum in eum esset (Ps. Apvl. Ascl. 28. Ps. Avg. quaest. test. I 110, 4 p. 271, 18 si non perditioni, p. tamen -us est. Cod. Iust. 2, 55, 2 *a. 283. al.*). Ps. Sen. epist. Paul. 11 l. 5 reatui (*cf.* Cod. Iust. 9, 22, 15 [*a. 294*] criminis accusationi [Novell. Maior. 6, 4]). Hil. syn. 53 anathemati. Ambrosiast. in Rom. 1, 20 duplici . . . damnationi (in I Tim. 5, 12 Avg. civ. 22, 24 tit. pecc. orig. 18, 19. *cf.* Cod. Theod. 7, 18, 14, 2 condemnationibus [12, 1, 113 et periculo]). in Gal. 3, 13 maledicto legis (*antea ibid.* rei . . . maledicto legis). Rvfin. hist. mon. 16 p. 436C filios non solum servituti, sed et suppliciis . . . -os. Cod. Theod. 3, 5, 11, 1 quadrupli (*cf.* 11, 12, 4 *triplo*. 11, 30, 34, 1 viginti libris auri. Cod. Iust. 1, 3, 32 [33], 5 [*a. 472*] quantaelibet summae qui conventus fuerit exponatur -us). 3, 11, 1 pr. (= Iust. 5, 7, 1 *a. 380*) multae librarum auri decem (6, 4, 3. 12, 1, 150 [= Iust. 10, 32, 47, 1 *a. 395*]. *al.*). *al.* **β** *per abl.*: Tycon. in apoc. 2, 23 filios . . . esse spiritali morte . . . -os. Avg. civ. 13, 3 p. 559, 11 D. poena. Cod. Theod. 11, 16, 11 (= Iust. 10, 48, 8, 2) quadrupli repetitione (*cf.* 11, 36, 27 redhibitione [*dat. restit. Mommsen, sed abl. etiam* Lex Burg. lib. const. 49, 3]. Lex Burg. lib. const. 76, 1 tripla satisfactione). Lex Burg. Rom. 19, 2 alterius mancipii restitutione (restitutioni *Cuiacius*). **γ** *per praepositiones*: Cod. Theod. 11, 1, 30 in duplum teneatur -us. Interpr. cod. Herm. Visig. 2, 1 nec ad poenam nec ad aliquam satisfactionem (Interpr. Paul. sent. 2, 17, 1 ad redhibitionem duplae pecuniae). Lex Visig. 7, 1, 1 pro omni satisfactione.

d *nude*: **α** *pro adi.* (*cf. p. 126, 70*): Liv. 8, 34, 11 horum criminum vos reos . . . offerte, tribuni plebi, vestra -a capita pro licentia Q. Fabi obicite. Ps. Qvint. decl. 1, 6 quis calamitatem tam -am . . . proteget? Pavl. dig. 11, 3 14, 7 si extraneo *damnum fecerit servus meus consilio tuo*, eo . . . nomine mihi teneris, quod ego lege Aquilia -us sim. Marcian. dig. 48, 21, 3 pr. (*ex Papiniano*) sceleritatem. Hil. coll. antiar. B p. 100, 16 -a *fides mea*. Optat. 4, 4 p. 84, 14 personas (Pap. Thead. 13, 11). Serm. Corp. Vind. 21 p. 270, 3 cogitationibus -is (noxiis *Caes. Arel. serm. 58, 3 = Ps. Aug. serm. 110, 3*) pessimisque (*cf.* Ambr. in psalm. 118 serm. 17, 14, 3 conscientiae). Ambr. in psalm. 37, 5, 3 nostra hac -a et praeiudicata *carne* (*cf. 2* carnis iam reae). Ps. Hier. epist. 35, 13 p. 254A qui peccando vita exciderit et -us mortificatus fuerit (*cf.* Avg. pecc. mer. 2, 28, 46 p. 117, 16 [*l. 14* reatus eius solvitur]). Avg. c. Parm. 2, 21, 41 p. 96, 10 (*Parm.*) si cum reis mixtus es et -us (-is *var. l.*). Leo M. epist. 14, 13, 3 cum . . . apostolicae constitutionis oblitum -um habitura sit . . . ecclesiastica . . . censura. Conc.S I 2 p. 79, 14 (= I 3 vers. Tur. p. 104, 11, *gr. I 1, 3 p. 20, 26 ὑπεύθυνοι*). II 3, 2 p. 44, 9 (*gr. II 1, 2 p. 27, 20 ἔνοχον*). IV 2 p. 172, 1 omnis quidem novitas peregrina est, non tamen omnis -a (*cf. l. 2* noxiam). Cassiod. in psalm. 105, 10 peccatores -os. Cod. Iust. 1, 54, 6 pr. (*a. 399*) quos culpa reddit -os. 4, 34, 3 (*a. 239*) quod furti eum actione non facias -um. 12, 35, 18, 6b (*a. 492*) tam criminaliter quam civiliter -os *esse*. Lex Sal. Merov. 83, 1 ut latro mancipiorum teneatur -us (*cf.* Lex Burg. lib. const. 16, 1 pro fure teneatur -us). *al.* **β** *pro subst.*: Ambr. in psalm. 43, 55, 2 *diabolus* urget -os, iustos fatigat. Heges. 1, 43, 4 rapit ad supplicium . . . et innoxios *Herodes*, ne qui de -is relinqueretur (*gr. 1, 591 τῶν αἰτίων*). Cod. Theod. 2, 1, 3. 2, 1, 11 exhibendis -is. Const. Sirmond. 14 si . . . commissum tale aliquid siluerint gratia -orum (in gratiam noxiorum *Cod. Theod. 16, 5, 46*). Conc.S II 3, 1 p. 110, 7 (*gr. II 1, 1 p. 129, 7 τῶν ὑπευθύνων, cf. ibid.* eorum qui accusantur, *II 2, 1 p. 7, 6* reorum). Cod. Iust. 3, 35, 3 (*a. 241*) criminalem accusationem adversus -um competere. Vita Amator. (BHL 356) 32 p. 59D catenae a corporibus -orum dissiliunt (*cf. antea*: vincti . . . pro suo admisso scelere).

2 *ob gratiam, favorem sim. beneficii sim.* (*indicatur beneficus per dat. passim [addita causa p. 126, 1. 7. 9. 11. 14], sola causa p. 126, 12 [abl., 14 dat.?]. 13 [gen.]. 19 [dat.], officium remunerantis p. 126, 18*): Plavt. Asin. 284 ut . . . nobis sint -i, nostro devincti beneficio. Capt. 215b (216) -i . . . vobis *lorariis* sumus propter hanc rem, quom quae volumus nos copia est. Ter. Hec. 302 uxori -us sum: ita . . . suo me ingenio pertulit, tot meas iniurias, quae numquam . . . patefecit. Sall. Catil. 14, 6 dum illos *iuvenes* -os fidosque sibi faceret *Catilina*. Ov. am. 2, 2, 17 dominast -a servo. Liv. 7, 30, 2 amici forsitan pariter ac nunc, subiecti atque -i vobis minus essemus (*cf. 3* misericordia vestra conciliati *et* beneficium). 23, 4, 1 Pacuvius cum -um vitae beneficio senatum multo sibi magis quam plebi fecisset (*cf. p. 127, 19*). 35, 31, 8 Graeciam beneficio libertatis -am Romanis esse. 40, 10, 9 tuam (*sc. Philippi*) senectutem obligatam et -am adulescentiae (*sc. Demetri*) esse (*antea ibid.*: beneficio). 40, 56, 3 palam facti parricidii gratia. 42, 13, 9. Porph. Hor. epist. 1, 18, 75 -um faciat parvo munere *puerum amicus*. Paneg. 2, 40, 2. Hil. trin. 2, 25 p. 66C tanto . . . maioris beneficii -um . . ., quanto *eqs.* (*cf.* Val. Cem. hom. 3, 2 p. 700D ne homo tantis deo beneficiis -us . . . inveniatur ingratus [4, 1 p. 702B homo -us b.]). Avson. 419, 78 p. 374, 539 P. meruisti (*sc. Gratianus*), ut haberes amicos -os, promptos, devotos, fideles. Clavd. Don. Aen. 8, 75 p. 125, 16 iugiter inferendis muneribus futurum -um *Tiberi Aeneam* (*cf. l. 14* pro meritis *Tiberis*). Cassiod. var. 1, 13, 1 favori. *transfertur ad res quasi alieno auxilio fultas*: Verg. georg. 1, 396 nec fratris *solis* radiis -a . . . luna (*cf.* Amm. 20, 11, 28 *pars iridis* solis -a claritudini). 2, 439 arva . . . non rastris, hominum non ulli -a curae. Prop. 1, 2, 21 facies . . . nullis -a gemmis. Avson. 419, 12 p. 356, 78 P. -am tibi *Gratiano* . . . dignitatem *consulatus*.

3 *ob varia debita* (*obligationem vectigalium huc afferre maluimus quam inter munera publica p. 127, 65*): **a** *indicatur, quo referantur debita*: **α** *per dat.* (*hominis vel rei; accedit acc. int. l. 28, abl. l. 35. 39*, ob *l. 32*, ex *l. 34*, ad *l. 41. 51*, in *c. acc. infra l. 57. 58*): Plavt. Poen. 518 nec tibi *diviti* nos *pauperes* -i sumus (*secl. Bothe*) istuc, quod tu ames aut oderis (*520 opp.* liberos). 1191 omnia faciet Iuppiter faxo, nam mihi est -us et me metuit (*an legendum*: nam mist -us et metuit? *Ernout*). Caecil. com. 23 quamquam ego mercede huc conductus tua advenio, ne tibi me esse ob eam rem -um reare. audibis male, si maledicis mihi (*ad explic. p. 124, 30 refert* Gell. 6, 17, 13). Sall. Catil. 48, 5 plerique Crasso ex negotiis privatis -i. Liv. 8, 28, 9 pecuniae creditae bona debitoris, non corpus -um esset. 39, 9, 3 -um sibi *Sempronio* vinculo aliquo fieri *pupillum Aebutium*. Gaivs epit. 1, 1, 5 si aliquis multa debita habeat, cuius substantia creditoribus teneatur -a *eqs.* (2, 3, 6. 2, 9, 7 Cod. Iust. 1, 4, 31 pr. 8, 25, 10 [*a. 293*] res pignoris . . . iure creditoribus -as. *al.*). 2, 9, 20 is, cui mandatur . . ., mandatori tenetur -us. Scaev. dig. 18, 1, 81, 1 quaero an emptor Caio Seio ad praestationem frumenti sit -us; respondit . . . obligatum non esse. 23, 4, 29, 2 cum . . . heredes defunctae tam legatariis quam libertatibus -i sint. Papin. dig. 46, 1, 47, 1 patri . . . non tenebitur *fideiussor filii*, filio vero . . . -us esse debet. Pavl. dig. 22, 1, 17, 7 usuris. Arnob. nat. 6, 2 p. 215, 5 non votorum debitis habere -os et obligatos *deos* (Hier. hom. Orig. in Luc. 35 p. 206, 10. Interpr. cod. Theod. 4, 21 (20), 1 aut fiscali d. aut privato. Cod. Iust. 8, 13, 27, 1). Hil. in Matth. 17, 11 tributis. Amm. 22, 16, 10 vectigali. Vvlg. I Macc. 10, 43 -os (-us, obnixius *var. ll.*) regi (*rec. L* debitores regis, *rec. B* debentes regiam pecuniam, *gr. ὀφείλων βασιλικά*). Cod. Theod. 6, 31, 1, 1 (= Iust. 12, 24, 1, 1) quos . . . fisco certo solidorum modo -os fecimus (8, 1, 1 ad officia f. -a. 9, 42, 1, 3 [= Iust. 9, 49, 9, 2] *postea*: obligari. *al. v. etiam p. 127, 76*). 10, 20, 8 publico canoni. 11, 20, 1 auri . . . conlationi (13, 1, 21). 12, 11, 1, 2 rei publicae (Cod. Iust. 5, 12, 9 [*a. 250*]. *al.*). Salv. eccl. 3, 72 pius . . . ostendit, quo -um sibi . . . deum faceret (*sc. praeceptis implendis*). Cod. Iust. 2, 23 (24), 2 (*a. 287*) contractui. Interpr. Paul. sent. 2, 17, 2 in tantum ei *emptori* venditor manebit -us *eqs.* (2, 18, 5. Lex Burg. Rom. 35, 3 in duplum). *al.* **β** *per praepositiones* (*v. etiam l. 26*): Ps. Ascon. Verr. p. 252, 19 ad hoc . . . haec omnia *praedia* sunt -a, ut . . . agat *eqs.* (*cf. infra l. 65*). Cod. Theod. 3, 32, 2 (= Iust. 5, 71, 18) vel ex patris nomine . . . vel ex privatis contractibus repperientur -i (Interpr. Paul. sent. 1, 4, 5). 9, 45, 3 ad eam debiti . . . redhibitionem . . . cogantur, in qua eos -os esse constiterit. 10, 17, 2 (= Iust. 10, 3, 6) pro . . . pretiis (11, 1, 12 [= Iust. 11, 48 (47), 3 pr.] p. fiscalibus pensitationibus ad integram glebae [terrae *Iust.*] professionem. *ibid.* p. tributis. 11, 3, 1 [= Iust. 4, 47, 2, 1]. Interpr. cod. Theod. 2, 16, 3 p. ipsa fideiussione. *al.*). **γ** *per gen.*: Pavl. sent. 2, 17, 1 venditor . . . auctoritatis (*sc. emptori debitae*) manebit -us. Fvlg. Rvsp. fid. 44 si . . . perennem deo voverint continentiam, noverint se voti sui -os (nexu *var. l.*) detineri.

b *nude*: **α** *adi.*: Plavt. Trin. 1063. 1064 nisi quidem es -us :: si bonus es, -us sum. Sall. epist. Mithr. 4 *Tigranes* -us, qualem tu voles, societatem accipiet. Svet. Cal. 40 nec non et matrimonia -a essent (*sc. vectigalibus*). Interpr. Gai 72 habeat -os debitores hereditarios (Ps. Avg. quaest. test. I 36 p. 64, 15 nec . . . talibus d. est *deus*, ut teneatur -us). Avson. 416, 6 p. 283 P. heres. Cod. Theod. 3, 5, 11, 3 quisquis de nubtiis paciscitur . . ., puella fiat -a. 4, 20 (19), 1 pr. 11, 7, 16 (= Iust. 10, 19, 7 pr.). 12, 6, 32, 2 (= Iust. 12, 60, 5). *al.* **β** *pro subst.* (*saepe i. q. debitor, syn. p. 127, 1*): Avson. 419, 18 p. 358, 124 P. quisquam . . . quod indulget, quasi ab -o deferatur, pretium mavult quam donum? 419, 74 p. 372, 503 P. -i . . . cernebant *concremata argumenta debitorum*. Cod. Theod. 2, 27, 1, 3. 4. 6. 11, 7, 16 (= Iust. 10, 19, 7, 2) adversus -os repetitione servata *iudicibus*. Novell. Maior. 2, 1 quae *debita* . . . relaxamus -is. Marc. 2 pr. debitorum . . . exactionem molestiam esse . . . -is. Cassiod. in psalm. 108, 11 l.

[Kuhlmann]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

168. 172 debitor quando ad persolvendum idoneus non est, faenerator eius . . . ingreditur domum -i sui . . .; sic et diabolus . . . accipit potestatem, ut -i sui substantiam diripiat (Cod. Iust. 7, 39, 9 pr. 7, 40, 3, 3). Cod. Iust. 1, 12, 6, 8 (*a. 466*) -orum personis. *al.*

B *vi originaria obscurata spectat ad quamlibet condicionem expositam, proditam, deditam, subiectam* (*sc. et hominum et rerum [maxime sub 1 bβ]; iuxta* deditus *infra l. 34,* expositus *p. 128, 33*): **1** *indicatur, quo pertineat status -us:* **a** *pertinet ad homines* (*deum l. 12; sc. per dat.; accedit* ad *l. 30,* per *l. 31, abl. l. 35; cf. etiam p. 128, 52*): Plavt. Bacch. 1197 ne -us filio sim et servo. Mil. 746 serviendae servituti servos instruxi mihi . . ., non qui mi imperarent quibusve ego essem -us. Trin. 269 sunt . . . quos miseros maleque habeas, quos tibi -os fecisti (*sc. Amor. cf.* Avien. orb. terr. 1348 gens . . . -a Baccho). Sall. Catil. 20, 7 (*Catilina dicit*:) volgus fuimus, . . . sine auctoritate, eis -i, quibus, si res publica valeret, formidini essemus. 23, 3 ni sibi (*sc. Curio*) -a foret *Fulvia*. Liv. 4, 24, 5 grave esse iisdem *censoribus* per tot annos . . . -os vivere. 9, 5, 8 inermes futuras dextras -aque corpora hosti (Sen. benef. 3, 20, 1 et adscripta dominis). 23, 2, 2 senatum et sibi et plebi -um Pacuvius Calavius fecerat (4. *cf. p. 126, 7*). 38, 34, 9 civitas Lacedaemoniorum . . . Achaeis. 39, 27, 9 deterioribus. Sen. epist. 121, 18 *animalia* -a avibus rapto viventibus (*cf.* Cvrt. 4, 8, 16 *mare* -um praedonibus. Svet. Aug. 43, 1 grassatoribus. Prvd. c. Symm. 2, 1061 furi [Avg. serm. 37, 16, 25 et tineis. *cf. p. 128, 41*]). Calp. ecl. 4, 40 trucibus . . . Mauris (*cf.* Svet. Dom. 12, 1 barbaris). Tac. ann. 11, 7, 1 ne quis advocatorum inopia potentibus -us sit. Tert. pudic. 22 p. 271, 23 medico -us et feneratori. Porph. Hor. epod. 56/57 liberum Cupidinem dixit *Horatius*, quod quasi nulli sit -us et omnes amore ludat (*cf.* Conc.^{S} I 5 p. 201, 7 quomodo liberum se ait et -um deo *Christus* ?). Cypr. ad Donat. 11 p. 13, 8 -a non homini, sed potestati *pompa* (*cf. l. 46*). Hil. trin. 11, 43 p. 428^{A} ad consulendum nobis -us deus (*nisi* nobis *ad verbum pertinet*). Ambrosiast. in I Cor. 11, 5—7 per hoc -a videtur mulier viro, ut imperio eius subiecta sit. Svlp. Sev. chron. 2, 38, 4 ut nihil sine eorum *episcoporum* nutu ageret imperator *Constantius*, -us (obnixius *P*) quidem omnibus, praecipue Valenti deditus (*cf.* dial. 3, 12, 2 episcopis nimio favore . . . -us *imperator*). *al.*

b *pertinet ad res:* **α** *ex auctoritate hominum, deorum sim.* (*inde fatorum l. 51, temporum l. 42, peccati l. 54*): Ⓘ *vario usu: ad iussa sim.* (*sc. per dat.; abl. l. 54, gen. gerundivi l. 48, inf. l. 50; aliter p. 125, 13*): Ov. met. 15, 853 fama . . . nullis . . . -a iussis (Tac. ann. 11, 36, 1. 14, 1, 1 *Poppaea Neronem* pupillum vocare, qui i. alienis -us non modo imperii, sed libertatis etiam indigeret. *al. cf.* Cvrt. 9, 9, 26 imperio temporum -a *natura* [Tac. ann. 12, 1, 1]). Scaev. dig. 26, 7, 57, 1 sententiae (Tert. resurr. 16 p. 45, 28. *cf.* 26 p. 62, 10 iudicio *dei*). Amm. 23, 5, 11 Armeniam Romano iuri -am (*cf. p. 128, 4*). 31, 5, 5 barbaram plebem . . . ut dicioni nostrae -am et concordem (*cf.* Cod. Theod. 13, 4, 4 iudicum . . . potestati [*v. et l. 29*]). Cassian. inst. 8, 13 apostolico . . . praecepto sive evangelio. *ad legem:* Itala Gal. 5, 3 (Rufin. Orig. in lev. 10, 2 p. 442, 13) -us est universae legis faciendae (*gr. ὀφειλέτης . . . ποιῆσαι, Vulg.* debitor, Theod. Mops. *ad l.* -us . . . implere legem). Arnob. nat. 2, 29 p. 72, 9 immortalis animas esse nec fatorum esse -as legibus (Filastr. 79, 5 dei. Ambrosiast. in Rom. 2, 12 [*antea*: subditi . . . legi naturali]. *al. cf.* Cod. Iust. 11, 48, 12, 1 [*imp. Arcadio*] his quae statuta sunt). Cassiod. in psalm. 88, 7 erant -i lege peccati *praedicatores. ad servitutem sim.: per gen.:* Itala Hebr. 2, 15 (Rustic. Conc.^{S} I 4 p. 235, 1) quicumque timore mortis per totam vitam -i erant servitutis (*gr. ἔνοχοι . . . δουλείας*, Vvlg. servituti [obnixii *var. l.*]). Alc. Avit. epist. 51 p. 79, 23 huius obsequii me -um sciens. *per dat.* (*cf. l. 57*): Cod. Theod. 8, 2, 5 pr. (= Iust. 10, 71, 3 pr.) neque ulli . . . ad hoc officium patescat aditus, qui sit -us servituti (Fvlg. Rvsp. praedest. 18. Cod. Iust. 7, 17, 1, 2 et . . . dominio. Lex Burg. lib. const. 3. *al. cf. p. 125, 32*). 13, 6, 1 *obsequio*. Lex Burg. Rom. 22 exceptis his, qui captivitatis iugo tenentur -i. *per abl.:* Cassiod. in psalm. 125, 1 illam *captivitatem*, qua mundus tenebatur -us.

Ⓘ *ad munera publica sim.* (*vectigalia v. p. 126, 24; per dat. praeter l. 75. 83. 84, nota dativ. gerundivi l. 71*): Vlp. dig. 50, 4, 4, 3 qui -us muneribus suae civitatis fuit (Cod. Theod. 10, 22, 6 [= Iust. 11, 10, 4 pr.] civico m. 12, 1, 34 curialibus m. 12, 1, 37 officiis vel m. *al.*). Symm. rel. 29, 1 vendendis solidis, quos . . . publicus usus exposcit, collectariorum corpus -um est (*cf.* 34, 6 primiscrinios urbani officii . . . vel solvendo nomini vel edendae rationi fecit -os). Cod. Theod. 5, 5 (3), 1 (= Iust. 1, 3, 20, 1) censibus adscripti vel iuri patronatus subiecti vel curiali condicioni (condicione *E*) -i clerici (13, 5, 35 navicullariae c. Edict. Theodor. 79. *al. cf.* Epist. pontif. Thiel Gelas. 14, 2 si servilis aut originariae non est conditionis -us *egs.*). 6, 38 (37), 1 (= Iust. 12, 32, 1) si abhorreant a condicione servili vel fisco aut curiae -i non sint (7, 1, 5, 2. 8, 7, 5 pr. *saepe. cf.* 12, 1, 23 coetibus curiarum. 12, 1, 74, 5 curiali origini [*Mommsen*, origine *cod.*]. *v. praeterea l. 73. 81. p. 128, 5*). 8, 4, 7, 1 (= Iust. 1, 3, 4, 1 *a. 361*) si . . . -i ratiociniis vel necessitatibus non sint *beneficiarii* (8, 7, 11 [= Iust. 12, 59, 1] chartis ac r. publicis. *cf.* Interpr. cod. Theod. 12, 1, 124 curiae necessitatibus). 8, 4, 8 pr. cursui veredorum. 8, 4, 16, 1 (= Iust. 12, 57, 7, 1) huic (*i. primipili; cf. p. 128, 1*) functioni (10, 19, 15, 1 loca. *al. cf.* 11, 24, 6, 3 ad f. *homologorum*. 13, 6, 9 ad debitam f.). 8, 4, 30 pr. (= Iust. 12, 57, 12 pr.) cohorti (*cf. 1* cohortalis vel subiectus cohorti). 12, 1, 11 primipilo (*al. cf. p. 127, 82*). 12, 1, 46 sacerdotio. 12, 1, 137 pr. qui municipibus genere aut actu tenentur -i (*ipsis hominibus ut*: 13, 5, 2 pistoribus). 13, 6, 3 naviculario iuri (Cod. Iust. 4, 61, 13, 1 ordinum civitatumque. *aliter p: 127, 44*). Novell. Valent. 3, 3 curialitatis oneribus. *al.*

β ex qualibet rerum vi, potentia sim.: Ⓘ *per casus:* Ⓐ *dat. vel abl.* (*certum l. 56; dat. gerundivi l. 31*): Cato orig. 83 milites . . . in locum insinuant fraudi et perniciei -um (Frontin. aq. 110 f. aquariorum). Hor. sat. 2, 7, 8 pars *hominum* . . . modo recta capessens, interdum pravis -a ([*antea 6*: vitiis gaudet]. *cf.* Val. Max. 9, 9 praef. vitio [Sen. epist. 83, 10. 108, 36. *al. aliter p. 124, 72*]. Sen. dial. 4, 23, 3 irae [*cf. l. 16*]. 5, 4, 5 *iracundiae*. Tac. ann. 3, 34, 3 libidinibus [*cf. p. 124, 63*]. 3, 58, 3 non aemulationi, non odio aut privatis adfectionibus -um. Apvl. Socr. 148 turbationibus mentis. *al.*). Aetna 286 ventis (Tib. 2, 4, 9 Colvm. 3, 12, 6. 4, 24, 18 magis. *al. cf.* Colvm. 3, 1, 10 procellis. 10, 75 verberibus gelidis iraeque -a cauri *terra*. Lvcan. 5, 379 boreae. Avien. ora 539 flabris. *sim. al.*). Ov. met. 11, 742 fatis -us isdem . . . mansit amor (Lvcan. 9, 336 Mart. 9, 86, 9. *al.*). 14, 600 quaecumque -a morti *sint*, abluere (Tert. resurr. 13 p. 42, 5 et vitae et m. Cypr. Demetr. 26 p. 370, 26. *al. cf. l. 55. 64*). Pont. 1, 8, 73 terra . . . nulli . . . -a bello. Liv. 1, 31, 6 ut . . . repente omnibus magnis parvisque superstitionibus -us degeret *Tullus Hostilius* (Tac. hist. 5, 13, 1 *opp.* religionibus adversa *gens. cf.* Tert. idol. 9 p. 38, 4 idololatriae. Priscill. tract. 1, 16 nullae similitudini idolicae infelicitatis). 9, 18, 18 multis casibus non solum -um, sed etiam offerentem se *Alexandrum Magnum* (Tac. ann. 14, 55, 4 Vlp. dig. 4, 4, 11, 5. *al. cf.* Tert. anim. 22, 2 p. 335, 24 liberam arbitrii, accidentiis -am *animam*). 26, 38, 2 spei liberam vel -am timori . . . fidem. 40, 45, 1 arbores quae -ae frigoribus sunt (Plin. nat. 8, 201. 18, 135. *cf.* 18, 145 pruinis). 45, 19, 15 iniuriis (Sen. dial. 2, 3, 5 sapientem nulli esse i. -um. Cels. praef. 58 magis. Colvm. 1, 8, 17 magis -i perpetiendis i. Qvint. inst. 1, 3, 17 aetatem infirmam et i. -am. *al.*). Sen. suas. 6, 6 corpus fragilitatis caducae, morbis -um, casibus expositum (Cels. 1, 3, 26 maxime. 1, 9, 6. *al.* Plin. nat. 17, 221 mespila . . . in senecta -a [obnixa *d*] ei m. *al. cf.* Val. Max. 9, 2 ext. 11 adversae valetudinis incommodis. Cels. praef. 71 magis -a offensis infirmitas). Phaedr. 2, 7, 14 magnae periclo sunt opes -ae ([*opp. 13* tuta]. Plin. epist. 3, 14, 5 quot p., quot contumeliis, quot ludibriis simus -i [*opp.* securus]. Fronto p. 204, 5 v. d. H. [= p. 214 N.] diligentiam magis p. -am. Cypr. epist. 59, 2 p. 667, 26 terroribus et p. [*cf. p. 125, 30*]. *cf.* Amm. 28, 5, 14 discriminibus [*al.*]). Colvm. 9, 6, 2 ignibus (9, 6, 4 vel i. vel furibus [*v. p. 127, 23*]. *cf.* Svet. Aug. 28, 3 urbem . . . inundationibus incendiisque -am. Ser. Samm. 104 flammis [*al.*]). Plin. nat. 17, 87 vermiculationi. Tac. hist. 3, 55, 3 infidis consiliis -us *Vitellius*. ann. 14, 40, 1 Domitius Balbus erat . . . simul longa senecta, simul orbitate et pecunia insidiis -us. Svet. Iul. 45, 2 iocis. Tib. 54, 2 criminationibus -os. Ps. Apvl. herm. 1 veritati aut falsitati -a *species orationis* (Mart. Cap. 4, 388. 395). Tert. resurr. 62 p. 123, 23 non magis sollemnibus carnis -i *homines angeli facti* . . . quam angeli *eqs.* Sol. 15, 30 ne duritia . . . -um fragilitati (fragilitate *S*) magis faciat *crystallum* (Rvfin. hist. 1, 2, 18 vitam mortalem et f. -am [*gr. ἐπίκηρον βίον*]). Paneg. 2, 4, 3 nec austrinis -a aestibus nec arctois subiecta frigoribus *Hispania*. *al. accedit dat. personae* (*vix conferas p. 126, 14*): Vvlg. II reg. 19, 28 (*Mifiboseth dicit regi David*:) neque . . . fuit domus patris mei nisi morti (morte *var. l.*) -a domino meo (domine mi *var. l.*) regi, tu autem posuisti me servum tuum inter convivas mensae tuae (*cf. l. 19*). *per abl. certum* (*cf. l. 49. 55*): Cael. Avr. acut. 3, 9, 99 causa passionis est canis rabidi morsus vel . . . ceterorum . . . animalium quae sint simili rabie -a. Vita Roman. rec. (BHL 7306) 6$^{extr.}$ ut curarentur a diversis languoribus, qua tenebantur -i *aegroti homines*. Ⓑ *gen.:* Tert. adv. Marc. 4, 21 p. 490, 23 quomodo ille erit -us confusionis, qui eam non capit? (Cassiod. Ios. antiq. 19, 82 [*Niese in app. ed. gr.*, confusioni *ed.*, *gr. aliter*]). Avell. p. 672, 8 nomen -um religionis (*sc. episcopi*). Caes. Arel. serm. 81, 1 opera mortis (morti *var. l.*) -a et luxuriosa.

Ⓘ *per praepositiones* (*v. etiam p. 127, 9*): Plin. nat. 2, 197 ad tales casus (*sc. ad terrae motus*). Flor. epit. 3, 20, 1 per fortunam in omnia -i *servi*.

Ⓘ *per enunt. vel inf.* (*aliter p. 125, 20. 127, 50*): Plin. nat. 16, 189 *robur* -um . . ., ut torqueat sese. Tac. dial. 10, 5 minus -um . . . offendere (offensae *Acidalius vix recte, cf. l. 36*) poetarum quam oratorum studium.

2 *nude* (*vergit ad varias notiones, in quibus sunt 'demissus, humilis' [ex. gr. l. 77. 78. 79. 81. p. 129, 3. 9. 14. 15], 'infirmus, debilis'* [*ex. gr. p. 129, 5. 11. 12. 18. 20. 22*]): **a** *pro adi.* (*in abl. absol. l. 75 bis. p. 129, 12. 13*): Sall. epist. Mithr. 13 omnibus aliis -is *sociis*. Iug. 31, 3 inimicis. Ov. met. 5, 235 os timidum vultusque . . . supplex submissaque manus faciesque -a *Phinei* (*cf.* Ps. Brvt. Cic. ad Brut. 1, 17, 6 Cicero . . . supplex et -us). Liv. 1, 50, 4 ut, si iugum acceperint, -os *cives* premat *Tarquinius Superbus*. 6, 28, 7 pace -a (9, 10, 4). 6, 34, 3 -os summiserant animos (Plin. nat. praef. 23 -i . . . a. et infelicis ingenii). 23, 12, 9 aut superbus aut -us videar, quorum alterum est hominis alienae libertatis obliti, alterum suae. 36, 32, 6 quodcumque nudavit *testudo*, -um atque infirmum habere *video* (*cf.* Ps. Qvint. decl. 13, 11 premetur . . . -a infirmitas et paucorum dominio subiecta plebes triste servitium per-

[Kuhlmann]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

feret). 42, 46, 4 quae, *i. dignitatem atque opes*, serva atque -a fore (*cf.* PHAEDR. 3 praef. 34 servitus -a [FAVST. REI. grat. 1, 16 p. 51, 13 catenas -ae s. *postea*: devotae ... vincula caritatis]). *al.* VAL. MAX. 3, 2, 11 in victoria -us *Poenus a victo mutilatus*. SEN. dial. 6, 22, 1 labant humana ... neque ulla pars vitae nostrae tam -a aut tenera est quam *eqs.* 9, 1, 2 nec ... liberatum me eis, quae timebam ..., nec rursus -um (*cf.* epist. 65, 21 in hoc -o domicilio [*sc. corpore*] animus liber habitat. GELL. 16, 13, 9 condicio ... -a [obnixa *Q*] et minus libera. APVL. flor. 18 p. 86 modestia -a ..., veritas l. CASSIOD. var. 12, 10, 1). CVRT. 10, 9, 18 torpentes et -os *milites*. PETRON. 114, 3 aquilo ... convertebat huc illuc -am ratem. PLIN. nat. 2, 22 sortis. 14, 21 *vitis*. 14, 27 floris. 31, 60 corporibus magis -is (APVL. Socr. 126 brutis et -is c.) TAC. ann. 15, 38, 3 -a urbe. AVSON. 350, 4 p. 207, 22 P. suscepi *opus* ... similis recusanti feliciter ... et -us gratiam tenui nec ... offendi. 406, 41 p. 240 P. tenore fari -o. AMBR. in Luc. 4, 31 quanto magis, qui saeculum quaerit, -us est. HEGES. 4, 20 p. 273, 12 *Nymphidium et Gemellinum* vilis condicio -os fecerat. AVG. in psalm. 47, 9, 1 quod ausus sit usurpare constantiam nec -am consideravit naturam. CANON. Turner I p. 331, 105 perfectus semper perseverare monstratur *deus*; augmentum ... minor accipit et detrimentum mortis res -a sentit. CONC.^{S} I 5 p. 140, 14 humanitatem ... -am (*gr. I 1, 7 p. 62, 12 ἀπαρρησίαστον*). *al.*

b *pro subst.*: *masc.*: SEN. benef. 4, 18, 2 quae *res* illum -um (*i. naturae proditum*) validissimum facerent. TAC. hist. 1, 1, 1 neutris *scriptoribus* cura posteritatis inter infensos vel -os. SVET. Tib. 12, 2 -um et trepidum egit *Tiberius*. COD. Theod. 11, 17, 1 *equi* a colonis atque -is exiguntur (*de eis, qui iure liberi non sunt, ut*: EPIST. pontif. Thiel Gelas. 16, 1. EDICT. Theodor. 152 de -i sui morte). *neutr.*: AMBROSIAST. in Rom. 2, 24 rec. α Iudaeos pro -is (noxiis β) suis tradendos. CASSIOD. in psalm. 68 concl. damnata beavit, perdita restituit, -a liberavit *Christus*.

? **II** *i.q. damnosus, noxius*: FRONTO p. 54, 15 v.d.H. (= p. 59 N.) invidia perniciosum inter homines malum maximeque internecivum, sibi aliisque pariter -um. Ps. HIL. epist. ad fil. 4, 2 nihil ... in se habet *margarita*, quod sit -um (*E*, noxium *U* [*recte?*]) corpori.

adv. **obnoxiē.** **1** *fere i.q. per culpam*: PLAVT. Stich. 497 perii hercle vero plane, nihil -e (GELL. 6, 17, 4 *ad loc. opponit falso* plane *et* -e). **2** *fere i.q. humiliter*: LIV. 3, 39, 1 magis oboedienter ventum in curiam esse quam -e dictas sententias accepimus.

deriv.: obnoxietas, obnoxio, obnoxiosus (-e).

obnūbilātio, -ōnis *f. ab* obnubilare. *i.q. actus obnubilandi, obscuratio*: AVG. serm. coll. Morin p. 336, 15 ille dies *septimus* ... non habet vesperam, quia sine ullo incursu atque -e tristitiae ... traicit sanctos in octavum diem, hoc est beatitudinem sempiternam.

obnūbilo, -āvī, -ātum, -āre. *ab* ob *et* nubilare. [*confunditur in codd. c.* obnubere: *v. p. 130, 43.*]

i.q. quasi nube obducere, nubilum reddere, obscurare sim.: **1** *transitive*: **a** *proprie*: APVL. met. 9, 24, 3 odore sulpuris iuvenis inescatus atque -tus. *de imagine obfuscata*: CIL XIV 4314, 2 deum ... in velo formatum et umore -tum marmoreum ... fecit.

b *in imagine*: GELL. 1, 2, 5 oris ... et vultus serenitatem ... aegritudine -ari (AVG. catech. rud. 10, 14 mentis. epist. 36, 1, 2 ne tempestate contentionis s. caritatis -et *luctatio*. *cf.* conf. 3, 1, 1 venam ... amicitiae conquinabam sordibus concupiscentiae candoremque eius -bam de tartaro libidinis. LEO M. serm. 41, 1 p. 272^{C} animi puritatem et speculum mentis. ENNOD. dict. 13, 3 p. 465, 10 qui claritudinem non stili luce commendat, -at). PAVL. NOL. carm. 24, 664 quibus *Iudaeis* tegebat corda velamen sacra -ans mysteria; at nos remoto litterae velamine in luce corporis sui enubilatam veritatem cernimus. AVG. conf. 2, 2, 2 exhalantur nebulae de limosa concupiscentia carnis ... et -bant atque obfuscabant cor meum (*cf.* PRIMAS. in apoc. 2, 5, 1 p. 828^{A} velamento pudoris -atur [*cf. p. 131, 8*] *anima*). 4, 14, 23 -atur ei *animae* lumen et non cernitur veritas (c. Petil. 2, 21, 47 o ultrix furoris caecitas oculorum, persequentis l. -as. *cf.* mor. eccl. 1, 35, 79 lucem scripturarum vanis umbris -are. GREG. M. moral. 16, 12 p. 1126^{D} radium ... intellectus). PASS. Paul. 10 relinquite tenebras ignorantiae et erroris, quarum caligine -atur intelligentia vestrae nobilitatis.

c *translate*: *α in malam partem sc. utcumque deteriorem reddere, hebetare, attenuare sim.*: AMM. 16, 1, 5 praeclarae ... indolis *Iuliani* rudimenta ... multis (*neutr. subst.*) -antibus. 22, 10, 6 ni ... errans ... aliquotiens -ret gloriarum ... cursus *Iulianus*. 27, 6, 15 virtutem ... actibus pravis. 28, 4, 2 -bat haec omnia (*sc. Olybrii virtutes*) vitium. AVG. civ. 9, 4 p. 373, 28 D. sapientiam ... errore -ant aut labe subvertunt (*postea*: salva serenitate sapientiae. de serm. dom. 2, 6, 21 nullo errore -ante s.). cons. euang. 3, 2, 7 maxime eorum -atur intentio, cum adversus euangelium animo induuntur hostili. c. Iulian. op. imperf. 1, 141 verba apostolica -are, clara et recta pervertere. GREG. M. moral. 9, 29 motus ... animi, dum inter vota et vitia alternant, ... certitudinem exauditionis -ant. 23, 31 obstaculum ... veritatis est tumor mentis, quia, dum inflat, -at (*sc. veritatem, nisi mentem*).

fere i.q. detrectare: GREG. M. dial. 1, 10 p. 61, 17 M. idcirco bona facere student, ut gratiam alienae operationis -ent. *-atur animus sim., fere i.q. obcaecare, confundere, turbare* (*v. etiam l. 79*): AVG. pecc. mer. 1, 36, 67 p. 67, 17 mentem ... -at defendendae suae sententiae pervicacia (GREG. M. moral. 4, 32 sicut caligo nebulosa congerie obscurat diem, ita confusio perturbationis cogitationibus -at m. [*per similem comparat.*: 4, 35 maerore m.]. 10, 21 vanitas m. -at, iniquitas caecat). GREG. M. moral. 8, 90 animum reatus -at (*postea*: iniquorum confusio). 25, 22 deus cor peccantis -at (*antea*: caecata mens). *β in neutram partem, fere i.q. velare, condere*: POMER. 3, 14, 1 p. 494^{B} ut ... turpitudinem suae conversationis -ent, honesta praedicare non cessant. GREG. M. moral. 18, 67 dum ... malitiam quisque tegit in corde, ore autem blandimenta exhibet, dum cogitationes suas duplicitate -at.

? **2** *intransitive*: APVL. met. 8, 8, 4 horruit *Charite* ... et velut ... fulmine percussa corruit corpus et -vit animam (*cf. v. Geisau, IF 36, 1916, 83 sq., aliter vol. IV 1061, 11*).

deriv.: obnubilatio.

[obnūbilus, -a, -um *var. l. falsa pro* nub- ENN. scaen. 109.]

obnūbimentum, -ī *n. ab* obnubere, *cf.* obumbramentum. *i.q. obnubilatio, obscuratio*: COMPVT. Carth. 2, 14 lunae ... sidus edidit *Christus*, ut ... tenebrarum -a tenuaret (*cf. Hilarian. pasch. 6* ut ... noctis tenebras temperaret *luna*).

obnūbo, -nūbī (-nūv- *l. 29. 34*, *?* -nuī *l. 32. 34*, *?* -nups- *l. 34. 84*), -nuptum (-btum *v. infra l. 61*, -nūtum *l. 35*), -ere. *ab* ob *et* nubere *vel* nubes (*v. Walde-Hofmann s. vv.* nubes, nubo *et Ernout-Meillet s. v.* nubo). *de scriptura*: -nuo: CHAR. gramm. p. 477, 25 B. obruo. oblino. -o. obrimo ... obstruo. obsuo. GLOSS. IV 128, 28 (*cod. a*) -it (*explicatur per perf. ut*: 263, 47. V 470, 3. 471, 49. *per praes.*: IV 129, 1. 263, 49. 546, 21. V 228, 3 [*ex* -et *corr.*] *et* 4. 315, 11. 470, 5). 263, 51 -nuito ([*ab*, -nuto *cd*]. V 508, 4. 573, 36 [obruto *et* obruito *Warren*, obnuto *Landgraf*]). V 469, 63 -ere. *v. etiam infra l. 34 et cf.* -nutus *l. 35*. -nuuo: ENNOD. opusc. 1, 3 p. 271, 19 *B* -et (*praes.*). GLOSS. V 470, 8 -it (*perf.*). *fort. etiam l. 34. ad utramque formam cf. Landgraf, ALL 9, 1896, 401. de formis: praes.* -et *pro* -it *in cod. B* ENNOD. dict. 21, 27 p. 490, 25 epist. 8, 35, 1 p. 222, 10. GLOSS. *v. etiam l. 28. de stirpe perf.*: -uit: *v. l. 24. 66.* -bit: *p. 131, 20.* -bisti: VIGIL. THAPS. c. Arian. 2, 15 p. 207^{D}. -berat: ENNOD. dict. 1, 18 p. 428, 8 (*var. ll.* -nuuerat *vel* -nuerat *vel* -nupserat *al., v. et l. 44. 84*). GLOSS. V 36, 4. *p. p. p.* -nutus (*v. etiam l. 26. 27 et l. 61*): GLOSS. IV 129, 6. 263, 50. 546, 23. V 228, 5. 470, 7. *de notione* (*ad* -ere *et* -nuere. *v. etiam l. 66 sqq.*): FEST. p. 170 ('nuptias') Aelius et Cincius, quia flammeo caput nubentis obvolvatur, quod antiqui -ere vocarint (*ibid.* caput eius -ere, qui parentem necavisset, quod est obvolvere). ISID. eccl. off. 2, 20, 6 -ere ... cooperire dicitur (orig. 9, 7, 10. GLOSS.). GLOSS. *συγκαλύπτω*. -it: *σκεπάζει*. obtegit. operit vel tegit. *legitur inde a* STILONE *et* CINCIO (*teste* FESTO *l. 37*), CIC., VARRONE, VERG., LIV. [*variat in codd.* -it *c.* obnubilat SCHOL. Stat. Theb. 6, 551 CLAVD. MAM. anim. 3, 2 p. 156, 3 (*v. etiam p. 131, 8*), *praeterea* -erat *c.* obmiserat, obduxerat, obruerat CASSIOD. var. 4, 24, 1.]

i.q. obducere, integere sim. (*ad veriloquium cf.* nubibus -ere *l. 77, nec non l. 66 et 76*):

I *aliquid vel aliquem aliqua re* (*abl. accedit passim*): **A** *proprie*: **1** *corporis partes veste sim.* (*tropice l. 59*): **a** caput: CIC. Rab. perd. 13 (*cf.* LIV. 1, 26, 6 *et* 11) c. -ito, arbori infelici suspendito (*vetus formula sollemnis. cf.* SIL. 11, 257 -itur atra veste c. [*nisi acc. graec.*] *Decii in carcerem missi*). VAL. FL. 2, 254 excipit artus *patris* -itque c. tacitumque ... rapit *Hypsipyle*. 5, 97 -ens ... c. cineri dat *Mopsus sacrificio fungens* vina vocato. STAT. Theb. 11, 584 durus sanguine crinis -it furiale c. *Oedipodis*. AMBR. Abr. 1, 9, 93 c. -ere ... coepit (*de nubentibus ut*: paenit. 1, 14, 69 velamine [*postea*: nuptiali tecta velamine]. GLOSS.^{L} IV Plac. o 13. *cf. l. 64. 68*). PRVD. apoth. 630 sentit *sol* ... se ... die medio velandum tegmine glauco splendoremque poli periturum nocte diurna orbe repentinis c. -ente tenebris. MACR. Sat. 1, 21, 5 simulacrum *Veneris lugentis* ... fingitur c. -pto (*var. ll.* -bto [-bta *sec. m.*], -uta), specie tristi. MVTIAN. Chrysost. hom. 15 p. 339/340 (*ad mulierem in ecclesia sedentem*) velas te, -is c. tuum.

per ellipsin (*cf.* PAVL. FEST. p. 184 -it: c. operit): AMBR. Abr. 1, 9, 93 inde ... nuptiae dictae, quod pudoris gratia puellae -rent (*antea*: c. -ere [*v. l. 55*]). **b** *alia* (*v. etiam p. 131, 4*): VERG. Aen. 11, 77 arsuras ... comas -it amictu ([SERV. *et* SERV. auct.: velavit, translatio a nubibus, quibus tegitur caelum; unde et nuptiae dicuntur, quod nubentum capita -bantur, id est velantur]. STAT. Theb. 1, 305 -it *Mercurius* ... c. et temperat astra galero). STAT. Theb. 6, 196 ora comis. SOL. 40, 22 oculos ... numquam nictatione -it *chamaeleon* (MART. CAP. 1, 40 peplo. *cf. p. 131, 6*). MART. CAP. 1, 5 humerorum cacumen (*antea*: indutum, invelatum). GLOSS. V 470, 8. -ptus *c. abl. resp.*: IVL. VAL. 1, 4 p. 6, 4 dat *Olympias* sese lectulo et -pta vultu solo oculo ... curiose intendebat *eqs.*

2 *usu vario*: VARRO ling. 5, 72 'Neptunus' quod mare terras -it ut nubes caelum, ab nuptu, id est opertione ..., a quo 'nuptiae' (MACR. Sat. 1, 21, 5 -pta *terra hiemalis* nubibus sole viduata stupet). VAL. FL. 7, 584 fulmineis se flatibus infert *taurus* -itque virum *Iasonem*. CLAVD. carm. min. 27, 78 exercitus *avium* ingens -it vario late convexa meatu. ENNOD. opusc. 1, 3 p. 271, 19 aequora fugacium discursus -it (-uet *B*). *fere i.q. sordidum, squalidum reddere*: ENNOD. dict. 1, 18 p. 428, 8 incuria splendidissima dudum atria situ vetusti umoris -erat. CASSIOD. var. 4, 24, 1 quae *loca* iam longo situ squalor vetustatis -erat (*var. l.* -nupserat. *al. v. l. 45*).

[Kuhlmann]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

B *in imagine et translate (c. variis notionis coloribus)*: SCHOL. Stat. Theb. 6, 551 membrorum pulchritudo venustatem vultus -it (*var. l.* -bilat). AMBR. exc. Sat. 2, 12 utinam sordidata ... tegimenta corporis non speciem sed mentem -rent ([*postea*: obtexitur, tegantur]. *cf.* CLAVD. MAM. anim. 3, 2 p. 156, 3 fallax visus corporalium sensuum ... peccato oculum [*cf. p. 130, 70*] inbecillae mentis -it [*var. l.* -bilat]). AVG. vera relig. 29, 49 anima menti copulatur et velamento pudoris -itur ([*Primas.* -bilatur, *v. p. 129, 61*]. *cf.* MART. CAP. 8, 807 nugales ausus ... culpae velamine licentis -beris). IVLIAN. Aug. c. Iulian. op. imperf. 1, 134 desidiam suam ... colore necessitatis -ere. MART. CAP. 9, 903 virgineum ... -ere sueta *flammea* pudorem. CASSIAN. conl. 9, 6, 3 illa, quae ... honestate quadam videntur -i. ENNOD. epist. 8, 35, 1 p. 222, 10 sereni mella conloquii relata calamitas quasi veste noctis -it. VIGIL. THAPS. c. Arian. 2, 15 p. 207^{D} intentionem legentium taetris quibusdam nebulis -isti; idcirco ... ego lucidius et planius, quae obscura sunt, ... in manifestationem clarissimae proferam notionis. ad *aliquid*: ENNOD. dict. 21, 27 p. 490, 25 calamitas mea sensus tuos ad ... rei intellectus -it.

II *aliquid alicui, fere i.q. imponere*: GLOSS. IV 129, 8 (*om. c*) -bit vestem: circumdedit vestem.

deriv.: obnubimentum.

obnuntiātio, -ōnis *f. ab* obnuntiare. *i.q. actio obnuntiandi vel res obnuntiata (respiciuntur non nisi omina ad res publicas pertinentia; de ipso iure obnuntiandi l. 29. plur.* -bus *l. 28. 29. 31*): CIC. div. 1, 29 M. Crasso quid acciderit, videmus, dirarum -e neglecta. *ibid.* veram ... fuisse -em. 1, 30 non ... -o ... causam finxit calamitatis, sed signo obiecto monuit ..., quod eventurum esset, nisi cavisset. *ibid.* -o nihil valuit. Att. 4, 17, 4 -bus ... interpositis. ad Q. fr. 3, 3, 2 comitiorum ... singuli dies tolluntur -bus. ASCON. Pis. p. 16, 4 -o ..., qua perniciosis legibus resistebatur, ... erat sublata. ARNOB. nat. 2, 67 p. 102, 18 servatis de caelo aut otiosas facitis -bus actiones.

obnuntio, -āvī, -ātum, -āre. *ab* ob *et* nuntiare. *de origination v. l. 42 bis. formae perf. breviores*: CIC. Sest. 78 -asset. Phil. 2, 83 -asti. *de notione (v. etiam l. 42 bis)*: DON. Ter. Ad. 547, 1 proprie -are dicuntur augures, cum aliquid mali ominis scaevumque viderint. [*loco lacunoso*: SCHOL. Verg. Veron. 10, 241 (*ex Sabidio*) -ato a⟨ugurium bon⟩um ⟨sinisterum solisti⟩mum quisqu⟨is vestrum viderit⟩ tripudi⟨a cum⟩ulata.]

i. q. nuntium offerre (fere adversum): **1** *generatim*: TER. Ad. 547 (*loq. Demea*) primus sentio mala ..., primus rescisco omnia, primus porro -o (ab nuncio *G*); aegre solus, si quid fit, fero (DON.: 1. qui malam rem nuntiat, -at; qui bonam, adnuntiat ...; 2. -o malum imminens nuntio, quasi omen nuntio, inde etiam *ἐτυμολογία* huiusce verbi est. SCHOL. Ter. p. 157, 3 contraria nuntio). PACVV. trag. 213 occidisti, ut multa paucis verba ... -em. *c. acc. c. inf.*: ITIN. Alex. 28 obstituros sese -bant *incolae montium*, ni *eqs. c. coni. optat.*: ITIN. Alex. 49 ubi scit Alexandrum ad sese moliri, absit -at.

2 *speciatim in iure publico de auspiciis nuntiandis (v. etiam l. 35. 42)*: **a** *respicitur imprimis ipsa communicatio*: CIC. Sest. 83 cum ... auspiciis religionique parens -ret quod senserat *eqs.* div. 1, 29 non in eo est culpa, qui -vit, sed in eo, qui non paruit (*antea*: dirarum obmuntiatione). **b** *transit in notionem obsistendi, contradicendi, intercedendi sim.*: *c. dat. actionis vel personae agentis, cui obsistitur*: CIC. p. red. in sen. 11 legem tribunus plebis tulit, ne auspiciis optemperaretur, ne -are concilio aut comitiis, ne legi intercedere liceret. Sest. 78 si -asset Fabricio ... praetor, qui se servasse de caelo dixerat (*antea*: victa ... est causa rei publicae ... non auspiciis, non intercessione, sed vi *eqs.*). 79 fretus sanctitate tribunatus ... -vit consŭli (Phil. 2, 83 ementitus es auspicia, obstrinxisti religione populum ..., augur auguri, consul c. -asti [*var. l.* nuntiavisti]). Att. 4, 3, 4 postulat, ut sibi ... in foro -etur. *nude*: CIC. Sest. 33 lata lex est, ne auspicia valerent, ne quis -ret, ne quis legi intercederet, ut omnibus fastis diebus legem ferri liceret. prov. 46 cum lex feratur, de caelo servari, -ari, intercedi licere. Att. 4, 3, 4 summa, nisi Milo in campo -isset, comitia futura. *ibid. iterum* adsequitur inter lucos hominem Milo, -at. SVET. Iul. 20, 1 -antem collegam armis foro expulit. *ibid. iterum* ut ... domo abditus nihil aliud quam per edicta -ret.

deriv.: obnuntiatio. *Kuhlmann.*

obnuo *v.* obnubo *p. 130, 22.*

? **obnuptio** *pro* obductio *coni. sine necessitate ut vid.* CIC. Rab. perd. 16.

? **obnūtisco,** -ere. *ab* ob *et* nutare, *si recte trad. ? i. q. nutu obloqui, renuere*: CHAR. gramm. p. 468, 20 B. obtempero. obrigesco. -o ('= *obmutesco?*' *Barwick*). obduro.

obnūtus *v.* obnubo *p. 130, 35.* **obnuvo** *v.* obnubo *p. 130, 28.*

obobalsamum *v.* opobalsamum. *Sz.*

oboediēns, oboedienter *v.* oboedio.

***oboedientia,** -ae *f. ab* oboedire, oboediens; *cf.* audientia. *de scriptura*: hob-: VVLG. *passim in var. l.* (*e. g.* II Cor. 7, 15. 10, 6. 16, 19 Philem. 21). -aud- *inde ab* ITALA, TERT. castit. 2 l. 34 *A* CLEM. ad Cor. -aed-: VVLG. Rom. 16, 19 *et* GREG. M. dial. 2, 7 p. 90, 15 M. (*in var. l.*). -ed- (*sed cf.* GRAMM. suppl. 298, 10 per diphthongon scribitur): CIL VIII 11331, *ceterum praeter* PLIN. nat. 8, 1 *F*^{2} *inde ab* ITALA *et* IREN. -id-: EVCHER. form. 8 p. 50, 13 *P* THEOD. MOPS. in psalm. 3, 2^{b} p. 17, 19. 39, 7^{b} p. 247, 8 *A. v. etiam l. 2.* -yd-: HIL. in psalm. 2, 43 p. 70, 20 *V.* -ident-: THEOD. MOPS. in psalm. 39, 8^{a} ad p. 247, 25 (*cf. epit. in psalm. 49, 7^{a} ad p. 327, 17*). -oediaent-: HIL. in psalm. 1, 10 p. 25, 17 *V*^{1}. NOT. Tir. 27, 52^{a}. *de notione*: AVG. bon. coniug. 23, 30 p. 225, 13 -am ... dico, qua praeceptis obtemperatur. GLOSS. *ὑπακοή. πειθαρχία. legitur ap.* CIC. *phil. bis*, VAL. MAX. *semel*, PLIN. nat. *bis et saepius inde ab* ITALA; *deest in poesi.* [*variat c.* -itio *passim. confunditur ut vid. c.* abundantia: ITALA Luc. 12, 15 (cod. c) cavete ab omni cupiditate, quia non in -a substantiae alicui est vita sua (*gr. ἐν τῷ περισσεύειν, Vulg.* in abundantia). *corrupt.*: TERT. castit. 2 l. 34 voluntas dei in -am (*sic A*, ob inaudientiam *FNR*, ⟨ei *Adae* de⟩ dei inobaudientia *Kroymann*).]

I *i. q. actus vel virtus oboediendi, obsequium, status subditus animi sim. cf.* RVFIN. Orig. in cant. prol. p. 78, 23 -a et ... observatio mandatorum. 2 p. 156, 10 subiectionem et -am (Orig. princ. 3, 5, 7 [*opp.* regendi ac regnandi]). *nota etiam pleonasmos ut*: FAVST. REI. grat. 1, 3 p. 14, 25 devotae servitutis -am (*cf.* SIGISM. Alc. Avit. epist. 47 -ae famulatum). CAES. AREL. reg. virg. 7 -ae ... obtemperare. *iuxta alias virtutes Christianas (cf. infra l. 83)*: ITALA Sirach 3, 1 (Ps. Aug. spec. 78 p. 573, 3) -a et caritas. IREN. 4, 13, 2 (= 4, 24, 2 H.) pietatem et -am (CIL VIII 11331 ob p. et -am). 4, 17, 4 (= 4, 29, 4 H.) fidem et -am et iustitiam (AVG. civ. 16, 32 p. 175, 26 D. 16. 36 p. 182, 23. p. 183, 13). NOVAT. tit. de humilitate et -a. BENED. reg. 68, 1 suscipiat ... iubentis imperium cum omni mansuetudine et -a. *c. gen. explicat. vel inhaerentiae q. d. (v. etiam l. 17 sq. et cf. p. 133, 40)*: PS. AMBR. symb. p. 193 voluntate misericordiae et -a pietatis (AVG. c. Pelag. 4, 6, 15). VVLG. II Cor. 9, 13 glorificantes deum in -a confessionis (*gr. ἐπὶ τῇ ὑποταγῇ τῆς ὁμολογίας*). I Petr. 1, 22 animas ... castificantes in -am caritatis ([*gr. ἐν τῇ ὑπακοῇ τῆς ἀληθείας*]. AVG. civ. 15, 3 p. 62, 25 D.). GREG. M. epist. 2, 34 militaris devotionis -am. *gr. respondet imprimis ὑπακοή, quod fere non adnotavimus.*

A *usu vario*: **1** *acced. gen. subi. (v. etiam l. 59)*: CIC. parad. 35 (*de servitute*) -a fracti animi et abiecti et arbitrio carentis suo (*cf.* AVG. pecc. mer. 1, 29, 57 mentis). ITALA Rom. 15, 18 (Aug. un. eccl. 12, 31 p. 271, 7, *cf.* VVLG.) gentium. II Cor. 7, 15 (cod. d. *al.* = VVLG.) omnium vestrum. PELAG. in Rom. 5, 19 Christi (RVFIN. Orig. in cant. 2 p. 156, 17. *al. cf.* AVG. civ. 14, 15 p. 36, 7 D. secundi hominis *sc. Christi*). RVFIN. Orig. in cant. 2 p. 156, 18 eius *ecclesiae*. AVG. civ. 14, 15 p. 36, 3 D. Abrahae ... magna -a praedicatur (c. Faust. 12, 38 eius *A.*). 14, 24 p. 50, 26 homo potuit -am ... inferiorum habere membrorum. serm. 277, 7, 7 volentis. SACR. Leon. 961 subditorum (*opp. moderatio gubernantium ut* 983). 997 gregis. GREG. M. dial. 2, 7 p. 90, 15 M. illius *Mauri*. BENED. reg. 2, 6 discipulorum. *al.*

b *-entur homines, sensus, animi*: *α verbis, opinione, persuasione sim.* (*hic illic accedit color sub 2 illustratus, maxime l. 50*): Varro Men. 216 meae aures abs te -entur (Liv. 40, 20, 5). Cic. orat. 210 qui audit, ab oratore iam -ssus est ac tenetur. Sen. Phaedr. 560 *femina* scelerum artifex -edit animos (*cf.* Ivst. 42, 4, 15 paelices ... animum senis). epist. 95, 4 opiniones ... pravae. Lvcan. 6, 501 Phoebe ... diris verborum -ssa venenis. Cod. Theod. 2, 19, 2 (= Iust. 3, 28, 28, 2) mater inhonestis factis atque indecentibus votis filium ... -edit. Cassiod. hist. 4, 5, 4 huiusmodi verbis levissimam -entes imperatoris intentionem (*Theodoret. 2, 4, 1* πολιορκήσαντες). *β affectibus sim.* (*cf. l. 65*): Cic. p. red. in sen. 3 cum vi, ferro, metu -ssi teneremini. Sen. Ag. 136 mentis -ssae *cupidine*. dial. 7, 11, 3 multos ... voluptatibus -ssos. Petron. 99, 3 *ira* mentes -et (*i. in mentibus haeret*). Tac. dial. 29, 3 *favore et studiis*. Cypr. zel. 7 p. 423, 27 *livore*. Lampr. Diad. 1, 2 maeror (Vita Hil. Arel. 29 l. 8). Dict. 3, 23 desiderium. Prvd. ham. 61 vim mentis ... stupor -et. Cypr. Gall. Ios. 56 pallor. Cassiod. Ios. antiq. 2, 44 dum vehementer -retur a passione *uxor Pharaonis* (*gr.* πολιορκουμένη). Vita Marcell. Ebred. (BHL 5227) 19 spes. *γ vitiis, criminibus sim.* (*sc. propriis*): Sen. Herc. f. 1112 pectora tantis -ssa malis. epist. 95, 36 mala consuetudine. Firm. math. 1, 7, 28 vitiis (Victric. 16. Evcher. pass. Acaun. 2 p. 165, 16 avaritia, libidine ... ceterisque v. -ssus. *abl. suppl.*: Prvd. psych. 14 -sso in corpore). Hier. epist. 2, 2 -ssum omni crimine caput. Val. Cem. hom. 16, 2 errore. Drac. laud. dei 2, 117 clade furoris (*i. peccato*).

2 *praevalente notione circumdandi, premendi, urgendi sim.* (*fere passive; cf. etiam l. 45*): Cic. Vatin. 16 -sso atque adflicto tribunatu. Att. 14, 14, 5 eorum scelera, a quibus ... -emur. Caes. civ. 1, 84, 1 omnibus rebus -ssi (Ivst. 29, 4, 9). Liv. 9, 31, 2 fame (Rvfin. hist. 2, 12, 1 Clavd. 21, 279). Sen. Tro. 989 cunctis ... -ssa ... cladibus *Hecuba*. clem. 1, 8, 2 -et te *fortuna necessitate*. benef. 1, 11, 3 *pericula* vitam -ent. epist. 19, 11 occupatus homo et bonis suis -ssus (*i. captus*). Tert. nat. 2, 1, 5 ingenti manu veritas -etur. 2, 9, 22 -ssam castitatem *Penelopae*. Cypr. mortal. 4 p. 299, 14 -ssa mens hominis et undique diaboli infestatione vallata. Priscill. tract. 4, 76 sensuus ... intra angustias ... imbecillitatis -ssos. Greg. M. in Ezech. 1, 9, 9 afflicti, -ssi, conclusi. *quasi reflexive*: Paneg. 12, 14, 2 ipsa se ... hominis -bat ignavia (*intellege: ignavia hominem depressum tenebat*).

III *deponens*: Cassiod. hist. 11, 15, 11 Romani Persas ... clausos fortiter -bantur (*sic codd., sed* -bant *C corr. et edd.; Socrat. 7, 18* ἐπολιόρκουν). Greg. Tvr. vit. patr. 8, 11 ab -ssis spiritibus (*i. q. qui mentem occupaverant, cf.* insessus *vol. VII 1, 1888, 5*).

part. praes. ***obsidēns** (*vix* -sīd-), -entis *pro subst.* (*m. plur. praeter l. 5 bis. 6. 10*). *i. q. obsessor* (*usu milit. praeter l. 10*): Liv. 5, 26, 9 cum ... copiae ... largius obsessis quam -bus suppeterent (6, 33, 9. 9, 4, 9 obsessi in -es eruperunt. *al. sing.*: 9, 23, 7 obsessi magis quam -is modo. 23, 37, 5 obsesso quam -i similior. Sidon. epist. 5, 12, 2 obsessorum civium ... gratiam, ... -is invidiam). 5, 43, 5 ut -bus frumentum ... praeberent. *al.* Vell. 2, 125, 4 *Drusus post seditionem* his ... gladiis, quibus obsessus erat, -es coercuit. Sen. dial. 7, 26, 3 Tac. ann. 1, 57, 3. 3, 39, 6. *al.* *de daemone*: Evagr. vita Anton. 64 furor iste -is est, non obsessi.

?adv. **obsidenter** *v.* obsenter.

part. perf. ***obsessus,** (-a), -um *pro subst.* (*vi participii magis servata l. 21. 24. 30; c. gen. l. 42*). **1** *i. q. circumsessus, occupatus sim.*: **a** *masc.*: *α de oppugnatis* (*opp.* obsessor *p. 220, 5,* obsidens *l. 3, ubi et sing. bis*): Liv. 5, 4, 10 urgemus -os. 5, 40, 4. 6, 3, 3 fortuna -orum. 23, 19, 4 ferre auxilium -is. 23, 30, 2 -os ... fames expugnavit. *al.* Fest. p. 190 qui obsidione liberavit ... -os (*agit de corona obsidionali ut* Plin. nat. 22, 8). Sen. dial. 10, 18, 5. epist. 66, 13 magnus ... -orum animus. Cvrt. 4, 3, 19. *al.* Lvcan. 4, 502 Plin. nat. 22, 9 Sil. 12, 428. *al.* *β de captivis* (*sing. praeter l. 22*): Sen. contr. exc. 9, 5 (*ad p. 223, 8*) -⟨i⟩ a latronibus ... coniugem. Amm. 26, 6, 14 in modum tenebatur -i. Novell. Valent. 21, 2, 1 velut -os ... custodire languentes. *γ de eis, qui malis quibusdam tenentur*: Lvcan. 5, 450 languore profundi -is (*i. retentis tranquillitate aëris ut*: Apvl. Socr. 18 p. 159 desidibus et -is *Graecis Aulide*). Paneg. 4, 33, 3 calamitate -is. Hil. in Matth. 15, 5 -i vario genere morborum. Caes. Arel. serm. 184, 7 multis criminibus. *δ de daemoniacis* (*sing. l. 10. 28. 32*): Evagr. vita Anton. 64 cum ... -us ... vehementer eum impulisset (*v. etiam l. 10*). Svlp. Sev. dial. 1, 25, 2 immundis spiritibus -os ... curabat (Vitae patr. 3, 34 p. 761^{C} a daemonibus -os. Evgipp. Sev. 46, 6). Greg. Tvr. Franc. 1, 20 p. 17, 11. Constantivs vita Germ. 7 -us recepit sospitatem. Pass. Caloc. (BHL 1534) 4 daemonia eiecit ab -is.

b *neutr.*: *α de regione occupata* (*plur.*): Colvm. 1 praef. 8 per -a maris. *? β de insidiis* (*sing. et plur.*): Vita Anton. 5 p. 20, 23 hoc ... sunt -a (obsesas *cod.* s *finali supra lineam scripta,* obsessas *vel* obsedias *pro* obsidias *suspicatur Hoppenbrouwers*) ipsius *diaboli* circa iuniores (*Migne gr. 26, 848^{B}* τὰ ... ἔνεδρα). Gloss. II 298, 28 -um: ἐνέδρα (*an per acc. ad p. 220, 14?*).

2 *i. q. obses* (*cf. l. 20 et p. 226, 3*): Renatvs Greg. Tur. Franc. 2, 8 p. 51, 12 (*verba Frigiredi*) Aetius ... tribus annis Alarici -us (obses *var. l.*).

deriv.: obseditio, obses, obsessio, obsessive, obsesso, obsessor, obsessus (-ūs), obsidiae, obsidio, obsidior, obsidium, obsiduanus.

obsidiae, -ārum *f.* *ab* obsidēre, *cf.* insidiae. [*vix add. l. 37.*] *i. q. obsidiones, insidiae sim.*: Comm. instr. 2, 3, 13 inibi (*sc. in civitate caelesti*) ... -ae nullae ... neque rapinae.

obsidiālis, -e. *ab* obsidium, *cf.* obsidionalis (*q. v.*). *i. q. obsidionalis*: Liv. 7, 37, 2 gramineam coronam -em (*de var. l.* -sidion- *v. Drakenborch ad l.*). Itin. Alex. 19 -bus (*trad.*, -sidion- *Mai*) machinamentis. Heges. 5, 20, 2 -ium (subs- *var. l.*) instrumenta machinarum.

obsidiānus *v.* obsianus.

1. *obsidio, -ōnis *f.* *ab* obsidēre. op- *in tit.* CIL I^{2} p. 196 n. XXI 11 XIV 3608, 24, *in pap.* Carm. de bell. Aeg. 63. *plur.*: Val. Max. 5, 1, 5 Sen. epist. 17, 6 Plin. nat. 11, 196 Tac. ann. 15, 4, 3 Liv. perioch. 107 p. 104, 18 Treb. Gall. 4, 6 Firm. math. 8, 31, 3 Amm. 28, 4, 12 Clavd. Don. Aen. 10, 25 p. 294, 28 Veg. mil. 4, 27 Avg. c. Iulian. 3, 1, 5 Iord. Get. 214 Greg. M. in euang. 21, 7 Vita Caes. Arel. 1, 32 (*?*). *de notione*: Cassiod. in psalm. 21, 13 l. 293 quasi hostium insessio, id est hostilis circumdatio. Gloss. περιχάθισις ἢ πολιορκία. obsessio. *legitur in poesi post* Plavtvm *et* Ennivm *inde a* Verg., Ov., Carm. de bell. Aeg., Lvcan.; *in prosa oratione inde a* Cic., Caes., Sall., Nep., Liv.; *cf. etiam p. 226, 40.* [*de confusione c.* obsidium *v. p. 225, 35. 226, 48, c.* obssessio *p. 219, 46. e coni.* Inscr. column. rostr. (CIL I^{2} 25) 1.]

I *i. q. actio obsidentis vel status obsessi* (*de metonymiis v. l. 72 et p. 226, 7*): **A** *usu originario i. q. obsessio*: **1** *in re militari*: **a** *strictius de circumsessione oppugnantium: iuxta ponitur* oppugnatio *saepius; disting. e. g.* Caes. *l. 83.* Liv. 5, 2, 1 spes maior ... in -e quam in oppugnatione. 21, 8, 1. 23, 19, 2. *iuxta voces ut* vallum (Verg. *p. 225, 2*), circummunitio (Caes. *p. 225, 1*) *transit in vim metonymicam q. e. munitio sim. (cf. etiam* aedificare -em Lvcif. reg. apost. 7 p. 52, 10; *v. p. 219, 66). accedunt adi.*: longinqua Caes. Gall. 5, 29, 7 Liv. 2, 14, 3, diuturna Ov. fast. 6, 352 Liv. 25, 13, 1 Frontin. strat. 3, 15, 6, longa Liv. 21, 11, 12 Cvrt. 4, 2, 15. *al.*, diutina Liv. 30, 9, 4.

α notabiliora selecta: Plavt. Most. 1048 ex -e ... eduxi manuplaris meos. Enn. scaen. 175 -em obducere. Cic. Mur. 20 urbes partim vi, partim -e cepit (*cf.* Caes. Gall. 7, 69, 1 expugnari). Phil. 5, 51 Brutum -e liberandum (13, 25 *verba Antonii. al.* CIL I^{2} p. 196 n. XXI 11 Caes. Gall. 5, 49, 6 Nep. Timoth. 1, 3. *et saepius*). Caes. Gall. 5, 49, 1 -em relinquunt (Liv. 5, 48, 7. 32, 18, 3. *cf.* Sil. 14, 186 omissa -o). 7, 32, 2 -e premere *hostem* (civ. 3, 9, 4 uno tempore -e et oppugnationibus. Verg. Aen. 8, 647 Ov. fast. 6, 368 Liv. 25, 23, 2. *al.*). civ. 1,

[Lossau]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

19, 5 -e atque ... circummunitione. 3, 31, 3 Bibulum in -e habuerant (*cf.* VERG. Aen. 9, 598 non pudet -e ... valloque teneri ...? [10, 109]). BELL. Alex. 61, 6 clausus -e (NEP. Epam. 8, 5 VAL. MAX. 7, 6, 2 LVCAN. 3, 343. *al.*). SALL. hist. frg. 2, 93 exemp⟨ti⟩ -e (LIV. 9, 21, 3. 24, 41, 6. 31, 14, 3. *al.*). NEP. Eum. 5, 6 cum ... in -e fuisset (LIV. 23, 37, 1. 24, 40, 7). VERG. Aen. 3, 52 cingi ... urbem -e (IVST. 9, 1, 2. 13, 5, 8. *al.*). OV. fast. 2, 722 longas patitur -e moras. LIV. 3, 5, 5 -em passus (37, 53, 16. 44, 30, 8 CVRT. 4, 2, 11. *cf.* TAC. ann. 12, 30, 1 -is impatientes). 4, 10, 1 solvendae -is (24, 41, 11. *al.* CVRT. 4, 4, 1 FRONTIN. strat. 1 praef. 2. *cf.* SIL. 1, 582 laxata -o). 5, 17, 6 ut Veios ... ex -e eriperent (8, 33, 14. 22, 60, 11). 9, 16, 7 ad -em tolerandam (36, 24, 10. *al.* CVRT. 4, 5, 22 FRONTIN. strat. 2, 9, 5. *al.*). 31, 16, 8 cum ... vix sustinerent -em (32, 16, 12. 34, 37, 5. 38, 29, 8 SEN. epist. 66, 13). *et saepe.* *de -e maritima*: LIV. 26, 43, 1 maritimam (31, 40, 10). 30, 10, 2 naves ... ad -em versae. 35, 51, 9 (*cf. p. 223, 1*). FRONTIN. strat. 3, 9, 8 in -e ... maritimae urbis. FLOR. epit. 2, 15, 10 terra marique fervebat -o. PANEG. 8, 7, 3 (*clauditur portus*).

β gen. -is *pendet ex subst.*: CIC. Manil. 20 *urbem* -is periculis liberavit (POMP. Cic. Att. 8, 12^{a}, 2). Phil. 11, 26 metum (LIV. 25, 41, 7. 31, 5, 8. *al.*). CAES. civ. 3, 47, 1 tantis munitionibus et toto -is genere (BELL. Alex. 61, 2). 3, 47, 2 causa. LIV. 4, 61, 2 initium (*cf.* perioch. 5 p. 10, 25 finem). 5, 6, 12 taedio (5, 44, 5). 5, 48, 1 fames (PLIN. nat. 18, 84 OROS. hist. 6, 21, 5. *cf.* IVV. 15, 96 egestas. CASSIOD. var. 3, 21, 1 penuriam). 5, 52, 12 per tot menses -is (*cf.* VVLG. Ezech. 5, 2 dierum -is. RVFIN. hist. 5, 12, 1 tempora Hadrianae -is [*gr. πολιορκίας*]). 25, 13, 1 malum diuturnae -is (CVRT. 8, 10, 10). *al.* CVRT. 7, 11, 5 fortunam (*cf.* AMM. 23, 5, 20 casus). TAC. Agr. 22, 2 moras (IVST. 9, 1, 5 IORD. Get. 214 -um. *cf.* OROS. hist. 1, 17, 3 diuturnitatem). *al.*

γ indicatur obsessor: ① *per gen.*: CIC. Font. 46 -e hostium liberata *colonia* (LIV. 6, 11, 4 VITA Caes. Arel. 1, 30). VAL. MAX. 7, 6 ext. 1 Metelli. 7, 6 ext. 3 Pompei. IVST. 41, 6, 4 Demetrii. FILASTR. 21, 4 Persarum et Assyriorum. AMM. 15, 8, 19 barbarorum. HIER. in Hab. 2, 12 p. 1299^{C} Hadriani. POL. SILV. fast. Febr. 13 (CIL I^{2} p. 259) Gallorum. ② *per pron., adi.* (*v. etiam l. 25*): FLOR. epit. 1, 13, 17 cum ... -o (obsidia *var. l.*) sua barbaros fatigasset. VOPISC. Aurelian. 35, 4 barbarica.

δ indicatur obsessus: ① *per gen.* (*exempla selecta*): CAES. civ. 1, 36, 3 urbis (LIV. 5, 26, 9. 38, 7, 1 SEN. epist. 59, 12 CVRT. 4, 5, 16. *al. v. etiam l. 16*). LIV. 6, 42, 4 Velitrarum. 8, 13, 3 oppidi (LIV. perioch. 93 p. 95, 16). 8, 24, 7 *regis.* 26, 8, 5 Capuae. 28, 16, 9 castrorum (FLOR. epit. 4, 2, 39. *al.*). 29, 1, 13 Syracusarum. VAL. MAX. 5, 6, 8 Capitolii (COLVM. 8, 13, 2 SVET. Tib. 3, 2 VEG. mil. 4, 9). SEN. epist. 74, 22 patriae (117, 31). TAC. ann. 15, 29, 3 exercituum. TERT. adv. Marc. 4, 12 p. 453, 15 civitatis (AMM. 25, 8, 18. *al.*). ② *per adi.*: VAL. MAX. 2, 7, 4 Liparitanae. 6, 8, 2 Praenestinae. PLIN. nat. 10, 110 Mutinensi (LIV. perioch. 119 p. 113, 11). AMM. 23, 6, 56 Cyzicena. CLAVD. DON. Aen. 10, 25 p. 294, 28 Troianae.

b *laxius de qualibet oppressione hostili*: CIC. Rab. perd. 29 cum ... -e rem publicam liberasset *Marius* (Catil. 4, 21 p. red. ad Quir. 20 CAES. Gall. 4, 19, 4 NEP. Pel. 3, 3). NEP. Alc. 4, 7 Lacedaemonii ... praesidio ... posito *Deceleae* in -e Athenas tenuerunt. IVST. 2, 12, 6 (*Themistocles ad Ionas*) quin vos in haec castra ... ex ista -e transitis?

2 *vario usu*: **a** *de inclusione, occlusione sim.*: PLAVT. Rud. 838 certumst hasce *puellas in templo inclusas* ... -e vincere. PLIN. paneg. 81, 2 -e quadam (*sc. ferarum*) liberatus agrestium labor. APVL. mund. 34 *flammarum* flumina ... locum ... ambire maluerunt -e innocenti (*item obsidet res*: RVT. NAM. 2, 11 maris [PAVL. PETRIC. Mart. 6, 425]). AVG. c. Iulian. 3, 1, 5 latrocinationibus, itinerum -bus (*cf. de morbo ut latrone*: SEDVL. op. pasch. 4, 6 p. latronem ... a faucis -e decutiens [*v. p. 222, 32*]). **b** *de variis angustiis, insidiis, periculis sim.*: PLAVT. Asin. 280 erum in -e linquet. ENN. scaen. 324 -em paras *Aiaci*. CIC. fam. 5, 6, 2 qui ex -e feneratores exemerit. SEN. epist. 113, 27 in hac vitae -e. ITALA iud. 2, 3 (Lugd.) erint vobis in -e (*gr. συνοχάς*, *Vulg.* ut habeatis hostes, *Aug. quaest. hept. 7, 13* in angustias). VVLG. deut. 28, 55 in -e et penuria (*Aug. loc. hept. 5, 62* in angustia). 28, 57 in -e et vastitate. Ier. 19, 9 carnem amici ... comedet in -e (*an de captivitate Babylonia?*). *explicantur voces hebr.*: HIER. in Am. 3, 11 p. 1019^{B} '*sor*' *quidam* 'tribulationem' interpretatus est ... et Symmachus ... ait '-o et circumdatio'. in Mich. 7, 5 p. 1218^{A} 'mabucha' ... magis *πολιορκίαν* et *φρούρησιν*, id est -em et custodiam, quam vastitatem ... sonat. **c** *de captivitate* (*cf. p. 226, 3*): ITALA Ezech. 12, 13 (cod. 175) expan⟨dam ret⟩ia ... et comp⟨re⟩hendetur in -e mea (*gr. περιοχῇ*, *Vulg.* sagena. *item fit -o retibus, sc. piscando*: SEDVL. op. pasch. 4, 11 p. 262, 10sq. Simon ... turbas ... fluctivagas linea ... -e [*carm. pasch. 4, 119* claustra] concludens aquosi marmoris gentes murali cinctas -e captivat). IVST. 15, 1, 3 *Antigonum* velle ... Alexandri ... filium ... -e ... liberare ([*spectat ad 14, 6, 13* custodiendos]. 39, 1, 1 [*syn. 38, 9, 4* captivitatem]). HIER. epist. 123, 16, 1 in captivitate et -e generati. VVLG. Ezech. 4, 8 (*de propheta ligato*) dies -is (*Hier. ad l.* vel conclusionis). PASS. Fabii (BHL 2818) 5 -o ... custodiae. ALC. AVIT. epist. 87 p. 96, 22 a consuetudine ..., immo ... ab amore -is. *obsidet diabolus*: Ps. CYPR. tract. 3 -e perniciosa diaboli inlaqueatus (48). EVAGR. vita Anton. 70 p. 943 diabolica. Ps. VEN. FORT. vita Remed. 6, 16 puella ... vesani spiritus tenebatur -e captiva.

B *usu novato i. q. obsidatus* (*fort. notione captivitatis [p. 225, 72] declinata sec.* obses, *cf.* obsidium *p. 227, 3 et* obsessus *p. 224, 40*): GREG. TVR. Franc. 3, 15 p. 112, 13 fili ... in hac -e dati sunt (*antea*: obsedes).

II *metonymice* (*v. etiam p. 224, 72*): **A** *de obsessis*: Ps. QVINT. decl. 5, 6 cibos -o partitur. **B** *de obsidentibus, custodientibus*: GREG. M. in euang. 21, 7 civitatem ... -bus circumdederunt *Philisthaei, ut caperent Samson* (*ad iud. 16, 2* positis ... custodibus). VITA Caes. Arel. 1, 32 fugatis ... -bus (*interpol.? v. Cavallin, Stud. 92*).

deriv.: obsidionalis.

2. obsidio, -āre *v.* obsidior.

obsidiōnālis, -e. *ab* 1. obsidio. [*confunditur c.* obsidialis *p. 224, 49. 50. dub. trad.* VIR. ill. 26, 3.]

i. q. ad obsidionem pertinens: **a** -is corona (*vexilla l. 23*): FEST. p. 190 -is c. est quae datur imperatori ei, qui obsidione liberavit ab hostibus obsessos; ea fit ex gramine viridi *eqs.* (*item explicatur*: p. 193 PLIN. nat. 22, 7 GELL. 5, 6, 8). VELL. 1, 12, 4 cum ... in Hispania murali c., in Africa -i donatus esset (PLIN. nat. 7, 102. 22, 13 GELL. 2, 11, 2 VIR. ill. 17, 2. 58, 4. *plur.*: AMM. 24, 4, 24). VAL. MAX. 3, 2, 24 praeferebantur ... aureae c. ..., civicae ..., murales ..., obsidionalis *eqs.* vexilla: CIL VI 1599, 9 M. Bassaeo ... v. -bus donato (*sim.* INSCR. Dessau 9002). **b** *de variis rebus*: FRONTIN. strat. 1, 3, 4 ut Philippus -is morae impatiens recederet (AMM. 17, 2, 2). AMM. 14, 2, 13 nec procedebat ullum -e commentum (*cf.* 21, 12, 8 instrumenta -ium artium). 16, 4, 3 malis -bus expediri (19, 9, 9). 18, 6, 11 aerumnae (31, 6, 3. 31, 15, 15). 20, 7, 18 machinas (23, 3, 9. 24, 1, 7).

cf. obsidialis.

obsidior, -ārī *et* obsidio, -āvī, -āre. *ab* obsidēre *sec.* insidiari, *cf.* obsidiae. GLOSS. V 630, 19 -verunt: insidiati sunt. *i. q. obsidere, insidiari*: COLVM. 9, 14, 10 ne apes intercipiantur violentia crabronum, qui ante alvaria ... -antur prodeuntibus. COMM. instr. 2, 21, 11 -ando perit ... iniquus.

obsidium, -ī *n.* *ab* obsidēre (*v.* VARRO ling. 5, 90), *cf.* praesidium *sim.* (*ita* FEST. p. 193 -um tamquam praesidium, subsidium recte dicitur; *affert* LAEL. *l. 52 et* SALL. *l. 55, v. Heraeus, ALL 9, 1896, 132 sqq.*). *plur.* (*cf. l. 42*): COLVM. 8, 2, 7. 9, 7, 6 TAC. ann. 3, 21, 4. 12, 15, 2 AMM. 17, 6, 1. 18, 6, 3. 23, 4, 9 THEOD. MOPS. epit. in psalm. 63, 2^{b} ad p. 410, 14—16. GLOSS. *πολιορκία*. *legitur rarius quam* obsidio, *post* PLAVTVM *et* ENNIVM (*cf.* MAR. VICTORIN. gramm. VI 25, 12 poetarum licentia primo fecit ... -a ..., postea dici coepit et ... -um, *ceterum probat* FEST. *l. 36, idem improbat* p. 198 obsidionem potius dicendum esse quam -um) *non nisi in prosa oratione inde a* LAELIO, SALL., VAL. MAX. (*coni., v. p. 227, 4*), COLVM., TAC. (*frequentius quam* obsidio; *item adamat* AMM.); *variandi causa ponuntur* -um *et* obsidio TAC. ann. 13, 41, 1 (*40, 1*). 15, 5, 3 (*5, 1*). 15, 31, 1 (*31, 2*). [*confunditur in codd. c.* obsidio *l. 75 (restituitur p. 227, 4)*, *c.* subsidium *l. 74* (*falsa var. l.* FRONTIN. strat. 3, 11, 5).]

1 *i. q. obsessio* (*acced. gen. obsessoris l. 79. 80. 81, obsessi l. 72. 84*): **a** *de circumsessione oppugnantium*: *α exempla varia*: PLAVT. Bacch. 948 (*in imag.*) facio -um Ilio (LAEL. or. frg. Fest. p. 193 GELL. 15, 31, 1). Mil. 219 adesse tuo ... tergo -um. 222 circumduce exercitum, coge in -um perduellis. ENN. ann. 28 saevo -o ... premebat. SALL. hist. frg. 1, 46 -um coepit per ... legatum (TAC. ann. 4, 49, 1 per praesidia. AMM. 24, 5, 4. *cf.* TAC. ann. 12, 45, 3 incipit. AMM. 24, 2, 9 coeptabat. 27, 12, 6 iniere). epist. Mithr. 14 in -o moranti (*cf.* FLOR. epit. 3, 5, 17 mora -i). TAC. hist. 2, 23, 1 ne longius -um ... tolerarent (4, 58, 3. Ps. RVFIN. Ios. bell. Iud. 1, 13 [*gr. 1, 351 πολιορκίαν*]. *cf.* TAC. hist. 3, 69, 3 subierunt). 4, 34, 5. 5, 12, 2 longum (AMM. 22, 8, 49. *v. l. 58. cf.* 21, 12, 3 lentius). ann. 3, 21, 4 -a aspernantibus (*cf.* CLAVD. DON. Aen. 11, 385 p. 474, 16 contemnerent). 3, 39, 1 ad exsolvendum -um (*cf.* 4, 24, 2 solvit [AVR. VICT. Caes. 33, 20 AMM. 20, 7, 3. 21, 12, 16. 23, 4, 9 PROB. Verg. ecl. 6, 74]). 4, 51, 3 quo minus vi aut -o subigerentur (*cf.* VIR. ill. 23, 3 domuit. AMM. 20, 6, 5 reseratam. CLAVD. DON. Aen. 10, 120 p. 308, 13 capiatur). 6, 34, 1 -i stationibus cingebat (*cf.* 13, 41, 1 -o ... circumdaret). 12, 46, 2. 15, 5, 3. 15, 14, 3 liberari -o legiones (VIR. ill. 17, 1). ITALA psalm. 59, 11 (cod. 136 Cas.) quis deducet me -i ...? (*gr. εἰς πόλιν περιοχῆς*, *Vulg. et aliae verss.* in civitatem munitam *vel* in c. circumstantiae). AMM. 18, 6, 8. 24, 2, 22. 24, 5, 8. 29, 6, 11. Ps. RVFIN. Ios. bell. Iud. 1, 6 (*gr. 1, 167 πολιορκίαν*). *β c. gen. obsessi*: TAC. hist. 4, 24, 1 castrorum. 4, 28, 3 legionum (4, 34, 1). 4, 37, 2 Mogontiaci. ann. 4, 73, 1 castelli. 12, 15, 2 urbium. FLOR. epit. 2, 6, 5 civitatis (AMM. 16, 4, 2 [subs-*trad.*]. 18, 6, 3. 19, 13, 1). 4, 4, 4 Mutinae (obsidione *var. l.*). 4, 12, 50 montis. AMM. 17, 6, 1 oppidorum (24, 4, 6). 24, 7, 1 Ctesifontis. Ps. RVFIN. Ios. bell. Iud. 3, 5 murorum (*gr. 3, 127 πολιορκίαν*).

b *de quibuslibet insidiis, periculis sim.* (*de observatione l. 58; transl. l. 82 sqq.*): COLVM. 8, 2, 7 ne -is hominum aut insidiatorum animalium diripiantur *gallinae*. 9, 7, 6 vitare pestis -a (*i. lacertam apibus insidiantem*). 9, 9, 1 nisi curatoris -o ... excepti sunt *fetus apium*. ITALA psalm. 65, 11 (cod. 136 Cas.) induxisti nos in -o (*gr. παγίδα*, *Psalt. Rom.* laqueum, *Hier. psalt. sec. Hebr.* obsidione). PHILO quaest. in gen. 4, 242 p. 258 excidium ... civitatis, hoc est animae -um. THEOD. MOPS.

[Lossau]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

epit. in psalm. 63, 2[b] ad p. 410, 14—16 libera me . . . a timore adversarii et -is (ab- *trad.*) gravibus (*gr.* *ἐπιβουλῆς*).

2 *i. q. obsidatus* (*sc. usu sec.* obses *novato, cf. p. 226, 3*): VAL. MAX. 3, 2, 2 *Cloelia* obses Porsennae data . . . non solum -o se (*Perizonius,* -one *trad.*), sed etiam metu patriam solvit. TAC. ann. 11, 10, 4 Meherdaten . . . -o nobis datum.

deriv.: obsidialis.

obsidius *v.* obsius. **obsīdo** *v.* obsideo.

obsiduānus, (-a, -um). *ab* obsidēre, *cf. fort.* assiduus. *i. q.* *ἐγκάθετος* (*resp. gr.*), *insidiator*: ITALA Luc. 20, 20 (cod. d) miserunt -os in dolo loquentes (*Vulg.* insidiatores). *Lossau.*

[obsiges *corrupt. pro* obliget (*v. Arnaldi, ALMA 20, 1950, 169*) *vel* obsignet (*v. vol. I 203, 47*) PS. SORAN. epit. 44.**]**

obsignātio, -ōnis *f.* *ab* obsignare. GLOSS. *σφραγίς.* **1** *i. q.* *actio obsignandi* (*c. gen. praeter l. 18*): GELL. 14, 2, 7 probari . . . pecuniam datam . . . chirographi exhibitione, tabularum -e. HIL. in Matth. **33,** 8 sepulcri custodia atque -o (*ad Matth. 27, 66* signantes lapidem). COD. Iust. 4, 54, 7 -is depositionisque remedio contra fraudem iuri . . . consulere. 8, 42, 9 (*a. 286*) -e . . . debitae pecuniae sollemniter facta. 10, 23, 1 (*a. 383*) summam . . . referri sub -e tabularii. *translate*: TERT. bapt. 13 p. 212, 28 -o baptismi (*cf.* paenit. 6, 16 lavacrum illud -o est fidei). ARNOB. nat. 2, 56 p. 92, 9 illud . . . veritatis -e munitum. **2** *metonymice de claustro, saepe*: VEREC. in cant. 7, 5 p. 93 a 2 (*ad or. Man.* signasti mare) hoc fuit marinis motibus signum imponere, ut mobilitas *aquae* . . . in duritiam verteretur . . ., -e quadam obstructa, ut se caelesti praecepto ostenderet obsignatum (*antea adfert psalm. 32, 7* congregans sicut in utre aquas, *cf. Hier. in psalm. l. c.* clausum mare litoribus).

obsignātor, -ōris *m.* *ab* obsignare. *i. qui obsignat*: CIC. Cluent. 37 -es . . . adducit . . .; testamento . . . obsignato disceditur. 186 neque . . . auctorem litterarum neque -em neque testem (Att. 16, 16, 5 quod probavit . . . nobis t. et -bus). Flacc. 89 -r C. Sextilius *fuit* . . ., homo . . . gravis. Att. 12, 18[a], 2 de -bus mei testamenti. 14, 14, 5 qui te -em adhibuerunt.

obsigno,** -āvī, -ātum, -āre. *ab* ob *et* signare. *scribitur* ops- PLAVT. Persa 248 (*A*). Pseud. 706 (*B,* obs- *ACD*). Trin. 788 *et* 793 (*B*). LEX repetund. (CIL I[2] 583) 67. *formae perf. brev.* -asti PLAVT. Amph. 797, -asse(m) CIC. Verr. II 1, 149 Cluent. 38 Flacc. 36. TERT. anim. 46, 5 (*v. Waszink ad l.*), -aram CIC. Att. 5, 19, 1 (-verat *inde a* VAL. MAX. 4, 4, 7). *de notione*: PAVL. FEST. p. 179 ob . . . pro circum, ut cum dicimus urbem obsideri, -are. GLOSS. -o: *σφραγίζω. κατασφραγίζω.* -at: simul cum aliis signat. -are: cum aliis signare. *legitur in poesi apud* PLAVTVM *et* LVCR., *in prosa oratione inde a* LEGE repetund., CIC., CAES., HIRT. (Cic. Att. 15, 6, 4), Q. CIC., VAL. MAX., CVRT., PLIN. nat., TAC. **[dub. trad.* CIC. Scaur. 45[h] (subsignaverat *Mommsen*). CAES. Gall. 1, 39, 5 (*interpol.?*). *e coni. dub.* LIV. 43, 16 13 (ibi signatis *trad.*). PS. SORAN. epit. 44 *v. l. 13.***]**

I *i. q. signando occludere vel ornare sim.* (signo *l. 62. 68. 74. 82. 83 et saepius,* anulo *l. 53. 57. 70. p. 228, 5. 20. 22,* imagine *l. 69,* nomine *l. 73 p. 228, 46; iuxta ponitur* consignare *l. 53. 59. 80, cf. p. 228, 54*): **A** *servandi, probandi causa*: **1** *strictius, sc. sigillo impresso*: **a** *-antur scripta*: **α** *varia*: PLAVT. Bacch. 935 has tabellas -tas consignatas (984. Curc. 347 anulo. 545 CIC. Quinct. 67. *al.*). Persa 248 abietem (*i. tabulam*). Pseud. 706 libello . . . -to. CIC. inv. 2, 149 tabulae -antur (Verr. II 1, 98 Flacc. 21. SVET. Nero 17 ne t. nisi pertusae ac ter lino per foramina traiecto -rentur. *al. v. l. 65 sq. cf.* SCHOL. Cic. Bob. p. 100, 15 *instrumenta tabularum* anulis). Verr. II 1, 149 codicem. Flacc. 37 laudatio -ta erat creta (*ibid.* consignata. SCHOL. Cic. Bob. p. 101, 26 instrumentum . . . laudationis). Att. 15, 15, 1 *testimonium* (*cf.* ASCON. Mil. p. 44, 9 testium verba). *al.* *obi. suppl.*: PLAVT. Bacch. 748 age, obliga, -a. CIC. Verr. II 1, 50 -andi gratia. II 2, 182 -vi statim. II 5, 102 -at signis amicorum. Att. 2, 12, 1 qui -ent. 14, 3, 2 ad -andum. TAC. ann. 11, 27 qui -rent. TERT. adv. Marc. 5, 1 p. 569, 13 alius scribit, alius subscribit, alius -at. *al.* *? c. praep.* ad: SCHOL. Iuv. 10, 330 ut ad tabulas dotales -ret *Claudius* (adeo *proposuit Iahn pro* ad; *'an del.?' Wessner*). **β** *epistula sim.*: PLAVT. Bacch. 802 -tas attuli *litteras* (CIC. Verr. II 4, 140 publico signo. CVRT. 6, 6, 6 veteris anuli gemma. *al.*). Pseud. 1000 epistulam . . . imagine -tam (*item* 1202. Trin. 788. 793 CIC. Att. 5, 19, 1. *et saepius in epist.* CVRT. 3, 7, 12 anulo. *al.*). TAC. ann. 16, 19, 3 flagitia . . . perscripsit atque -ta misit Neroni. MARCIAN. dig. 48, 3, 6, 1 interrogationes litteris inclusas atque -tas. **γ** testamentum (*sim.; cf. p. 228, 47*): CIC. Cluent. 37 t. Asuvi nomine -to (125). 38 se et suos amicos t. eius -asse (*cf.* Mil. 48 t. simul -vi). 41 signis adulterinis (Att. 7, 2, 3. *al.*). 125 falsum. 162. TAC. ann. 15, 54, 1. *al.* *similia*: CIC. Verr. II 1, 117 (*verba edicti*) tabulae testamenti -tae non minus multis signis, quam e lege oportet (CAES. civ. 3, 108, 6 SVET. vita Hor. p. 48, 8. *al. cf.* TAC. ann. 14, 40, 3 tabulas). TAC. ann. 3, 15, 3 pauca conscribit -atque. GAIVS epit. 2, 4, 2 pars . . . -ta (*cf. inst. 2, 181* consignatae).

b *-antur variae res*: **α** *quarum servatur aditus, ostium sim.*: PLAVT. Amph. 421 -ta signo est *cistula* (784 recte. *cf.* 774 in . . . cistellula tuo signo -ta [*an de patera inclusa?*]. 775 ita est, ut -vi. 797 -asti clanculum). Cas. 144 -ate cellas, referte anulum (*cf.* AMBR. Nab. 4, 18 p. 477, 2 -tum aperire horreum). Epid. 308 ex occluso atque -to armario. Men. 1036 recte est -tum . . . marsuppium cum viatico (*cf.* SCAEV. dig. 18, 3, 8 sacculum cum pecunia signatorum signis -vit). Persa 267 qui salinum servo -ant cum sale. CIC. div. 2, 145 -tam . . . naturam *mulieris* (*ibid. iterum.* TERT. anim. 46, 5 anulo. *ad rem cf. Plut. Alex. 2, 4* *ἐπιβάλλοντα σφραγῖδα*). *ibid.* inane -ari nihil solere (TERT. anim. 46, 5 vacuum. *cf. Plut. l. c. 2, 5* *ἀποσφραγίζεσθαι*). Q. CIC. Cic. fam. 16, 26, 2 lagoenas. PLIN. nat. 3, 65 ore obligato -toque (*de Angerona, v. Eisenhut, Kl. Pauly I 352*). HIL. in psalm. 2, 12 sepulchrum (*ad Matth. 27, 66* signantes, *gr.* *σφραγίσαντες, cf. p. 227, 17*). VVLG. Dan. 6, 17 quem *lacum* -vit rex annulo suo. SVLP. SEV. chron. 2, 8, 6 -ari a rege templum (2, 8, 7 signo regis. *ad Dan. 14, 10* signa anulo *et 14, 13* signantes anulo). **β** *quae servantur inclusae*: LEX repetund. (CIL I[2] 583) 67 pecunia in fiscis -etur (CIC. Cluent. 47. 53. ALF. dig. 19, 2, 31 neque clusam neque -tam. PAPIN. dig. 16, 3, 25, 1. *et saepius in serm. iur.*). CIC. Phil. 2, 67 nihil erat clausum, nihil -tum (de orat. 2, 248 cui domi n. sit nec -tum nec obclusum. *aliter l. 6. cf.* part. 114 quippiam. Att. 6, 1, 25 omnia. APVL. apol. 54 quod -tum, quod inclusum domi adservatur). PLIN. nat. 30, 51 *lienem pecudis* in pariete . . . includi et -ari anulo. TAC. ann. 14, 6, 3 bona (FRG. de iure fisci 14 MOD. dig. 48, 17, 5 pr.). VLP. dig. 37, 9, 1, 24 res hereditarias. PAVL. dig. 47, 2, 20 pr. *aurum.* INTERPR. cod. Theod. 3, 30, 6 anulis (*Cod. Theod.* inustum signaculis).

2 *laxius praevalentibus notionibus secundariis*: **a** *occludendi, occultandi sim.*: LVCR. 2, 581 illud . . . -tum . . . habere . . . et memori mandatum mente tenere (*an ad II, sc. 'menti impressum'? cf.* ARNOB. nat. 2, 6 Fornicem Lucilianum et Marsyam Pomponi -tum memoria continetis). TERT. uxor. 1, 6 l. 8 carnem (*sc. castitate*). ITALA II Macc. 1, 19 (rec. L) ignem . . . absconderunt in valle . . . in quo -erunt (*gr.* *κατησφαλίσαντο, Vulg.* contutati sunt, *rec. B* munierunt). LACT. inst. 1, 17, 14 *Ericthonium in cista* conclusum et -tum (*vix ad 1*). HIL. psalm. instr. 5 p. 6, 7 prophetiae ad mundialem sensum . . . clausae atque -tae (6 p. 7, 11 *prophetica* vis -ta . . . et c. AMBR. in Iac. 2, 8, 35 bona . . . gratiae clave . . . c. et -ta). HIER. interpr. Iob 24, 16 per diem -erunt semet ipsos (*gr.* *ἐσφράγισαν, Vulg.* condixerant, *Aug. ad l.* occultaverunt). VEREC. in cant. 7, 5 p. 93 a 3 *v. p. 227, 26.* PS. MATTH. euang. prol. B quod nec ipse . . . evangelista voluit in aperto conscribi . . .; sed fecit hunc libellum hebraicis litteris -tum. **b** *testandi, confirmandi sim.* (*imagine sigilli impressi hic illic apertiore*; velut -tus *l. 50*): CVRT. 10, 6, 5 anulum, quo ille *Alexander* regni atque imperii vires -are erat solitus. TERT. nat. 2, 8, 16 cuius suggestus . . . figura frumentationi⟨s . . .⟩ memoriam -at. bapt. 6 p. 206, 20 fides . . . -ta in patre et filio et spiritu sancto (idol. 12 p. 42, 32. AVG. civ. 16, 26 tit. p. 166, 4 D. sacramento. CONC.[S] I 3 vers. Tur. p. 36, 5 [*gr. I 1, 1 p. 113, 17* *κατεσφραγισμένην*]. *cf.* TERT. pudic. 9 p. 238, 5 fidei pactionem). idol. 10 p. 40, 22 *fidelis litteras docens* deos . . . hoc nomine -at. adv. Marc. 4, 40 p. 560, 14 *Christus* testamentum constituens sanguine suo -tum (*cf. p. 227, 72*). uxor. 2, 8 l. 39 *matrimonium* confirmat oblatio et -at[a] benedictio. ARNOB. nat. 6, 7 p. 220, 1 -ti ominis perpetuitas. ENNOD. opusc. 4, 25 p. 389, 5 velut -tum monachi . . . officium. *pro obi. est acc. c. inf.*: CONC.[S] II 5 p. 29, 39 omnibus -antibus hanc esse pietatis viam *eqs.*

B *assignandi causa*: VAL. MAX. 4, 4, 7 *iugera* tria, quae pro amico ad aerarium -verat (*trad.*, subsignaverat *Halm, Kempf sec. Paridem*). TERT. anim. 39, 3 crinem . . . prosecat aut sacrificio obligat aut sacro -at pro . . . devotione. cult. fem. 2, 9 l. 34 multi . . . se spadonatui -ant (*A*, assignant *cett.*).

C *mera vi signandi, notandi*: ITALA Eph. 1, 13 (Chrysost. hom. III 889[A]) -ti estis spiritu . . . sancto (*gr.* *ἐσφραγίσθητε, Vulg.* signati, *Ambrosiast. ad l.* designati). ARNOB. nat. 4, 26 p. 163, 21 in partibus Fabius aduritur mollibus -aturque posticis (*cf. Fest. p. 245* quod eius natis fulmine icta erat). RVFIN. Basil. hom. 8, 3 p. 1792[D] Moyses . . . Israeliticos postes sanguine agni -verat (*Migne gr. 29, 465A* *κατεσημήναντο, sec. exod. 12, 7*). THEOD. MOPS. epit. in psalm. 45, 11[b] ad p. 305, 25 psalmum laude . . . liberatoris -at (*gr. l. 23* *ἐπισφραγίζει*).

II *i. q. signando indere, applicare*: PLAVT. Pseud. 1092 argentum attulit et -tum sumbolum (*i. signum impressum; vix de epistula signata*). LVCR. 4, 567 -ans formam verbis.

III *structura singulari* -tus *aliquid* (*cf.* consignatus *vol. IV 437, 72,* inscriptus *vol. VII 1, 1848, 79*): TERT. adv. Iud. 11, 1 qui passionem Christi . . . fuerit -tus (*v. Tränkle ad l.*).

deriv.: obsignatio, obsignator. *Paschoud.*

[obsilēre *pro* obsidere *in marg. ed. Amman* CAEL. AVR. acut. 1, 15, 136.**]**

[obsimilis *trad. pro* adsim- IORD. Get. 13 (*plerique codd.*, sim- *L*, adsim- *B*).**]**

[obsimulātus *falso trad.* AMM. 28, 6, (30 -is *pro* ob simultates).**]**

obsīpio, -īre. DIOM. gramm. I 383, 10 quod vulgo obsepio dicimus, veteres -o dixerunt (*affert* CAECIL. com. 65 *p. 156, 32*).

obsipo, -āre. *ab* ob *et* supare (*l. 82*), *cf.* dissipare *et* **2.** insipere (-are). PAVL. FEST. p. 105 insipere . . .; unde dissipare, -are, ut cum rustici dicunt: -a pullis escam. p. 311 supat iacit, unde dissipat disicit et -at (obstat *trad.*) obicit et insipat, hoc est inicit. *i. q. obicere*: PLAVT. Cist. 579 -at aculam (*'adspergit' Ussing ad l.*). *W.*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

obsistentia, -ae *f.* *ab* obsistere, *cf.* resistentia. *fere i. q. impeditio*: AVELL. p. 640, 18 deo cooperante in plurimis verbum gratiae discurrens sine aliqua -a ad effectum nostram ducit intentionem.

***obsisto,** -stitī, -stitūrus, -ere. *ab* ob *et* sistere. *de scriptura et formis*: ob- *et* op- *promiscue; illud praebet* PLAVTI *cod. A* Mil. 353, *at potius hoc* Pseud. 268. -steti *var. l.* CVRT. 4, 3, 23. *al.* -stitere: LIV. 22, 60, 19. 24, 4, 3. 34, 46, 9. *cf. p. 247, 67.* -stiturus: ITIN. Alex. 22. 28. *cf. p. 245, 19.* *?* -or: GLOSS. II 297, 31 *ἐναντιοῦμαι*: adversor, resisto, -or (-o *ed. Stephani*), reluctor *eqs.* NOT. Tir. 47, 2[a]. *de notione*: SYNON. Cic. p. 436, 7 obstans. obpositum. officiens. -ens. inpedimentum. obiectum (*cf.* p. 437, 19). GLOSS. *ἀνθίσταμαι. ἐναντιοῦμαι. παρατάττομαι.* contradico. -it: obviat. resistit. *legitur exemplis certis (praes.) inde a* PLAVTO, LVCIL., RHET. Her., CIC. *formas perf. communes habet c. verbo* obstare, *ad quod exempla statum exprimentia relegavimus; hic posuimus ea, in quibus motus apparet, audacius rei fixae imprimis* HOR. *p. 230, 20* (*praes. deest,* obstare *13[ies]*). OV. *p. 230, 22. al.* COLVM. *p. 230, 28 et postea saepius, ita ut locis recentioribus nonnumquam haereamus.* [*confunditur c.* obsidere (*q. v.*), obstare (*p. 230, 14 et* PLIN. nat. 24, 57; *emendatur* GLOSS. V 124, 22 -[si]stat: stat contrarius), subsistere (PANEG. in Mess. 195; *e coni. pro* sub- LIV. 27, 7, 3), -i *c.* obesse (VEG. mil. 4, 8); *restit. ex* absistere STAT. Theb. 6, 797 TAC. ann. 1, 41, 3 (*cf. p. 230, 7*). *dub.*: SISENNA hist. 13 (extitisse *var. l.*).]

I *intransitive i. q. se opponere* (*copulatur c.* obstare, obsidere, occurrere, obviare *l. 34. 48. 78. p. 231, 18; accedit* obviam *l. 31,* contra *l. 58. 83* [*cf. p. 231, 39*]): **A** *absol. vel c. mero dat.* (*partic. fut. l. 62 et* TERT. adv. Marc. 4, 41 p. 561, 17; *gerund. p. 230, 10*): **1** *generatim*: **a** *-unt animantia* (*dei l. 76 sq., cf. p. 230, 12; res humanae l. 46. 62. al.*): *α proprie* (*per compar. l. 41, in imag. l. 66*): PLAVT. Amph. 985 de via decedite nec quisquam tam audax fuat homo, qui obviam -at mihi (Capt. 791 interminor . . ., ne mi -erit o. nisi quis satis diu vixisse sese homo arbitrabitur; nam qui -erit, ore sistet [*sim.* 801 *versu hypermetro, quem del. Leo*]. *cf. p. 245, 46*). Curc. 284 qui mi -at in via. 291 *Graeci palliati* obstant, -unt, incedunt cum suis sententiis. Mil. 353 id me agere oportet, hoc observare ostium; sic -am. LVCIL. 52 cuicumque . . . -erit prius. CIC. Verr. II 4, 94 qui . . . cum -ere ac defendere conarentur, . . . repelluntur. Caecin. 21 cum . . . ingredi vellet . . ., frequentes armati -erunt (Rab. perd. 35 Phil. 8, 6). 31 -iti: . . . armatos homines opposui. 39 qui -erit armatis hominibus (*cf.* Phil. 4, 8 *Brutus* exercitu -it [-itit *D*]. LIV. 42, 55, 3 cui si . . . acie instructa . . . -isset rex). Tusc. 2, 51 ut tamquam hosti sic -at dolori (LIV. 3, 7, 4 si nec -issent communibus hostibus . . . nec opem ullam obsessis sociis ferrent. 21, 41, 15. *cf. p. 230, 36*). *al.* BELL. Hisp. 42, 7. SALL. Iug. 98, 1 hostis, ubi confertissumi -erant, invadere (cf. LIV. 24, 39, 4 ad exitus theatri conferti -unt. 34, 46, 9 in ipso exitu . . . conferti -itere Galli). hist. frg. 3, 93 sin vis -at (SOL. 2, 33 magnitudini *anguis. cf. p. 230, 6. 54*). NEP. Ages. 4, 5. OV. met. 3, 623 in . . . aditu -o. 4, 490 -itit infelix aditumque obsedit Erinys. fast. 4, 906 -itit in media . . . turba via (IVV. 4, 62). *al.* LIV. 2, 10, 3 *Horatius* reprehensans singulos, -ens obtestansque deum et hominum fidem. 22, 60, 17 -ere ac retinere (25, 37, 14. 28, 15, 8 retinebat -batque cedentibus. TAC. ann. 1, 66, 2 neque auctoritate neque precibus, ne manu quidem -ere aut retinere militem. SVET. Iul. 62). 22, 3, 7 -ente nullo (25, 39, 2 FRONTIN. strat. 1, 4, 3. 1, 5, 28 AMM. 26, 8, 14. *cf.* 15, 7, 2 nec . . . ullo. 24, 4, 22 nec quodam). *al.* POMP. TROG. Iust. 38, 7, 1. SEN. Herc. O. 57 quidquid immane -itit, solae manus stravere. CVRT. 3, 2, 14 -ere, circumire *eqs.* VAL. FL. 3, 469 remis (insistere *Langen*). HOMER. 799 STAT. Theb. 6, 478. 10, 753 non quisquam -ere contra. 11, 478 'agite, ite, -ite' clamat. FRONTIN. strat. 1, 5, 10. TAC. ann. 1, 38, 2 exterritis qui -erant. 1, 41, 3 orant -unt (abs- *trad.*), rediret maneret, pars Agrippinae occursantes, plurimi ad Germanicum regressi. *al.* APVL. met. 3, 28, 1 auxiliis . . . convolantibus -it discursus hostilis. ITIN. Alex. 22 transmissuris. *et saepius.* -entes *pro subst.*: LIV. 23, 49, 6 strage -entium. VELL. 2, 115, 2 LAMPR. Alex. 61, 6 IVST. 2, 6, 20. *c. effectu obscurandi* (*cf. p. 230, 37*): SEN. epist. 21, 2 haec *vita* fulgore extrinsecus veniente percussa est, crassam illi statim umbram faciet quisquis -erit. APVL. met. 4, 31, 7 serico tegmine flagrantiae solis -it inimici. *β translate* (*post* VAL. MAX. *selecta tantum afferuntur*): CIC. Verr. I 33 rationi aliquo consilio -ere. II 5, 127 cupiditati tum cum -ere non poterant, tamen sufficere . . . poterant. Caecin. 2 quasi . . . non eo libentius tum audaciae cesserimus, quo nunc impudentiae facilius -remus (*cf.* Sull. 25 nemini cedere, multis -ere). leg. agr. 3, 3 agrariae legi et commodis vestris (ASCON. Mil. p. 34, 7 PHAEDR. 3, 15, 20. *cf. p. 230, 79*). Rab. perd. 6 diligentiae meae temporis angustiis -isti meque . . . in semihorae curriculum coegisti. Catil. 1, 15 sceleri . . . tuo non mentem aliquam aut timorem tuum, sed Fortunam populi Romani -isse (*cf.* DECL. in Catil. 113 nisi dii . . . nefariis votis -issent). 3, 17 consiliis occurri atque -iti (NEP. Con. 2, 3 LIV. 24, 4, 3. *cf. p. 230, 57*). Pis. 76 multis -entibus. ac. 2, 108 repugnare visis, -ere opinionibus (*cf.* fin. 3, 31 -ere visis). fat. 48 fato (STAT. Theb. 10, 912). ad Q. fr. 1, 2, 5 cum is . . . ea ipsa loqueretur, -iti eius sermoni (*cf.* SEN. dial. 5, 23, 8 paranti . . . excusationem -itit et . . . inquit). *al.* LVCR. 1, 67 primum Graius homo mortalis tollere contra est oculos ausus primusque -ere contra. 1, 109 religionibus atque minis -ere vatum. CAES. Gall. 7, 29, 6 cuius *Galliae* consensui ne orbis quidem terrarum possit -ere. PROP. 2, 25, 15. OV. met. 12, 425 animae fugienti (*cf. p. 247, 23*). LIV. 6, 38, 12 rogationi (*seq.* impedire). 23, 20, 5 malis (SEN. dial. 12 [11], 12, 2). *al.* VAL. MAX. 9, 1, 3 in ipso introitu ruenti luxuriae -issent (*cf. p. 245, 69 et* SEN. Phaedr. 132 quisquis in primo -itit. PERS. 5, 157 cum -eris semel instantique negaris parere imperio). 9, 15, 1 nisi . . . Caesaris vires huic erubescendae procellae -issent. SIL. 2, 325 si bello -is (absistis *vulg. fort. recte*). PLIN. epist. 3, 9, 25 reorum amicis rogantibus negare, adversantibus palam -ere. GELL. 1, 14, 2 (*Hyg. hist. 3*) membris . . . -ere atque imperare. AMM. 21, 15, 4 cum novandis rebus imminens -ret Iulianus. *al.*

b *-unt res* (*iuxta deos l. 15. 59*): *α proprie* (*in imag. l. 39. 43*): ① *quolibet modo*: PLAVT. Merc. 859 neque mihi ulla -et (obstabit *Non.*) amnis nec mons neque adeo mare (*cf.* OV. epist. 13, 5 freta . . . remis. LVCAN. 10, 319 cautes . . . aquis. SIL. 1, 117 non superi mihi, non . . . pacta, non celsae -erint Alpes Tarpeiaque saxa. HIER. *infra l. 70.* SVLP. SEV. chron. 1, 15, 4 -ente elemento *i. mari*). LVCR. 6, 227 cui *igni* nil omnino -ere possit (SEN. nat. 3, 16, 2. 5, 13, 2). 6, 331 nec facile est tali naturae *fulminis* -ere quicquam. HOR. carm. 3, 3, 53 quicumque mundo terminus -itit (*i. obstat, v. p. 229, 16*), hunc tanget armis. OV. met. 3, 92 *Cadmus* coniectum in gutture *serpentis* ferrum usque sequens pressit, dum retro quercus eunti -itit. 5, 77 surgentibus -itit ensis. 8, 410 bene librato *iaculo* . . . -itit . . . ramus. 12, 137 retro . . . ferenti aversos passus . . . lapis -itit. SEN. benef. 6, 31, 11 *Xerxen* mutantem, quidquid -erat. clem. 1, 6, 1 turba . . . eliditur, quotiens aliquid -itit (obstat *pars codd. incongrue*), quod cursum eius . . . moraretur (QVINT. inst. 11, 3, 121 quasi faucibus a. -erit, insonare). COLVM. 2, 4, 3 subeunti *perticae* durior aliqua pars *soli* -itit. LVCAN. 7, 198 aethera seu totum discordi -ere caelo perspexitque polos *augur* ('*caelum secum discordasse*' *Housman. cf.* FIRM. math. 3, 4, 25 *si* Veneris . . . stella prospera se Iovi radiatione coniungat et -erit Marti . . . radiatione grassanti). STAT. Theb. 6, 398 inpulsi nequeunt -ere postes claustraque (*cf.* SVLP. SEV. dial. 2, 12, 7 *fores*). LAMPR. Heliog. 23, 1 dirutis sepulcris, quae -bant. AMM. 17, 10, 6 celsarum arborum -ente concaede. VEG. mil. 4, 3 ea, quae inter parietes densata fuerat, ad muri vicem ingruentibus moles -it. PRVD. ham. 487 lapis . . . hostibus -ens. *al.* ② *obscurando, obumbrando sim.* (*cf. p. 229, 64*): OV. ars 2, 697 nec platanus, nisi sera, potest -ere Phoebo. RVT. LVP. 1, 19 (*Hyperid. frg. 27 sq.*) litteris earum *legum* arma Macedonum opposita -bant (obficiebant *Ruhnken, Halm; gr. ἐπεσκότει*). SEN. nat. 7, 5, 1 trabes editior caeli pars ostentat, itaque numquam nubibus -erunt. APVL. Socr. 11 p. 144 terrena soliditas . . ., quae nostris oculis possit -ere (HIL. in psalm. 118 gimel 7 p. 381, 8 mortalibus o. . . . nubem obscuritatis -ere). CLAVD. DON. Aen. 2, 250 p. 181, 33 quae non videntur -entibus tenebris. *de sideribus*: OV. met. 4, 203 (*ad Solem*) nec, tibi quod lunae terris propioris imago -erit, palles. CHALC. comm. 87 Stilbon . . . et Lucifer et superiores a visu nostro stellas interpositi removent et plerumque sibi invicem -unt (*cf. p. 238, 43*). AMM. 20, 3, 8 si sol . . . mole -ente terrena radiis eam *lunam* suis inlustrare non possit. MART. CAP. 8, 859 BOETH. herm. sec. 5, 12 p. 383, 12. *al.* *β translate*: LVCIL. 639 doloribus confectum corpus animo -ere. CIC. Verr. II 3, 74 huic civitati . . . -ere tua defensio non potest (defensione n. potes *var. l., sed cf.* Cluent. 48). div. 2, 4 nisi quae causa gravior -isset. nat. deor. 2, 35 nisi quae vis -itit, videmus naturam . . . ad ultimum pervenire (*seq.* impedire. *cf. p. 229, 46. 246, 76*). off. 2, 23 odiis nullas opes posse -ere. CATVLL. 71, 1 si quoi . . . alarum -itit hircus aut si quem . . . podagra secat. NEP. Dion 9, 2 si forte consiliis -isset fortuna, ut haberet, qua fugeret ad salutem (*cf.* CLAVD. DON. Aen. 3, 395 p. 320, 20 -entibus fatis et . . . Apolline. CLAVD. 8, 409 nullos meritis -ere casus). OV. epist. 14, 49 timor et pietas crudelibus -itit ausis castaque mandatum dextra refugit opus. Pont. 1, 2, 29 fine carent lacrimae, nisi cum stupor -itit illis. SEN. dial. 9, 13, 2 si quid -erit (*ibid.* inciderit, intervenerit). *al.* LVCAN. 3, 113 viribus an possint -ere iura. SIL. *supra l. 16.* PLIN. nat. 34, 141 -itit . . . naturae benignitas exigentis . . . poenas. TAC. ann. 1, 69, 4 seditionem, cui nomen principis -ere non quiverit. IVVENC. 1, 28 aemula promissis -it talibus aetas. AVSON. 364, 6 p. 91 P. '*est*' *et* '*non*' alterutro . . . -unt (*cf.* MART. CAP. 4, 384 sunt . . . 'opposita' *verba*, quae sibi veluti ex adverso videntur -ere, ut contraria). CLAVD. DON. Aen. 3, 285 p. 304, 13 -ente hieme (*cf.* HIER. epist. 3, 2, 3 nec . . . fervor aestatis nec . . . mare . . . gradienti valuisset -ere. CLAVD. 8, 34 calor). *al.*

c *pass. impers.*: PLAVT. Pseud. 268 non potest pietati -i huic (RHET. Her. 2, 17, 26 CIC. Verr. II 1, 31 Cluent. 183 leg. 3, 26. 3, 34 cum aliquid verum . . . esse dicitur, sed optineri, id est -i posse populo, negatur; primum enim -itur, cum agitur severe. fin. 2, 49 *naturae* [Tusc. 3, 71]. 4, 17 repugnari -ique fortunae. fam. 1, 2, 1. 7, 3, 5 LIV. 2, 10, 4 CYPR. epist. 27, 2). CIC. Tusc. 2, 28 intelleges, quam sit -endum dolori (*gerund. ut* AVG. pecc. mer. 2, 6, 7 NOVELL. Theod. 22, 2 pr.). ad Q. fr. 2, 4, 5 legibus perniciosissimis -itur. SEN. nat. 6, 18, 2 ubi erepta discedendi facultas est et undique -itur *spiritui.* epist. 30, 2 in nave . . . uni rimae aut alteri -itur. FRONTIN. strat. 3, 9, 6 qua non -batur. 3, 17, 9 ne tunc quidem -batur. VEG. mil. 4, 8 obpugnantium machinis per alias machinas consuevit -i. *cf. p. 231, 9 et sub B 1.*

2 *speciatim*: **a** *technice*: *α in re medicinali*: CELS.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

5, 22, 6 eadem *medicamenta* cancro quoque -unt. SEN. epist. 78, 12 cavere venturum *dolorem* et -ere imminenti remediis. GARG. MART. med. 43 *cydoneum* matricibus feminarum in tumore succurrit omnibusque fervoribus vehementer -it. 50 *sorba* vehementius solutioni ventris -unt (59). SER. SAMM. 790 naturae vitiis medicas obiecimus artes, nunc et fortunae iaculis -ere par est. DIOSC. 3, 74 p. 408, 28 se⟨men⟩ ipsum venenis -it (*gr. 3, 69 δίδοται τοῖς ἑρπετοδήκτοις. antea*: cornua v. occurrunt). VAL. CEM. hom. 5, 4 p. 707^{D} his (*sc. morsibus sim.*) facile -i potest herbarum suco aut arte medicorum. *β in re iudiciali*: PAVL. sent. 4, 8, 8 parentes ... liberis suis ... ordine successionis -unt (*antea*: parentum impedimento). COD. Theod. 1, 15, 11 cornicularios ... ordinationem militiae repetisse cognovimus ...; sed divalia statuta -unt. 15, 1, 22 (= Iust. 8, 11, 6) praescribtio temporis iuri publico non debet -ere, sed ne rescribta quidem (Iust. 6, 61, 4, 3 *a. 472*). Iust. 1, 3, 31 pr. (*a. 472*) nulla subtilitate iuris -ente. 4, 52, 2 (*s. III*) portioni tuae ea venditio non potest -ere. 7, 39, 8, 1^{a} non -ente ei, quod prior possessor ... exceptione eum removerat. EDICT. Theodor. 154 si ... iudex, cuius interierit, -ere aut vindicare aut obviare non potuerit. ENNOD. dict. 21, 19 p. 488, 18 frequens nobis naturae iteratio et sanctum creatoris nomen -et (*antea*: metum nobis legis obiectat *pater. vix recte trans. accipit Hartel in indice*).

b *per hebraismum i. q. flagitando insistere* (*aliter p. 229, 60*): VVLG. Ier. 7, 16 noli orare pro populo hoc ... et non -as mihi, quia non exaudiam te (*hebr.* tip^{e}ga', *gr. προσέλθῃς, Itala Tert. pudic. 2 p. 223, 2* accesseris, *Hier. in Ier. 2, 37, 1* resistas, *cf. in Is. 58, 12 l. 55* ne occurrat domino).

B *c. variis structuris aut explicativis (iuxta dat.) aut vicariis*: **1** *enunt. secund.*: PLAVT. Mil. 333 hic -am, ne imprudenti huc ea se subrepsit mihi (CIC. Verr. II 5, 5 -isti videlicet, ne *eqs. al.* NEP. Milt. 3, 5. VERG. georg. 2, 484 sin has ne possim naturae accedere partes, frigidus -erit ... sanguis. OV. fast. 2, 595 illi. LIV. 37, 36, 4 -endum *erat. al.*). CIC. nat. deor. 2, 35 ceteris naturis multa externa, quominus perficiantur, possunt -ere (Att. 7, 2, 3 Q. Ciceroni -i non potuit [*cf.* CYPR. domin. orat. 14 nobis a diabolo -itur]. *al.*). OV. met. 1, 58 vix nunc -itur illis *ventis* ..., quin lanient mundum (STAT. Theb. 2, 456 nil tela nec ignes -erint, q. ausa luas *eqs.* APVL. met. 9, 20, 3 sibi. *cf.* DARES 36 cui vix Diomedes -it, alioquin naves incendisset). FACVND. defens. 7, 3 p. 688^{A} nihil -it, ut credatur, quod *eqs.* (*cf. p. 247, 61*). **2** *praepos.*: CYPR. epist. 59, 2 p. 667, 25 virtus contra omnes incursus ... oblatrantium fluctuum velut petrae obiacentis fortitudine ... debet -ere (67, 8 p. 742, 5 *tres pueros* c. ignes Babylonios fideliter -isse [*perf. ut* OPTAT. 3, 7 p. 89, 15. 7, 5 p. 176, 18]. LEO M. epist. 152 Conc.^{S} II 4 p. 99, 11. *cf. p. 229, 25*). HIL. in psalm. 131, 28 ne ad cognoscendum eum nox ignorationis -ret (CAES. AREL. serm. 58, 4 ad serviendum deo). RVFIN. Orig. in num. 14, 2 p. 123, 7 qui adversum nos -rent (RVSTIC. Conc.^{S} I 4 p. 210, 20). BACHIAR. repar. laps. 22 quid est ..., quod nobis -et de venia?

II *transitive* (*vix huc pertinet l. 20*): **A** *i. q. opponere* (*si recte traditur*): EPIST. pontif. 592 Schwartz p. 72, 11 cur inruentibus in ovile dominicum lupis nullam vigilantiam (nulla -a *var. l.*) ministerii pastoralis -is (-it *H*) ... ? **B** *i. q. impedire*: LVCVLENT. 9 p. 829^{D} fidem Christi praedicans a nullo persecutore -i potuit *Paulus* vel elevari, et ob hanc causam in carcere trusus fuit.

deriv.: obsistentia. *cf.* obstetrix, obstitum. *Oomes.*

1. obsitus, *abl.* -ū *m. ab* 2. obserere. *i. q. actus obserendi, satus*: NAEV. trag. 24 ingenio arbusta ... nata, non -u (*sic Nonii codd. aliquot et Lindsay*, obstutas *alii*, obsita *Scaliger et Ribbeck*).

? **2. obsitus,** -a, -um. *ab* ob *et* situs (*cf.* 3. intersitus), *nisi utrobique* ob⟨po⟩situs *legas*. *i. q. situ oppositus*: HIER. in Ezech. 1, 13, 14 p. 26^{B} sin ... conatui suo aliquid -um viderint *animalia*, non ... revertuntur *eqs.* in Os. prol. p. 819^{A} (*in imag.*) -um (*var. l.* oppositum) in ipso exitu scopulum (*var. l.* scrupulum) ... praetergrediens.

? **3. obsitus,** -a, -um *v.* obsaepio.

4. obsitus, -a, -um *v.* 2. obsero. *Halter.*

obsius (-a, -um). *ab* Obsius (*v. Onom.*), *cf.* obsianus. *de lapide obsiano* (*sitne adi. an subst., non liquet*): ISID. orig. 16, 4, 21 -us (obsidius *var. l.*) lapis niger est translucidus (*inde* GLOSS.^{L} I Ansil. OB 519 -us lapis). *Lossau.*

obsolēfacio, -fēcī, -factum, -ere *et* (*prius*) obsolēfīo, -fierī. *ab* obsolescere, obsoletus *et* facere, *cf.* desuefacere. GLOSS.^{L} II Philox. OB 72 *ἀμαυρὸς γενόμενος*. *legitur* -fieri *apud* CIC., SVET., ARNOB., -ctus (sum) *inde a* VAL. MAX., SEN. epist. (*bis*), -facio *apud* ARNOB., PACIAN. (?), AVG.

fere i. q. obsoletum reddere: **1** *obscurando, inquinando* (maculis *l. 78*, splendore *p. 232, 5*; quodammodo *p. 232, 2*): CIC. Phil. 2, 105 in homine ... turpissimo -fiebant (*V*, obsolefaciebant *vel* obsolebant *cett.*) dignitatis insignia. VAL. MAX. 3, 5, 1 candidam togam ... turpitudinis maculis -ctam (obsoletam *var. l.*). SEN. epist. 90, 43 perlucidi fontes rivique non opere nec fistula nec ullo coacto itinere -cti, sed sponte currentes. ARNOB. nat. 2, 12 nomen ... -fieri Christianum (*postea*: superfundendi caligines atque obscurandi res tantas). 5, 8 ne illam *historiam* vis temporis et vetustatis -faceret longitudo, perpetuitatis honore mactastis. PACIAN. (?) sim. carn. p. 117, 19 apud quem *Christum* nec caro naturam -fecit alienam et spiritus clarificavit adsumptam

(*antea*: inlaesa inviolataque). AVG. in psalm. 29, 2, 2 l. 43 *homo* perimit in se vel deterit et quodammodo -facit imaginem dei (serm. 90, 10 peccando ... -cta erat, attrita erat). *luce praefulgente*: PANEG. 4, 3, 2 quae *copia dicendi*, cum virtutes tuas attrectaverit, non ... aut obteratur magnitudine aut splendore -cta tantum nitoris habeat, quantum ex rerum luce collegerit. *transfertur ad qualitatem vocis* (*cf. l. 77 et p. 234, 5*): TERT. virg. vel. 11, 8 iam et vox -cta est (*sc. adultae; i. obscurior facta est, cf. p. 173, 36; aliter vid. nat. 2, 12, 7* insolescere). **2** *pervulgando, diffundendo*: SEN. epist. 29, 3 nec habet apud eos satis ponderis *auctoritas viri multa temptantis*, quos posset minus -cta corrigere. SVET. Aug. 89, 3 ne paterentur *praetores* nomen *Augusti* ... commissionibus -fieri.

obsoleo, (-ēvī *l. 14*), -ēre. *ad explicandum perf.* -ēvī (*v. s. v.* obsolesco) *fictum esse videtur*: PRISC. gramm. II 489, 7 -o ... -ēvī facit; non est enim a 'soleo' ..., sed ab 'obs' et 'oleo' (*cf. l. 21; afferuntur l. 40. 61sq. p. 233, 63*). GLOSS. II 429, 2 *ῥυπoῦμαι*: -o. V 548, 2 -o (*Goetz*, abs-*trad.*): inquino, sordido. [*var. ll. v. p. 231, 76. 234, 31; cf. etiam var. l.* -entior *pro* obsoletior *p. 233, 27. 35. 38. 41.*]

obsolēsco, -ēvī, -ere (-ētum *v. l. 84sqq.*). *ab* ob *et* solere, *cf.* desuescere *et* exolescere. *de orig.*: CASSIOD. gramm. VII 204, 19 (*ex Caesellio*) -vit ... s quidem habet, sed non ut ipsius verbi, verum praepositionis, quae est obs, sicut ab abs, quasi abolevit, id est inveteravit et obsorduit diuturnitate (*cf. l. 15 et var. l.* obol- *infra l. 61*). *scribitur* abs- *in parte codd.* CIC. Quinct. 59 NEP. Ages. 8, 2. *al.*, ops- CIC. Font. 42. *perf.* -levi *inde a* CIC.; -lui *solum trad.* TRACT. Pelag. 4 p. 107, 16 GLOSS. *l. 29, in var. l.* CIC. inv. 1, 39 PANEG. 5, 4, 2 PRISC. gramm. II 512, 19. *de notione* (*v. etiam l. 22*): SYNON. Cic. p. 444, 22 sordet. absordet. -it. abhorret. displicet. GLOSS. -o: *ῥυπαίνομαι*. GLOSS.^{L} III Abol. OB 26 (= I Ansil. OB 522. 524) -uit (-evit *ed. sec. Ansil.*): attritum (-us *Ansil. 522*) est. *legitur inde a* CIC., VARRONE, LIV., SEN. *philos.*, CVRT., TAC., PLIN. paneg., *semel in poesi* (PRVD.). [*confunditur in codd. c.* abolescere LIV. 21, 52, 7 *et l. 51*, -vi *c.* absolvi CIC. Quinct. 59 de orat. 3, 136 LIV. *l. c.*]

I *intransitive i. q. (usu vel vetustate) tritum, obscuratum, oblitteratum sim. fieri*: **A** *depravatur species* (*menti percipienda praeter l. 47. 64; accedit abl. instrum. saepius, v. l. 39. 56, praepos.* in *c. abl. l. 45. 52*, propter *l. 57*, erga *l. 74*): **1** *perlucente imagine splendoris turbati* (*opp.* enitescere *l. 41. 52*, praenitere *l. 47*, splendere *l. 44 [cf. etiam l. 78]; -it* splendor *l. 43 [v. etiam l. 82]; accedit abl.* sordibus *l. 45 [cf. l. 51]*): **a** *-unt res*: CIC. inv. 1, 4 videntur ... cetera studia ... concelebrata ab optimis enituisse, hoc vero (*i. eloquentiae*) a plerisque ... desertum -visse (*cf. opp.* nitere: leg. agr. 1, 21). Quinct. 59 antiquam officii rationem ..., cuius splendor ... his moribus -vit (absolvit *var. l.*). Sest. 60 quae *virtus* ... splendet ... per sese semper neque alienis ... sordibus -it. CVRT. 9, 6, 14 cito gloria -it in sordidis hostibus (*cf. l. 49. 61*). LACT. opif. 10, 3 acies ... id est membrana illa perlucens ..., nisi umore ... tersa praeniteat, -it. *obscuratio fit alia re praefulgente* (*cf. supra l. 3*): TAC. ann. 4, 26, 1 Dolabellae ... abnuit triumphalia *insignia* Tiberius, ... ne Blaesi ... laus -ret; sed neque Blaesus ideo inlustrior *eqs.* GELL. 2, 32, 2 *comoediae Latinae* Graecarum ... luminibus -unt (*antea*: sordere). **b** *-unt homines*: PLIN. paneg. 4, 5 enituit aliquis in bello, sed -vit in pace. AVG. spir. et litt. 28, 48 p. 203, 7 *a dei lumine* aversi -ere meruerunt (*opp.* renovari; *antea comparatur imago evanescens, cf. l. 65*).

2 *vario usu* (*maxime de eis, quae vel aetate corrumpuntur, cf. abl.* vetustate *sim. l. 58sqq., vel oblivione abolentur; syn.* obliteratus *l. 69, opp.* vigere *l. 59*, in usu manere *l. 70*): CIC. inv. 1, 39 quae ... propter vetustatem -verint (*cf.* LIV. 21, 52, 7 *facinora* vetustate [PANEG. 5, 4, 2 *beneficia*]. SEN. benef. 3, 1, 2 *beneficia* quae recentia ... viguerunt, ea interiecto spatio -unt. PASS. Saturn. Dat. [BHL 7492] 1, 1 ne saeculis transeuntibus -ret [abol-, obol- *var. ll.*] ... gloria). Manil. 52 -vit iam ista oratio re ... refutata. Cael. 40 *virtutes veterum* vix iam in libris reperiuntur; chartae quoque, quae illam pristinam severitatem continebant, -verunt (*item de pictis, scriptis*: Ps. HIER. epist. 19, 17 p. 205^{B} -entibus iam pene imaginibus veritatis. PRVD. perist. 10, 1120 nec -it ullus in caelis apex). de orat. 3, 136 *de bellica virtute et usu militari.* ac. 1, 11 animo haec inclusa habebam et, ne -rent, renovabam ... legendo. VARRO ling. 9, 16 *non utendo verba perperam usitata* -ent ac postea iam obliterata ... corrigi poterunt (*cf.* PRISC. gramm. II 512, 19 haec *participia* ... etiam iunioribus in usu manserunt, illa vero -uerunt). SEN. epist. 74, 16 *summum bonum* -it, si ... transfertur ad sensus. PACIAN. (?) sim. carn. p. 108, 20 reformationem disciplinae iam pridem labentis -entisque iustitiae. SYMM. epist. 7, 55 -ere ... quadam silentii rubigine animorum foedus existimas. erga *aliquid faciendum*: AMM. 16, 10, 17 *fama* augens omnia semper in maius, erga haec explicanda, quae Romae sunt, -it.

B *depravatur sonus* (*cf. l. 6 et p. 234, 5*): APVL. flor. 17 p. 79 ut gladius usu splendescit, situ robiginat, ita vox ... hebetatur *silentio*; ... tragoedi ... ni cottidie proclament, claritudo arteriis -it; ... boando purgant ravim.

II *transitive i. q. obsolefacere, obscurare*: TRACT. Pelag. 4 p. 107, 16 cuius vitae ... splendorem ... -uisset (*trad.*, obsoletasset *Caspari*) caligo peccati.

p. p. p. **ᵃobsolētus,** -a, -um *pro adi.* (*neutr. subst. v. p. 234, 7;*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

vi quasi verbali adhibetur in abl. absol. l. 65). -lit- GLOSS. *l. 8. 9; in var. l.* VAL. MAX. 6, 4, 4, -led- NOT. Tir. *compar.* -ior *inde a* CIC. *l. 26. 74, superl.* -issimus APVL. *l. 84; cf.* tam -us *p. 234, 13,* nimis -us *l. 64. 77.* NOT. Tir. 40, 37 -ledum (*sequitur* sordidatum). *de notione*: PAVL. FEST. p. 222 p⟨a⟩edidos sordidos significat atque -os. SYNON. Cic. p. 445, 27 sordidum. -um. oblitteratum. GLOSS. -us: *ἀμαυρός, τριβακός.* a sordida generatione. -um: *ἠμαυρωμένον, ἠφανισμένον, τριβακόν.* GLOSS.^{L} V Abba OB 50 -litus: sordidus. V Aa OB 210 -litum: veteratum. Corp. o 27 -litus: deletus. *legitur in prosa oratione inde a* RHET. Her., CIC., NEP., LIV., VAL. MAX., *in poesi non nisi apud* HOR., SEN. *trag.*, PRVD.; *attulimus omnia praeter l. 78.* [*confunditur in codd. c.* abolitus NEP. Milt. 6, 2 HIER. epist. 60, 6, 2, *c.* absolutus CIC. Planc. 75 GELL. 17, 2, 12 (*dub.* PS. QVINT. decl. 1, 17 *v. Reitzenstein, Stud. 58*). *falso trad. pro* oppletum SANTRA trag. 1.]

i. q. (usu vel consuetudine) tritus, obscuratus, oblitteratus sim. (*accedit abl. l. 30. 32. 66. 80. p. 234, 1. 4,* ob *l. 44,* per *p. 234, 15*): **I** *adi.*: **A** *depravatur species* (*sc. vel menti vel sensibus percipienda; de ipso nitore l. 25 sq., colore l. 35 sqq.*): **1** *de rebus*: **a** *vario usu*: *α respicitur magis status obscurus, sordidus, item humilis sim.* (*synon. vel iuxta posita* exoletus *l. 39,* humilis *l. 27,* incultus *l. 27* [*cf. infra l. 75*], sordidus *sim. l. 30. 31. 34. 46, opponuntur* clarus *l. 46,* nobilis *l. 40,* purus *l. 47* [*cf.* mundus *etiam l. 79*], splendidus *l. 31. 40*): RHET. Her. 4, 34, 46 si quis Drusum 'Gracchum (*gen.*) nitorem -um' dicat (*cf.* TERT. anim. 53, 5 *animae* velut per corneum specular -ior lux rerum est). CIC. leg. agr. 2, 13 vestitu -iore (-lent- *var. l.*), corpore inculto et horrido (NEP. Ages. 8, 2 humili atque -o. *cf.* LIV. 3, 47, 1 veste [27, 34, 5 VAL. MAX. 6, 4, 4. *cf. l. 38. 84*]. CVRT. 6, 9, 25 amiculo). HOR. carm. 2, 10, 6 caret -i sordibus tecti (SCHOL.: squalidi, sordidi). SEN. Ag. 977 caede respersam . . . atque -am dextram ablue. benef. 3, 28, 3 nomina (*cf. 2* splendidos sive . . . sordidos gradus). dial. 12 (11), 18, 9 longo iam situ -o et hebetato animo (*cf.* HIL. in Matth. 4, 7 ad conspectum dei acies -ae mentis hebetatur [*antea*: pollutum et sordidum]). COLVM. 2, 10, 35 *cicera a cicerula* colore discernitur; nam est -ior (-lent- *var. l.*) et nigro propior (*cf. Pallad. 4, 6* sordet. *item de colore*: 4, 30, 4 -i purpurei *coloris* [SVET. Nero 48, 1 paenulam -i c. AMM. 31, 2, 5 -i c. tunica]). APVL. apol. 3 pudor . . . veluti vestis quanto -ior (-lent- *trad.*) est, tanto incuriosius habetur (*cf.* 76 venit . . . nova nupta . . . pudore despoliato, flore exoleto, flammeo -o). TERT. resurr. 6 p. 34, 11 *aurum materia* splendidior atque nobilior de -iore (-lent- *trad.*) matrice *terra* (*item de materia vili*: PRVD. epil. 26 -um vasculum *sc. ligneum*). CHALC. comm. 328 quorum in animo cerae . . . similitudo . . . fluxior . . . erit, facile . . . discunt, sed cito amittunt -is ob nimiam remissionem cerae signaculis (*item de forma obscurata*: HIER. hom. Orig. in Luc. 8 p. 48, 26 *animam ut Christi* imaginem vel -am vel sordidam aut claram atque lucentem). CONSVLT. Zacch. 2, 7 p. 62, 20 pro -is pecudum . . . victimis caeleste . . . munus pura oblatione celebratur.

β respicitur magis status vetustate effectus (*syn. vel iuxta pos.* vetus *l. 60. 67,* antiquus *l. 63. 68, cf. p. 234, 8,* praeteritus *l. 61; opp.* novus, inauditus *l. 54. 56*): Ⓘ *de vulgatis, calcatis sim.* (*syn. et iuxta pos.* effusus *l. 59,* usitatus *l. 59,* vulgaris *l. 54, cf. infra l. 75; opp.* rarus *l. 58*): CIC. Quinct. 56 quo te nomine appellemus? improbum? . . . audacem . . . ? vulgaria et -a sunt; res autem nova atque inaudita (*cf.* Verr. II 5, 117 non volt populus . . . -is criminibus accusari Verrem, nova postulat, inaudita desiderat). Planc. 75 (*verba Laterensis*) quo usque ista dicis? . . . -ae iam sunt preces tuae. NEP. Milt. 6, 2 honores quondam fuerunt rari et tenues ob eamque causam gloriosi, nunc autem effusi et -i. LIV. 30, 42, 17 usitata ac prope iam -a ex victoria gaudia esse. 38, 43, 7 veterem viam et -am *accusandi* (*cf.* HIER. epist. 60, 6, 2 praeterita et -ta quondam calcare vestigia *argumentando*). CVRT. 9, 1, 2 iam vilia et -a esse spolia de Persis. Ⓘ *de evanidis, invalidis sim.*: CIC. Verr. II 1, 56 ne haec . . . nimis antiqua et iam -a videantur (SYMM. or. 48 nimis -a adque arida). Font. 42 studiis militaribus apud iuventutem -is (*abl. abs.*). rep. 5, 2 *mores antiquos* ita oblivione -os videmus, ut non modo non colantur, sed etiam ignorentur. SVET. Cal. 38, 1 Augusti diplomata ut vetera et -a delebat *Gaius*. IVST. 30, 4, 15 ferentes . . . in bellum alii . . . maiorum . . . antiquam et -am gloriam, alii virentem . . . virtutis florem. *de ipsa vetustate, oblivione*: QVINT. inst. 4, 1, 58 *verbum* ab -a vetustate . . . sumptum (*peperam mutat* IVL. VICT. rhet. 15 p. 423, 24 *verbum* -um a vetustate . . . sumptum). PRVD. perist. 1, 73 vetustatis silentis -a oblivio.

b *usu rhet.* (*sc. confusis quodammodo notionibus, quas sub a discernere conati sumus*): CIC. de orat. 3, 33 si paulo -ior fuerit oratio (3, 97 ne exilis, ne inculta sit . . . o., ne vulgaris, ne -a). 3, 150 ut abiecta aut -a *verba* fugiat, lectis atque inlustribus utatur (SEN. contr. 4 praef. 9 calcatis et -is. GELL. 11, 7, 1 aut nimis -is exculcatisque aut insolentibus *eqs. al. v. etiam l. 70*). GELL. 17, 2, 12 pinguiora haec -ioraque sunt (*opp.* mundius subtiliusque). PORPH. Hor. epist. 2, 2, 115 'obscurata diu . . . vocabula': antiqua et -a senio in consuetudinem revocabit *poeta*.

2 *de hominibus* (*sc. sordidis vel ignotis; addas l. 5 sqq.*): CIC. Pis. 89 iacuisti maerens . . . atque inde -us . . . venisti (*item de habitu*: APVL. flor. 19 p. 93 homines . . . tritissimos atque -issimos vestitu. *cf. imag.*: AMBR. inst. virg. 2, 13 vetus ille *homo* peccato obnoxius et -us ac vestimenti veteris similitudine attritus et scissus). off. 3, 116 quibus (*i. Cyrenaicis philosophis*) -is floret Epicurus. HOR. epod. 17, 46 paternis -a sordibus . . . anus (PORPH.: sordidi generis).

B *obscuratur vox* (*cf. etiam p. 232, 6. 77*): HIER. adv. Iovin. 1, 36 vox *viri* -ior est *quam feminae*, sermo ferocior.

II *pro subst. (vix add. p. 233, 6): n. sing.*: CIC. de orat. 3, 98 cum . . . in antiquis tabulis illo ipso horrido -oque teneamur (*agit de coloribus picturae*). Att. 13, 22, 3 nolebam aut -um Bruto aut Balbo inchoatum dari (*de scriptis; item 13, 21a, 1 ἕωλα*). SEN. dial. 6, 23, 1 *animi praemature mortuorum* minimum . . . faecis . . . traxerunt; antequam obdurescerent . . . liberati . . . facilius, quicquid est illud -i inlitique, eluunt. *n. plur.*: CIC. rep. 2, 55 tam vetera vobis et tam -a decanto. PLIN. nat. praef. 15 dare novis auctoritatem, -is nitorem. PANEG. 4, 35, 4 -a . . . per vetustatem redivivo cultu insigniuntur (*antea per opp.*: enitescunt).

adv. compar. **obsolētius.** *i. q. sordidius*: CIC. Verr. II 1, 152 ut eum, cuius opera ipse . . . esset in sordibus, paulo tamen -ius vestitum videret.

deriv.: obsolefacio (-fio), obsoleo, obsoleto.

obsolēto, -āvī, -ātum, -āre. *ab* obsoletus, *cf.* inquieto (*l. 26*). -lit- *l. 37 et* GLOSS. *perf. non nisi brev. l. 29. 30.* SYNON. Cic. p. 437, 15 oblitterat. -at. exterminat. debilitat. GLOSS. -tus: pollutus, inquinatus. obsordidatus.

i. q. obsoletum reddere (*c. abl. l. 29. 33. 37; -antur res praeter l. 33. 37*): TERT. apol. 15, 6 *ludicra turpia* honorem inquietant divinitatis, . . . maiestatis vestigia -ant (fastigium adsolant *Φ sec. nat. 1, 10, 48; item oblitterando*: AVG. serm. coll. Morin p. 148, 18 *imaginem dei* cupiditate terrena quodammodo confricando perdidisti et -asti). scorp. 6 p. 158, 6 qui vestitum -assent (*cf.* EVSEB. EMES. serm. 20, 7 tamquam -tis *vestibus* aut non -tis [obsoletis *bis C*]). ZENO 2, 15, 12 Iob ulceribus maculatus est et dominus sumendo carnem . . . peccatorum est sordibus -tus. GREG. TVR. Mart. 2, 3 ne . . . -et (obsole[a]t, obfuscit *var. ll.*) paginam sermo rusticior (*cf.* VEN. FORT. vita Albin. 4, 6 radiantem vitam si . . . impar lingua praedicat, -at et, quod inluminare debuit, hoc nube sermonis abscondit). NICET. vigil. 3 p. 58, 19 B. mundanis actibus -amur (-lit- *T*, oscitamus *A*).

obsolētus, -a, -um *v. p. 232, 84.*

obsolidātus, -a, -um. *ab* ob *et* solidare, *cf.* obdurare. *i. q. solidatus, obduratus*: VITR. 2, 3, 2 *lateres non aridi* tectorio inducto ⌊rigidoque -i permanent⌋ (⌊ ⌋ rigideque -o permanente *Rose, alii alia*) ipsi sidentes *eqs.* (*textu vix sano*).

obsolvo, -solūtum, -ere *pro* absolvere: THEOD. MOPS. epit. in psalm. 50, 13^{a} ad p. 339, 10—11 *et* 50, 14^{b} ad p. 339, 23—25, *ubi bis* absol- *ed.* *Lebek.*

obsōnātio, -ōnis *f.* *ab* 1. obsonare. *i. q. actio obsonandi, sc. obsonium emendi*: DON. Ter. Andr. 369, 2 ('holera et pisciculos minutos . . . in cenam seni') 'seni' dixit, ut -is ostenderet causam.

obsōnātor, -ōris *m.* *ab* 1. obsonare. *scribitur* ops-: CIL VI 5353. 6619. 8945. 8946. *et passim in codd.; litt. graecis l. 52. de notione*: ATHEN. 4, 171a *ἐκάλουν . . . ἀγοραστὴν τὸν τὰ ὄψα ὠνούμενον, νῦν δ' ὀψωνάτορα* (*cf. l. 80*).

i. qui obsonat, sc. obsonium emit vel utcumque procurat (*inter officia publica l. 60*): PLAVT. Mil. 667 hilarissimum convivam . . . vel primarium parasitum atque -em optumum. SEN. epist. 47, 8 -es, quibus dominici palati notitia subtilis est, qui sciunt, cuius illum rei sapor excitet, cuius delectet aspectus *eqs.* PETRON. 39, 13 in aquario copones et cucurbitae *nascuntur*, in piscibus -es et rhetores. MART. 14, 218 (lemma) -r. PAVL. sent. 3, 6, 72 inter urbana ministeria continentur . . . -es et vestiarii *eqs.* (*iuxta* muliones, institores). 4, 14, 1 -em (*postea*: officiorum). MARCIAN. dig. 32, 65 pr. cubicularios . . . vel -es vel eos, qui piscatoribus praepositi sunt (*opp.* qui praepositi essent negotii exercendi causa, veluti qui ad emendum locandum conducendum praepositi essent). SPART. Hadr. 17, 4 -um fraudes. AMBR. Hel. 8, 24 p. 425, 4 ferietur . . . coquorum mastigiarum machaera, requiescat -r. p. 426, 1 inter -em et pastorem. PS. AVG. serm. ed. Caillau 1, 7, 14 pastus necessarios servo dei *Eliae* opportunus -r exhibuit *corvus*. 2 app. 65, 5 (*cf.* serm. ed. Mai 50, 1. 55, 5) cui *Petro piscatori* iubebat, non dico curator, sed infimus -r. PAP. Marini 114, 114 (*a. 538—546*) -r d(omini) n(ostri) Eusebius. CIL VI 5353 (*tit. sepulcr. ut*: 6619. 8945. 8946).

obsōnātus, -ūs *m.* *ab* 1. obsonare. *scribitur in codd. fere* ops-. *i. q. actio obsonandi, sc. obsonium emendi*: PLAVT. Cas. 719 redit . . . tandem -u meus adiutor (Men. 277 prius iam convivae ambulant ante ostium, quam ego -u redeo. 288 numero huc advenis ad prandium; nunc -u redeo). Truc. 740 ⟨iussi⟩ ei quinque argenti deferri minas, praeterea unam in (*Merula*, unum in *trad.*, una mina *Leo*) -um.

obsōniātor, -ōris *m.* *ab* 1. obsonium, *cf.* obsonator. *i. q. obsonator*: PHOT. p. 22, 12 R. *ἀγοραστήν, τὸν τὰ ὄψα ὠνούμενον, ὃν Ῥωμαῖοι ὀψωνιάτορα καλοῦσιν* (*cf. l. 52*).

obsōnito, -āvī, -āre. *ab* 1. obsonare. *de notione*: FEST. p. 201 -ēre: saepe obsonavere ([-sen- . . . obon- *X*]. *affert* CATONEM [*v. infra*], *sed non iam Paul., addens tantum* significat . . . convivari). *i. q. saepe obsonare, cenitare*: CATO or. frg. 27, 1 qui antea ⟨. . .⟩ *[Paschoud]*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

-ēre, postea centenis -ēre (q. a. per se caenitavere, ... centeni -ere *Scaliger*, octoni cenavere, ... centeni -ere *Müller, ceterum v. app. crit.*).

1. obsōnium, -ī *n.*, *ὀψώνιον*, *cf. ὄψον* (*ad* -b- *v. p. 236, 22*). *scribitur*: ops-: CIL III 6066 (= 7124[A]), 7. *et passim in codd.* os-: DIOSC. 4, 73 (*in var. l.*). -eum: NOT. Tir. *v. l. 7.* *de genere: coniungitur c. pron. masc.*: SORT. Sangall. 51, 4 -um, quem. ORIBAS. eup. 1, 11, 9 p. 418 in eum -um. NOT. Tir. 70, 95 -eum. *de notione* (*v. etiam infra l. 53*): GLOSS. -um diarium: *ὀψώνιον*. -um: *κρέας*. -i: carnium. *legitur semel ap.* NAEVIVM, *saepius ap.* PLAVTVM, *bis ap.* TER., *singulis locis ap.* TITIN., CAECIL., LVCIL., CIC., VARRONEM *et tum passim per totam Latinitatem.* [*in contextu parum dilucido*: CIL III 6066 (= 7124[A]), 7.]

i. q. ὀψώνιον, cibaria, alimenta, edulia, imprimis modo empta et quidem aut in universum aut eorum genera certa (*cf. iuxtaposita sim. sub I allata. per meton.: ? de pecunia l. 65, de stipendio p. 236, 6. ad rem v. e. g. Hug, RE XVII 2, 1746 sq.*):

I *loci ad -i genus adumbrandum idonei*: **A** *distinguitur ab aliis cibis sim.*: PLAVT. Mil. 107 vino, ornamentis opiparisque -is (NEP. Them. 10, 3 panem ... v. ... -um). NEP. Ages. 8, 4 vitulinam et eius modi genera -i (*v. etiam l. 30. 38*). VITR. 1, 4, 2 -aque et poma (SVET. Aug. 98, 3 p. et -orum). PHAEDR. 3, 4, 2 inter reliquas merces atque -a. PLIN. nat. 15, 82 panis ... simul et -i vicem siccatae *fici* implent (SVET. Cal. 37, 1 convivis ... p. et -a apponeret. DIOSC. 4, 73 cum -o aut p. [*gr. 4, 76 κρεαδίοις tantum*]. *v. etiam l. 19*). 27, 119 et cibis inspergitur *peplis* -isque ad molliendam alvum (31, 87 ad -um et c. CASSIOD. Ios. antiq. 2, 5, 3 -o variisque c. [*gr. 2, 71 ὄψον*]. *cf.* POMPON. dig. 24, 1, 31, 9 aut in -o ... aut in cibariis). 31, 115 -a alba ..., olera viridiora *facit nitrum Aegyptium* (MARCELL. med. 32, 19 holus aut -um. *at cf.* SVET. Nero 16, 2 ne quid in popinis cocti praeter legumina aut holera veniret, cum antea nullum non -i genus proponeretur). TERT. test. anim. 4 p. 138, 29 cum -is et matteis.

B *intelleguntur certae species*: VARRO rust. 3, 17, 7 cum mare turbaret ac per tempestatem macellum piscinarum [mare] -um praeberet *eqs.* (*de piscibus etiam*: IVV. 4, 64 [*de rhombo insolitae magnitudinis*] spectant ... -a. APVL. apol. 27 -o piscium [*c. gen. defin. etiam*: TERT. pall. 5, 6 mulli ... -um sex HS detulit *i. emit*]. AVSON. Mos. 127 -a plebis, alausas). FEST. p. 330 ⟨s⟩uillis -is (*cf.* PETRON. 48, 1 [*de sue nondum occiso*] -um). PLIN. nat. 15, 118 in ... genere -i ..., quod ... myrtatum vocatur. 18, 105 ab -is appellati *panis*, ut ostrearii. TERT. apol. 9, 11 de arena ferinis -is cenant. NEMES. auc. 24 exiguos sectans *scolopax* -a vermes. AVG. in psalm. 62, 14 p. 802, 33 ut ... veniret ad ... popinam, ubi inveniret -a pinguia.

II *generalia*: **A** *usu communi*: **1** *sing.*: NAEV. com. 50/51 quod de -o, stilo (*alii coniungunt* de -o s.) mi in manum pupugit. PLAVT. Aul. 282 postquam obsonavit erus ..., edixit mihi, ut dispertirem -um (*cf.* Stich. 451 ibo opsonatum, ... referam -um). 291 ei ... -i ... iussit dimidium dari. 352 ut accipias coquos ... -umque in nuptias. 560. Bacch. 96 facito opsonatum nobis sit opulentum -um (Stich. 440 ibo atque opsonabo -um). 131 ut commode pro dignitate -i haec concuret cocus. Men. 220 abi atque -um adfer. Merc. 582 imus atque -um curamus. 780 apponite -um istuc ante pedes ... seni. Most. 363 adest -um; eccum Tranio a portu redit. 747 -i ... participem fieri. TER. Andr. 360 paululum -i (SCHOL. Ter. p. 84, 5 id est edulii; et -um generaliter dicuntur omnes cibi, quos indifferenter accipimus *eqs.*). Ad. 286 ego iam transacta re convertam me domum cum -o. TITIN. com. 88 gravi ... -o convivas. CAECIL. com. 180 quid hoc futurum -ost, ubi tantum sumpti factum? CIC. fam. 9, 19, 2 -o *praebendo assequi hoc*. VARRO frg. Non. p. 177, 19 -um in ... cenam coemptum (*cf.* GLOSS. V 508, 14 -i emptio). SEN. dial. 7, 17, 2 scindendi -i magister (*cf.* PETRON. 36, 6 laceravit -um. 36, 8 -um carpit). ARGVM. Plaut. Aul. 2, 5 dat coquos cum -o. APVL. apol. 41 si cocto *pisci* ventrem rusparer ..., ita ut ... Sicinius Pudens suomet -o discit. AVG. conf. 10, 31, 46 immunditiam -i. ORIBAS. eup. 1, 11, 9 p. 418 de piper ... tenue pulver intinguis in ... -um et manducas et in potionibus superspargis (*gr. σὺν τοῖς ὄψοις*).

? de ipsa pecunia ad -um emendum destinata: PLAVT. Truc. 561 iam de hoc -o de mina deminui una ... quinque nummos.

2 *plur.*: LVCIL. 1208 (*proverb.*) mantisa -a vincit. HOR. sat. 1, 2, 9 omnia ... coemens -a (MART. 3, 23, 1. TERT. adv. Marc. 5, 7 p. 596, 23 permissio o. -orum). 2, 2, 41 coquite ... -a (*cf.* PAVL. FEST. p. 39 decoquantur. PLIN. nat. 31, 5 percocunt). 2, 7, 106 illa, quae parvo sumi nequeunt, -a captas. PAVL. FEST. p. 95 gizeria ex multis -is decerpta. p. 125 ut in domo eius *Macelli* (*i. macello*) -a venderentur. PHAEDR. 4, 20, 22 -orum pretia. SEN. epist. 78, 23 cocorum ... ipsos cum -is focos transferentium. PLIN. nat. 19, 188 apio eximunt coqui -is acetum. 20, 126 in condiendis -is (Ps. GARG. MART. p. 211 AVSON. 156, 3 p. 12 P.). 23, 139 sapori -orum (AVG. serm. 210, 8, 10 quorumlibet -orum varietates et sapores). 24, 93 adspergitur *rhus* pro sale -is. 27, 136 cortice arido *smyrnii* ... ad -a utuntur. 33, 140 mensas ... ad sustinenda -a. 35, 112 pinxit *Piraeicus* ... -a. IVV. 11, 134 non ... ulla umquam -a fiunt rancidula. SVET. Iul. 43, 2. Tib. 34, 1 pridiana ... ac semesa -a (Vit. 13, 3 fumantia -a vel p. atque s.). VIT. 10, 2 inter profundissimos -orum apparatus. HESYCH. in lev. 11, 13—19 p. 910[A] ne quidem gerentium -is pascentia *animalia*. MACR. Sat. 3, 17, 11 ad parandas -orum copias (*antea*: edulium). APIC. 5, 194 alternis (*i. interponens farinam*) aptabis -a, quousque impleatur angularis. SIDON. epist. 3, 13, 3. ORIBAS. syn. 8, 7, 8 Aa p. 213 -a ... manducet (*gr. 8, 6, 8 ὄψων*). *offeruntur dis*: PRVD. perist. 10, 297 perdidisse -a, quae dis ... obtulisti.

B *in largitionibus, remunerationibus sim. publicis* (*de stipendio in universum e. g. l. 15*): PLIN. epist. 10, 118, 2 -a petunt *athletae* pro eo agone, qui *eqs.* (*cf.* TRAIAN. *ibid.* 10, 119 -a ... certaminum). SVET. Cal. 18, 2 panaria cum -o ... divisit (*cf.* Dom. 4, 5 senatui equitique panariis, plebei sportellis cum -o distributis). SORT. Sangall. 51, 4 vix consequeris -um, quem vis accipere (52, 5 non accipies ... -um. *cf.* COD. Theod. 14, 4, 10, 3 per quinque ... menses quinas in -is libras carnis possessor accipiat). COD. Theod. 14, 4, 10, 5 quattuor milia ... -orum *decernere populo*. NOVELL. Valent. 36, 2 -orum praebitionem ... procurandam. CANON. Turner I 2, 1 p. 32[x], 22 neque miles propriis -is arma ... adportat (*gr. ὀψωνίοις, antea*: stipendia, *cf. I Cor. 9, 7* quis militat suis stipendiis umquam?). CASSIOD. var. 12, 11 tit. Petro ... erogatori -orum. 12, 11, 3 -a ... populo distribuenda.

deriv.: obsoniator.

? **2. obsonium** ('absonum *?*' *Goetz in indice s. v.*) male sonans GLOSS. I p. 303. *ab* ob *et* sonus, *si probare velis; cf.* 2. obsonare.

1. obsōno, -āvī, -ātum, -āre *et* **obsōnor,** -ātus sum, -āri. *versum e gr. ὀψωνέω*. ob- *sec. praev.* ob-, *cf. e. g.* absinthium: *ἀψίνθιον et* absis: *ἀψίς sec. praev.* ab-. ops- *hic illic in codd.* -sōn- *testatur* EVTYCH. gramm. V 479, 6 (*affert* TER. Ad. 117 *v. l. 76*). *de genere: inter verba activa coniug. primae* CHAR. gramm. p. 473, 30 B. *de signif. passiva* POMP. gramm. V 233, 9 sunt ... verba, quae secundum potestatem et voluntatem nostram possunt habere vel activam vel passivam significationem; puta ... -o et -or (*affert* TER. Ad. 117 *v. infra l. 76*). *verb. deponens iuxta verb. neutrum usurpari testantur*: SACERD. gramm. VI 430, 1. 488, 22 utrumque ... in uno intellectu (*cf.* PROB. cath. gramm. IV 36, 27). PRISC. gramm. II 393, 11/12. GLOSS. -tus: emptus. -tum: emptum. *legitur praeter* PLAVT. *et* TER. *singulis locis ap.* CATONEM *et* CIC., *tribus ap.* APVL. *et duobus ap.* TERT., *ceterum non nisi ap.* GRAMM.

I *i. q. obsonium emere, comparare sim.* (*pertinet quasi ad pretium obsonii solvendum l. 56.* -are obsonium *l. 55*): **A** -are (*pass. praeter* -ari [-arier] *l. 50. 59 non nisi* -tum [est *sim.*] *l. 51. 55. 57. 58. 60*): **1** *sine obi.*: **a** *nude*: PLAVT. Aul. 280 postquam -vit erus ..., edixit ..., ut dispertirem obsonium. Capt. 474 -ant, quae parasitorum ante erat provincia. Cas. 441 mittere ... -tum (*supin. ut*: Mil. 749 -tum pergam. Stich. 451 ibo -tum, ... referam opsonium). Merc. 754. Mil. 738 nunc volo -are, ut ... te ... accipiam benigne. CATO or. frg. 12, 1 pro re publica, non pro sua -at. **b** *c. additamentis*: *α adv. sim.*: PLAVT. Cas. 491 abi atque -a ..., sed lepide volo. 501 abi; argento parci nolo, -ato ampliter (Men. 320 an -o amplius?). Men. 273 bene -vi ..., bonum anteponam prandium pransoribus (DON. Ter. Ad. 377 b. -asse, qui vivos attulit pisces). Merc. 695 nimium -vit. Mil. 750 commodulum -a, ne magno sumptu. APVL. apol. 21 parcius pasco, levius vestio, minus -o. *β indicatur pretium sim.* (*cf. etiam l. 48 et l. 61*): PLAVT. Truc. 445 iubebo ... -ari ⟨una⟩ dumtaxat mina. TER. Andr. 451 vix ... dracumis est -tum (-tus *codd. plerique*) decem (*vix recte intellegunt* SCHOL. Ter. p. 85, 28 'est -tus': est convivatus). Ad. 964 -are cum fide. *γ* ab *aliquo*: APVL. apol. 29 quis ... ab illis -are audebit ...?

2 *cum obi.*: PLAVT. Bacch. 96/97 tu facito -tum nobis sit opulentum opsonium. :: ego -bo, nam id flagitium meum sit (Stich. 440 ibo atque -bo o.). 143 an hoc ad eas res -tumst, obsecro? (Men. 320 satin hoc ... -tumst, an -o amplius ...?). Men. 209 iube ... aliquid scitamentorum de foro -rier, glandionidam suillam, laridum pernonidam *eqs.* Mil. 756 quod ... -tumst culpant et comedunt tamen. Poen. 1295 hōc -are prandium potero mihi. APVL. met. 1, 24, 8 si quid -are cupis, utique commodabimus. TERT. apol. 48, 1 ne forte bubulam de aliquo proavo suo -et *Pythagorae sectator*. *singulariter* -are famem: CIC. Tusc. 5, 97 Socraten ... respondisse se, quo melius cenaret, -are ambulando f.

B *dep.* -ari (*v. etiam l. 51*): PLAVT. Aul. 295 quid? hic non poterat de suo senex -ari filiai nuptiis? Stich. 681 Stichus -tust, ceterum ego operam do. SCHOL. Hor. sat. 1, 6, 121 ad locum, qui appellatur 'Ad Marsyam' consueverat -ari. EVGRAPH. Ter. Andr. 359 non fiunt nuptiae, quod paululum -tus est dominus.

II *i. q. obsonium consumere, cenare* (*cf.* SCHOL. Ter. p. 84, 7 [*ad Andr. 360 v. p. 235, 53*] -tum est ... id est coenatum [*sed melius* EVGRAPH. *l. 69*], *praeterea* p. 85, 28 *v. supra l. 52. ambigua sub I afferre maluimus*): **A** -are: PLAVT. Most. 24 bibite ..., pascite parasitos, -ate pollucibiliter (*cf.* TERT. ieiun. 17 p. 297, 5 convivandi frequentior, ... -andi pollucibilior). TER. Ad. 117 -at, potat, olet unguenta. TERT. apol. 39, 14 Diogenis dictum est 'Megarenses -ant quasi crastina die morituri'. **B** *dep.* -ari: SCHOL. Ter. p. 85, 28 *v. l. 52.*

deriv.: obsonatio, obsonator, obsonatus, obsonito.

2. obsono, -āre. *ab* ob *et* sonare. GLOSS. -at: non sonat seu valde resonat. *i. q. sonando sc. dicendo se opponere, obloqui, obstrepere*: PLAVT. Pseud. 208 male morigeru's mihi, quom sermoni huius -as. :: taceo.

cf. ? 2. obsonium.

Paschoud.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

obsōpēscit NOT. Tir. 83, 31 (*antecedunt*: dormitat, sopet, sopor, sopitus, obsopet, obsopor, obsopitus).

obsōpet NOT. Tir. 83, 29 (*de antecedentibus et sequentibus v. l. 2*).

obsōpio, -ītum, -īre. *ab* ob *et* sopire *cf.* obdormire. *aetate cadente per confusionem praev. q. s.* ob- *et* ab- *transisse in* *absopire *suspicatur post alios Niedermann, Recueil 46.* NOT. Tir. 83, 30 (*v. l. 2*) -tus. [*coniciebatur olim* CAES. civ. 3, 109, 5 (*Davis*, sop- *Gronov.*, occupatus *trad.*). VELL. 2, 126, 2 -tae (*Bergk*, obitae *alii*, oppositae *trad.*).] *i. q. soporem offerre, consopire, sopire, soporare: mediopass.*: SCRIB. LARG. 180 prodest . . . sinapi ex aceto tritum . . . a somni tempore prohibere, ne -antur. *p. p. p.* -tus, -a, -um: SOL. 12, 9 odoris novitate -tus *delphinus* (*Plin. nat. 9, 26* sopitus). HIL. myst. 1, 3 p. 4, 18 -to Adam ex latere eius . . . Eva gignitur (*cf. gen. 2, 21* immisit . . . dominus . . . soporem in Adam; cumque obdormisset *eqs.*).

*?***obsopor** NOT. Tir. 83, 29[a] (*v. l. 2*). *cf. Heraeus, ALL 12, 1902, 62. 77 et Kl. Schr. 95, 5.*

obsorbeo, -uī, -sortum (*v. l. 24*), -ēre (*?* -ere *l. 22 bis*). *ab* ob *et* sorbere; *aetate cadente formam praeverbii vulgarem* ob- *pro* ab- *accipias. scribitur* ops- *passim in codd.*, hobs- ITALA psalm. 123, 4 (cod. n. 189), -sorv- PLAC. med. 29, 14 *Vr.* ORIBAS. syn. 7, 11, 5 Aa p. 142. *de formis: praes.* -it ORIBAS. *l. c. et* GLOSS. *v. l. 25.* -itur PELAG. in II Cor. 5, 4 *E. ? fut.* -ent ITALA Abd. 16 *v. l. 39. p. p. p.* -sortus: Ps. ORIG. tract. 4 p. 36, 27 *F.* VVLG. num. 11, 2 (*var. l.*). CONC.[S] II 5 p. 73, 34 *P. de notione*: GLOSS.[L] V Aa o 208 -it: vorat. *legitur semel ap.* NAEV., *ter ap.* PLAVT., *tum singulis locis e. g. ap.* PLIN. nat., HYG. fab., *saepius ap. script. eccles. inde ab* LACT. *et in script. sacris.*

i. q. sorbendo haurire obtinendi causa, absorbere sim.: **1** *vigente notione hauriendi, glutiendi, vorandi*: **a** *-ent animantes: liquores*: NAEV. com. 122 cocus edit Neptunum . . . Liberumque pariter -uit (GLOSS. V 521, 15 [= 565, 6] *ad l.*: id est . . . comedit pisces . . . et vinum pariter bibit. *cf.* PLAVT. Mil. 834 neque tu bibisti *vinum* ? :: di me perdant, si bibi, si bibere potui. :: quid iam? :: quia enim -ui, nam nimis calebat [FEST. p. 347 v.]). PLAVT. Curc. 313 vin aquam ? :: si frustulenta est, da, . . . -am (PAVL. FEST. p. 192 'offucare': a. in fauces -endam dare. GLOSS. I p. 163 [*cf. Thes. gloss. s. v.* promuscida] a. -ere et iterum spargere quasi pluviam). PLIN. nat. 9, 121 liquefactum *unionem* -uit (*at 9, 122* unionem . . . abs-). ITALA Abd. 16 (Tolet.) bibent et -ent (*gr. πίονται καὶ καταβήσονται, Vulg.* bibent et absorbebunt). PLAC. med. 29, 14 rec. *β* ovus crudus si -atur (exs- *Ca*) *eqs. homines* (*c. notione delendi*): LACT. mort. pers. 21, 6 his *ursis* homines non plane comedendi, sed -endi (abs- *Columbus*) obiectabantur. HYG. fab. 125, 15 ter die -bat *Charybdis* terque eructabat. HIER. psalt. sec. Hebr. 124 (123), 3 cum exsurgerent super nos homines: forsitan vivos -uissent (PSALT. Rom. velut aqua -uissent, *alia psalt.* abs-, *Veron.* demersisset, *Vulg.* deglutissent) nos. PSALT. Rom. 34, 25 nec dicant -uimus (*var. l.* abs-, *alia psalt.* abs- *vel* devoravimus *ut Vulg.*) eum. SERM. Caspari p. 205, 28 (= CAES. AREL. serm. 11, 5 p. 56, 20) vomuit, quod -uerat, inimicus (*cf.* ISID. eccl. off. 1, 30, 2 ut, quos -uerat, evomeret *hostis*).

b *-ent res* (*v. etiam l. 46*): PLAVT. Truc. 351 aestuosas sentio aperiri fores, quae -ent quidquid venit intra pessulos. VVLG. deut. 11, 6 quos *filios Eliab* aperto ore suo terra -uit ([*var. ll.* abs-, deglutiit *vel* deglutivit. *inde*: Ps. ORIG. tract. 4 p. 36, 27 hiatu terrae -ti, *var. l.* abs-]. SVLP. SEV. chron. 1, 21, 1 eos vivos hiatu suo t. -uit [*P, ed. pr.* abs-]. GREG. TVR. Mart. 2, 32 effusum . . . oleum velociter t. -uit [*var. l.* abs-]). PSALT. Rom. 68, 16 neque -at (Caes. Arel. serm. 167, 5 p. 647, 14 *et* 206, 3 p. 783, 21 *in var. l. pro* abs-) me profundum ([*Vulg.* abs-]. *cf.* Ps. PHILO antiq. 26, 8 proiecit *angelus lapides pretiosos* . . . in cor maris et precepit profundo maris et -uit illos. GREG. TVR. Andr. 34 utinam me prius mare -isset [*var. l.* abs-], quam *eqs.*). PELAG. in II Cor. 2, 7 ('ne forte maiore tristitia absorbeatur . . .':) ne forte per desperationem indulgentiae -atur (*E, ceterum* abs-) gurgite vitiorum (*cf.* VVLG. II Cor. capit. cod. R 1 p. 283 W.-Wh. ne tristitia -at eum).

c. notione desiccandi: ORIBAS. syn. 7, 11, 5 Aa p. 142 copressi folia *etc.* . . . -it humores et desiccat (*gr. ἐκβόσκεται tantum*).

2 *praevalent notiones secundariae exstinguendi, delendi sim.* (*cf. etiam supra l. 42*): VVLG. num. 11, 2 oravit Moses dominum et -tus (*var. l.* abs-) est ignis. PSALT. Rom. 57, 10 priusquam producent spinae vestrae ramnos sicut viventes sic in ira -et (*alia psalt.* abs-) eos. PELAG. in II Cor. 5, 4 ('ut absorbeatur mortale . . . a vita':) quod -etur (*var. ll.* -itur, -eatur, abs-), non apparet, cum sit sicut ferrum, si mittatur in ignem (*cf.* CONC.[S] II 5 p. 73, 34 cum a vita nostra mortalitas sit -ta [*P, ceterum* abs-]). RVSTIC. Conc.[S] I 4 p. 103, 12 ut et orthodoxi pellantur ecclesiis et dogma ex toto -atur (*M, ceterum* abs-). GREG. TVR. glor. mart. 9 p. 494, 21 proiectum *auctorem sceleris* . . . totum ignis -uit (*cod. 2 m. pr.*).

deriv.: obsorptio.

? **obsorbitio** *v.* obsorptio. *Sz.*

obsordēsco, -uī, -ere. *ab* ob *et* sordescere. *ad notionem cf.* NON. p. 147, 5 -uit (*var. l.* obsurd-), obsolevit (*affert* CAECIL. *p. 238, 2*). CASSIOD. gramm. VII 204, 21 (*ex Caesellio*) obsolevit . . . quasi abolevit, id est inveteravit et -uit (*var. ll.* abs-, obsurd-) diuturnitate. GLOSS. V 645, 5 -uit: sordidata (*trad.* -te) est. [*confunditur passim c.* -surd-, *v. e. g. p. 237, 82. 84.*] *i. q. sordidum fieri, obsolescere*: CAECIL. com. 86 -uit (*Ribbeck* obsurd-) iam haec in me aerumna miseria (*cf. p. 237, 82*). HIL. in Matth. 4, 4 criminum, quibus -imus conscientia (*cf.* OROS. hist. 1, 3, 1 cum . . . humanum genus libidinibus depravatum peccatis -isset). *proprie*: HIL. in Matth. 24, 7 si -erit *calix interius*, quid proficiet lotus exterius? (*antea*: interiora non mundent). VVLG. Is. 33, 9 confusus est Libanus et -uit et factus est Saron sicut desertum. PRVD. apoth. 146 ne coma . . . fumo -at amaro.

obsordet insolescit GLOSS.[L] Ansil. OB 525. *ab* ob *et* sordere, *cf.* obsordescere. -uit *v. s.* obsordesco. *Johann.*

obsorpsio *v.* obsorptio.

obsorptio, -ōnis *f. ab* obsorbere. GLOSS.[L] I Ansil. vo 126 (= III Abol. vo 17) vorago: -o (GLOSS. IV 296, 50 [= GLOSS. nom. p. 168] v.: -o et fossa profunda et terrae hiatus. *utrobique trad.* -sorsio [*latere fort. formam genuinam* -sorpsio *vel* -sorbitio *suspicatur Nettleship, Contrib. 540 afferens glossam nescio unde petitam* absorbitio: terr⟨a⟩e]).

obsorsio *v.* obsorptio. *Sz.*

***obstāculum,** -ī *n. ab* obstare. *var. l.* -stic- SOL. 24, 6. 52, 38. *cf. l. 37.* GLOSS. *ἐμπόδιον. ἀντίστασις. ἀντισκότησις.* impedimentum. GLOSS. V 638, 64 cetram: -um, scutum. *inde ab* APVL. (*? l. 36*), TERT., SOL. (*falso* SEN. nat. 2, 52, 1 *E, non constat de* ITALA Eph. 2, 14 *v. p. 239, 7*); *in poesi ap.* AVIEN., PRVD., PAVL. NOL., ALC. AVIT. [*dub.* ALC. AVIT. c. Eutych. 2 p. 23, 24 contentionis -o (*S*, intentionis obstinacula *L*, *Peiper.* obstinatio *exstat ibid. p. 23, 29*, -um *ceterum bis*). *falsa var. l. pro* ostiol- CASSIOD. var. 5, 42, 9.]

i. q. res (homo p. 239, 13 sqq.) obstans, obiex, impedimentum sim. (*iuxta* obiex *l. 74. p. 239, 21. al.*, oppositio *p. 239, 15, cf.* -i obiectus *sim. l. 47*, -i obiex ALC. AVIT. epist. 51 p. 79, 24; *explicatur per gen. identitatis l. 84 sq., definitionis passim; res impedita indicatur per gen. p. 239, 19 sqq.*, ad *p. 239, 26, saepius in locutionibus verbalibus per dat. vel praepos.; sequitur* quo minus *l. 82*, ne *p. 239, 16, acc. c. inf. p. 239, 25*): **1** *proprie*: **a** *respicitur obscuratio*: *α in astrologia* (*fere i. q. defectus l. 36. 42*): APVL. flor. 18 p. 90 *Thales repperit* siderum obliqua curricula, solis annua reverticula, i⟨ti⟩dem lunae vel nascentis incrementa vel senescentis dispendia vel delinquentis -a (obstiticula *trad.*, *def. Armini, Eranos 26, 1928, 333*). FIRM. math. 1, 4, 10 Sol . . . Lunae radiis quasi quibusdam -is impeditus cunctis mortalibus fulgida splendoris sui denegat lumina. 4, 25, **3** *Luna* occurrentis . . . signi -is impeditur. CHALC. comm. 87 -orum effulsionumque et repentinarum obscurationum (*cf. Theo Smyrn. p. 192, 22 ἐπιπροσθήσεων*). 124 quos . . . defectus mathematici vocant, Plato -a appellat (*Tim. p. 40[C] ἐπίπροσθεν ἀλλήλοις*) . . ., non quo sibi invicem obsistant, sed quod nobis . . . inferioris subiectu (ob- *var. l.*) visus arceatur stellae superioris *eqs.* *β usu vario*: TERT. anim. 41, 2 lumen aliquo -o impeditum manet, sed non comparet, si tanta densitas -i fuerit. ARNOB. nat. 7, 46 utrumne aliquod -um fuerit, cuius sese obiectu atque oppositione protexerit *serpens* (*infra*: rei . . . alicuius -um). AVIEN. Arat. 1554 Sol dura -a primus . . . reserat. AMM. 21, 10, 4 planities . . . ita resupina et panda, ut nullis hebetetur (*Petschenig, add.* obtutus *Heraeus*; habitetur *trad.*) -is (EVSTATH. Basil. hex. 1, 3, 3 nullis mediis interpolatur -is [*Migne gr. 29, 9[B] μηδενὶ μέσῳ διακοπτόμενον*]). VEG. mulom. 2, 17, 3 cum . . . intellexeris claritatem pupillae sine ullo -o hypochymae. RVFIN. Orig. in cant. 1 p. 105, 17. AVG. epist. 167, 14 *membrum* caret lumine et tenebroso inumbratur -o. Ps. AVG. in Matth. 13 *margarita* in tegumentis mortalitatis, quasi concharum -o, . . . latuerat. PETRON. BONON. RevBén. 14, 1897 p. 4, 16 iubare solis exorto -a nebulosa ceciderunt (*cf.* Ps. PHOEBAD. fid. 8 p. 47[D] lumen . . . -o nubis includitur). MART. CAP. 6, 586 remoto . . . -o contorti crinis a facie (*cf. p. 246, 6*). **b** *respicitur quaelibet impeditio*: SOL. 24, 6 -o naturalis repaguli in ipsis marginibus haeret unda. 52, 38 ut morari eam *mantichoram* nec extentissima spatia possint nec -a latissima. HIL. trin. 10, 23 clausae domus -is. AMM. 17, 13, 4 *Parthiscus flumen* accolas . . . a barbaricis . . . excursibus suo tutos praestat -o. HEGES. 1, 24, 1 *Mithridates* Pelusiacis repulsus -is (*aliter gr. 1, 187 εἰργόμενος τῶν . . . ἐμβολῶν, Ps. Rufin.* ab accessu Pelusii prohibitus). 5, 35, 1 densa aedificiorum -a (*antea*: angustiae impedimento erant). HIER. epist. 18[A], 8, 2 (*ad Is. 6, 4*) 'superliminare' illud, id est quasi quoddam -um, intrare cupientibus sublatum est. PRVD. cath. 9, 65 clausus aurium meatus . . . purgat . . . crassa quaeque -a. ham. 599 carnificem . . . progeniem, saepti rumpentem -a partus. perist. 11, 117 prosternunt saepes et cuncta -a rumpunt. MART. CAP. 6, 592 -a montium (*cf.* EVSTATH. Basil. hex. 4, 6, 4 aqua marina, cum aliquibus montuosis -is retardata fuerit, . . . perruptis obicibus procedit ad lucem [*aliter Migne gr. 29, 92[C] ἐπειδὰν σκολιαῖς . . . ἐναποληφθῇ διεξόδοις*]). CAEL. AVR. chron. 1, 4, 82 nullo subiecto indigestionis -o (*cf.* 5, 2, 41). ALC. AVIT. carm. 4, 307 lymphis -a tanta parantem *Noe*. CASSIOD. anim. 5 p. 1290[D] si ignem angusto vase concludas, altum . . . nequit appetere, quia eum arctissimum -um constat operire. *al.*

2 *translate* (*hic illic colore proprio pellucente*): **a** *generalia quaedam selecta*: PANEG. 12, 7, 7 quis . . . crederet tantis successibus tuis ullum -um fore, quo minus omnes exercitus se clementiae tuae traderent . . . ? ARNOB. nat. 2, 13 ut sint vobis placidae *potestates* neque . . . -a impeditionis opponant (*cf.* AMBR. parad. 3, 17 impedimen-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

torum [*antea*: obstantia]. Ps. Ambr. paenit. 18 morarum). 2, 28 -o perficitur corporis, ne meminerint *animae* ([*seq.* membrorum impediuntur -o]. Avg. civ. 8, 21 p. 351, 29 D. Clavd. Mam. anim. 2, 7 p. 127, 12. *cf.* Avg. gen. ad litt. 12, 17 p. 403, 6. 12, 20 p. 409, 15. Sacr. Leon. 285 carnis et sanguis [*i.* -nis] . . . -is). Hil. in psalm. 134, 20 (*ad Eph. 2, 14*) maceriam vel vallum, id est, quo a cognitione dei prohibebamur, -um (*eodem spectat* Praef. bibl. De Bruyne, Préfaces 240 amotum est legis -um). Amm. 14, 11, 1 ut auxilio destitutus sine ullo interiret -o. *al.* Ps. Ambr. mans. praef. p. 9A mulieres femineae infirmitatis -o . . . excluduntur (Leo M. serm. 95, 5 corporeae. Pomer. 3, 30, 2 sine ullo i. -o. Pallad. hist. mon. II 9 p. 355C absque pristinae i. -o [*in eadem narratione* Rvfin. hist. mon. 28 p. 452A absque femineae suspicionis -o]). Heges. 3, 17 p. 215, 14 Aaron . . . *morti* serpenti in omnes -o fuit (*cf.* Rvfin. hist. 10, 34 Athanasium velut horum omnium -um. Cassiod. Ios. antiq. 17, 26 -um erat et oppositio quaedam ille vir indigenis adversus Trachonitas et Iudaeis . . ., ne *eqs.* [*gr.* πρόβλημα]). Pavl. Nol. carm. 19, 535 facinus reus atque -a coepit . . . narrare (*538* inplicitis . . . se pedibus retroactum). Avg. civ. 3, 26 p. 137, 30 D. seditionis (-nibus *var. l.*) -um aedem Concordiae . . . contionantibus opponendam (*c. gen. rei impeditae ut*: Salv. eccl. 3, 93 obicem atque -um . . . cupiditatis. Ennod. dict. 1, 14 p. 427, 6 remotis dicendi -is). c. Pelag. 4, 1, 1 quinque rerum eos obtendere -a (*sc. dogmata insidiosa*). *al.* Vita Hil. Arel. 4 l. 14 mundi (*cf.* Prosp. in psalm. 118, 147 ['intempesta nocte'] saeculi). Cod. Iust. 3, 1, 17 quid . . . -i est homines, qui cuiusdam rei peritiam habent, de ea iudicare? Greg. M. epist. 5, 38 p. 325, 20 ad aeternam vitam -um aliquod invenire. *et saepe.* **b** *speciatim in re iudiciali*: Cod. Theod. 1, 15, 12 *ut* nemo . . . annositatis se defendat -o (*cf.* 2, 7, 2, 1 [= Iust. 2, 52, 6, 1] citra -um temporis [Cod. Iust. 6, 33, 3, 3 nullum ei t. obiciatur -um]). 2, 5, 2 ut interruptis artificiosis -is possidentum astutia comprimatur. 2, 27, 1, 4 *ut debitor* cavillationis istius perdat -um. 16, 10, 11 interclusos sibi nostrae legis -o profanos aditus recognoscant (Novell. Valent. 25, 1. *cf. supra l. 8*). Conc. Rom. a. 502 p. 451, 3 nec aliquo se ante tribunal Christi -o muniat. Cod. Iust. 2, 18, 20, 2 (*a. 294*) nec agendi quidem propter exceptionis -um facultatem habere. 3, 1, 13, 4 nec pertimescat iudex appellationis -um. 4, 1, 12, 2 lis suo Marte percurrat, nullo ei -o obviante. 4, 20, 14 (*a. 486*) absque ullo praescriptionis -o. 5, 3, 20, 8 nullo -o penitus ex nuptiarum interventu faciendo. 6, 2, 22, 2 (= Inst. Iust. 4, 1, 16) nullo -o ei opponendo (6, 43, 3, 3b. 10, 35, 3, 2). 7, 4, 17 pr. ne quid -um libertati . . . procedat. 11, 62, 8 (*a. 386*) sine ullius adsertionis . . . -o. *al.*

obstantia, -ae *f.* *ab* obstare. *fere i. q. impeditio*: Vitr. 6, 1, 9 *septentrionales gentes* propter -am aëris umore refrigeratae stupentes habent mentes. 8, 1, 7 solis vehemens impetus propter nullam -am umbrarum eripit . . . umorem. 9, 5, 4 *siderum* figurationes propter -am terrae non sunt notae. 10, 9, 6 calculus liberatus ab -a cum ceciderit in vas. Sen. nat. 5, 14, 3 quanto *virium* . . . terrae -am (-a *ES*) auferant *nubes subterraneae.*

obstendo, obstentus *v.* obtendo, obtentus.

obsterno, -ere. *ab* ob *et* sternere. *i. q. sternendo offerre*: Apvl. apol. 97 mulierem . . . multo natu maiorem . . . misero puero obicit et -it.

obstetrīcālis (obset-), -e. *ab* obstetrix. Gloss. III 206, 29 meotice (*i.* μαιωτική) -is (*Goetz,* obsticale *vel* obstricale *trad.*). *i. q. obstetricius*: Soran. p. 5, 7 -is . . . ratio quid a muliebri differt? ⌊quod pars ab universo; -is enim pars est muliebrium rationis⌋ (*om. b l*). p. 21, 11 -is (*l h,* matricalis *b*) sella sive cathedra . . .; qualis est -is sella? sicuti est sella tonsoris, in qua sedetur ita, ut habeat sub sessu similitudine lunae foramen praecisum, ut illuc infans cadere possit . . .; (p. 22, 8) si vero sella -is non est *eqs.* ([*gr. p. 236, 7 δίφρον μαιωτικὸν ἢ καθέδραν*]. Ps. Soran. epit. 66 Cael. Avr. gyn. 1, 95. 96).

obstetrīcātio, -ōnis *f.* *ab* obstetricare. *i. q. actus obstetricandi* (*cf.* obstetricia): Cael. Avr. gyn. 1, 106 si . . . aliqua parte fetus *secundus* procedens fuerit visus, tunc . . . erit -o repetenda.

obstetrīcia, (-ōrum, *vix* -ium) *n. et* **obstetrīcius,** -a, -um. *ab* obstetrix. **1** *n. pl. pro subst. i. q. officia obstetricum* (*cf.* obstetricatio): Plin. nat. 35, 140 Iove Liberum parturiente depicto (*a Ctesilocho*) . . . muliebriter ingemescente inter -a (-ces *var. l.*) dearum. **2** *adi. i. q. ad obstetricem pertinens* (*cf.* obstetricalis): Arnob. nat. 3, 10 parturire alias *deas* tractu longo et manus -as quaerere. 3, 20 -is ille *deus* informatus artibus, medicorum alius institutus est disciplinis. Don. Ter. Andr. 473, 6 -am (*Schopen,* hoc extra etiam *trad.*) hanc potestatem Iunoni attribuit. *in imagine*: Fronto p. 142, 15 v. d. H. (p. 148 N.) sensum dictu periculosum et paene -um (*i. obstetrice indigentem*) pulcherrimo cultu . . . protulisti.

obstetrīco (obset-), -āvī, -āre *et* **obstetrīcor,** -ātus sum, -ārī. *ab* obstetrix. *deponens* (*sec. gr.* μαιοῦσθαι) *p. 240, 15.*

1 *usu originario respicitur auxilium ab obstetricibus praestitum*: **a** *absol. i. q. obstetricis officio fungi*: Tert. nat. 2, 12, 16 *Iovem* vobis patriarcham deorum Caelum et Terra poetis -antibus procreaverunt. Priscill. tract. 1, 19 ecclesia matre editi et sapientia -ante producti. Vvlg. exod. 1, 19 *mulieres Hebreae* -andi habent scientiam (*cf.* Greg. Tvr. Andr. 25 p. 841, 18 *Diana* habet studium -andi). Iob 26, 13 -ante manu eius eductus est coluber tortuosus (*per confusionem verb. hebr. ut vid., cf. sub 2*; mortificavit *Ambr. Iob 2, 5, 21,* peremit *Hier. interpr. Iob, Aug. in Iob p. 563, 14 sec. hebr.* ḥolelah. *explicat* Philipp. in Iob 26 p. 691A pietate eius -ante). -ans *fere i. q. obstetrix*: Philipp. in Iob 39 p. 767A (*ad 39, 1* parturientes cervas observasti) animas . . . quasi -antis officio . . . observasti. **b** *c. acc.*: **α** *matrem, i. q. in partu adiuvare*: Itala exod. 1, 16 (Lugd., Rufin. in exod. 2, 1 = Vvlg.) cum -bitis Hebreas (*gr.* μαιοῦσθε). Iren. 2, 30 (46 H.), 4 non . . . obstetrices eam *Matrem* -verunt. Soran. p. 54, 7 si ab inperita obstetrice male fuerit -ta mulier (*gr. p. 314, 6* φαύλη . . . μαίωσις). p. 81, 7 qua . . . diligentia -andae sunt illae, quae tarde . . . pariunt? **β** *partum, i. q. proferre*: Iren. 1, 12, 3 (1, 6, 2 H.) Aeonum emissionem a Propatore et Ennoea eius, cum crearentur, ipsi -asse se affirmant ([*gr.* ὡς αὐτὸς μαιωσάμενος]. 2, 14, 8 [2, 18, 7] verbi dei genesin exponentes et . . . dei emissiones -antes. 4, 33 [51], 3 emissionem *Christi* . . . semetipsos -tos esse affirmant). 2, 28, 6 (2, 42, 4) quem inenarrabilem . . . vocant, hunc, quasi ipsi -verint primae generationis eius prolationem et generationem, enuntiant (*aliter dist. edd.*). Ps. Orig. tract. 7 p. 79, 17 (*ad exod. 1, 16 sqq.*) *animae mentesque sanctorum* virtutes bonorum operum, quasi quemdam divini seminis partum de cordis utero -antes, in lucem cogitationis producebant.

2 *per hebraismum respiciuntur dolores, quales mulier obstetrici commissa pati solet*: **a** *c. dat. fere i. q. partum infligere*: Hier. psalt. sec. Hebr. 29, 9 (*8* vox domini parturire faciens desertum Cades) vox domini -ans cervis (cervas *vel* cervos *var. l.*) et revelans saltus (*hebr.* j^{e}hôlēl, *gr.* καταρτιζομένου, *Itala Sangerm. al.* = *Vulg.* praeparantis, *Veron. al.* perficientis). **b** *c. acc. fere i. q. affligere*: Ivlian. in Iob 26, 6 (*ad 26, 5*) in graeco: 'numquid gigantes -buntur *eqs.* ?' . . . pro 'resurgunt' '-buntur' interpretatus est a similitudine mulierum parturientium (*gr.* μαιωθήσονται, *hebr.* j^{e}ḥôlālû, *Vulg.* gemunt; *aliter Hier. interpr. Iob et Aug. in Iob p. 562, 2*).

deriv.: obstetricatio.

II *intransitive i. q. (cum strepitu) obversari* (*c. dat. passim,* adversus *p. 249, 28; accedit obi. int.* tantum *sim. p. 249, 4. 250, 38. 47,* quod *p. 249, 58. 250, 27,* nihil *p. 250, 45,* aliquid *p. 250, 48* [*adde* Iord. Get. 38 *et cf.* quid *p. 249, 14. 38*]): A *vi sonandi servata*: 1 *-unt animantia*: a *homines*: α *in malam partem c. respectu molestandi, inquietandi*: ① *generatim* (*fere sine dolo malo*): Cic. de orat. 3, 50 tanta ... insolentia ac turba verborum, ut ... quodam modo ipsi sibi in dicendo -ere videantur (Tac. hist. 1, 85, 3 tumultu verborum s. i. -entes. *cf. p. 250, 15*). fam. 5, 4, 1 quae res fecit, ut tibi litteris -ere non auderem (*in serm. epistulari ut*: Symm. epist. 5, 78 occupato tibi ... verebar -ere. Alc. Avit. epist. 35 ut me offerendis ultro epistularibus officiis non offerrem, illis occupationibus -ere timui. *cf. p. 250, 25*). Plin. epist. 2, 17, 24 nec ipse meorum lusibus nec illi studiis meis -unt. Svet. Cal. 55, 1 si qui saltante eo *Mnestere* vel leviter -ret (*postea*: tumultuanti). Tert. orat. 17 proximis

[Johann]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

-unt *clarius adorantes* (*cf.* Ps. Ambr. serm. 24, 4 Nicet. vigil. 13 p. 81, 1). Ambr. Abr. 1, 8, 71 ne cognito negotio aut inpediret aliquis aut gemitu -ret aut fletu. Rvfin. Orig. in exod. 13, 3 p. 272, 29 tantum garriunt *mulieres*, tantum fabulis -unt, ut non sinant esse silentium. Sidon. epist. 1, 2, 4 turba satellitum ... ne -at, eliminatur (*seq.* immurmurat). Cod. Theod. 14, 9, 3, 1 (= Iust. 11, 19, 1, 4) ne discipuli sibi invicem possint -ere. -entes *pro subst.* (*cf. l. 40*): Sen. benef. 4, 21, 3 vocem exaudiri fremitus -entium non sinit. Ⓘⓘ *speciatim de infeste obsistentibus, adversantibus*: Sall. Catil. 31, 8 ad hoc maledicta alia cum adderet, -ere omnes, hostem ... vocare. Liv. 1, 40, 6 uterque vociferari et certatim alter alteri -ere (*postea*: obloqui). 24, 9, 1 cum T. Otacilius ferociter ... vociferaretur atque -ret. 35, 39, 7 *cum* multitudo -ret ... senatum ... accusando (*cf.* Val. Max. 3, 7, 3 plebe. Vir. ill. 58, 8 populo). Sen. Ag. 290 quid -is, quid voce blandiloqua mala consilia dictas? (Avg. c. Cresc. 1, 9, 12 q. obstas, q. -is, cur prohibes, cur reprehendis?). Herc. f. 1031 falsum ac nomini turpem tuo remove parentem, ne tuae laudi -at (Clavd. 24, 37). epist. 121, 4 non desistam ... votis -ere. Cvrt. 8, 7, 7. 10, 6, 12 hastis scuta quatientes -ere perseverabant. Stat. Theb. 11, 383 -ret quamquam atque obstaret Erinys. Mart. 1, 95, 1 clamas semper, ... agentibus -is. Qvint. inst. 6, 3, 38. 6, 4, 11 ut -ant ingenti clamore *eqs.* 12, 6, 5 iudex tacet et adversarius -it (Ambr. Isaac 6, 56 p. 680, 5 Greg. Tvr. Franc. 10, 3 p. 486, 11). Tac. ann. 11, 6, 1. 11, 34, 2 -ere accusator. Plin. epist. 8, 14, 16. Flor. epit. 4, 2, 9 Cato adversus potentes semper obliquus detrectare Pompeium actisque eius -ere. Gell. praef. 18 temere. 7, 2, 4 aliarum ... opinionum ... auctores huic definitioni ita -unt *eqs.* Tert. adv. Iud. 1, 1 uxor. 2, 5 l. 1. 2, 7 l. 10. Cypr. Demetr. 1 p. 351, 3 oblatrantem te et adversus deum ... ore sacrilego et verbis impiis -entem (-entem veritati *Lact. inst. 5, 4, 3*). Lact. inst. 5, 1, 4 -unt ... et intercedunt, ne audiant. Amm. 17, 12, 14 in preces admissus est Arahario pertinaciter -ente. Heges. 1, 30, 4 de muro sibi -entes fugere coegit (*gr. 1, 296* ἀντιπαρηγοροῦντες). 2, 10, 3 id quo minus liceret, -bant ad seditionem parati (*cf. gr. 2, 417*). 5, 53, 1 p. 410, 24 neque ullum -ere (*gr. 7, 353* καὶ ἔστιν ὁ κωλύσων οὐδείς). *et saepius.* *pass. impers.* (*cf. infra l. 68*): Liv. 3, 49, 4 eos contio audit; decemviro -itur. 43, 16, 8 Graccho dicente silentium fuit; ⟨cum⟩ Claudio -retur, audientiam facere praeconem iussit. Plin. epist. 9, 13, 19 obturbatur, -itur. Avg. nat. et grat. 55, 65 quid contradicitur, quid -itur, quid misericordiam Christi petere prohibetur? -entes *pro subst.* (*cf. l. 7*): Tac. ann. 4, 42, 2 inter -entes ... audivit Tiberius probra. Hil. coll. antiar. p. 177, 12 obnitimini reclamantibus et adgregamini -entibus. Oros. hist. 7, 35, 8.

β in neutram partem de concinentibus, sono respondentibus: Tib. *infra l. 70.* Prop. 1, 16, 46 matutinis -it alitibus *amator exclusus.* Sen. Herc. O. 760 fata nec, mater, tua privata credas: iam genus totum -it; hunc ... luctu quem gemis cuncti gemunt. Stat. Theb. 11, 247 (*loq. Aepytus*) uterque loquenti *Polynici* adgemit et pulsis exercitus -it armis. Mart. 7, 18, 13 dic aliquid saltem clamosoque -e cunno. *in imag.* (*ambigue*): Avg. in psalm. 146, 3 l. 8 noli bonae cantilenae tuae -ere moribus malis.

b *animalia*: Prop. 2, 20, 6 non tam nocturna volucris funesta querela Attica Cecropiis -it in foliis (*cf.* Sen. Oed. 454 garrula per ramos avis -it. Cvrt. 8, 9, 25 cantu seriis rebus -ere docuerunt *Indi aves*). Svet. Aug. 94, 7 cum primum fari coepisset, ... -entes forte ranas silere iussit. Clavd. rapt. Pros. 2, 127 mellifer electis exercitus -it herbis.

2 *-unt res*: **a** *strictius*: *α de rebus sono praeditis*: Ⓘ *naturalibus*: Hor. epod. 2, 27 labuntur ... ripis aquae, queruntur in silvis aves fontesque lymphis -unt manantibus, somnos quod invitet leves (frondes [*v. infra*] *vix recte coni. Markland; cf.* Schol. pro 'strepunt' posuit. *item de aquis*: carm. 2, 18, 20 maris ... Bais -entis. 3, 30, 10 dicar, qua violens -it Aufidus. 4, 14, 48 -it Oceanus Britannis. Liv. 21, 56, 8 nihil sensere *milites* -ente pluvia. Stat. silv. 2, 2, 119 maria ipsa vetantur -ere *carminibus.* 3, 2, 4 non -at unda precanti. Serv. Aen. 3, 689 cum Cereri quaerenti filiam -ret *fluvius*, tacere iussus est). Prop. 4, 4, 4 multa ... nativis -it arbor aquis (Calp. ecl. 2, 95 resonant frondes, ... cantibus -it arbos. *cf.* Nemes. ecl. 1, 31 nobis *cantantibus* ne vento garrula pinus -at). Sen. dial. 3, 20, 8 *C. Caesar* iratus caelo, quod -ret (-retur *A*, *Hermes*) pantomimis *sc. tonitru.* Cvrt. 8, 13, 23 tumultuantium fremitus -entibus ventis ab hoste non poterat audiri. Ⓘⓘ *de instrumentis musicis*: Tib. 2, 1, 86 turba iocosa -it (*sc. voci precantis*) et Phrygio tibia curva sono. Ov. met. 4, 392 tympana ... raucis -uere sonis (*abl.*) et ... tibia ... tinnulaque aera sonant. 11, 18 (*v. l. 83*). Liv. 37, 29, 4 quibus *clamoribus* ... tubae -rent. Lavs Pis. 175 *quamvis* gravis -ret modulatis bucina nervis. Novell. Valent. 36 praef. inter bellicas curas et -entes lituos. Ⓘⓘⓘ *de variis*: Val. Max. 3, 8, 6 clamore imperitae multitudinis -ens (*A*^{2}, -ret *LA*^{1}, -ente *Halm fort. recte*) ... forum ... nitebatur, ut *eqs.* Plin. nat. 36, 117 ne invicem -rent scaenae. Qvint. inst. 10, 3, 28 si quid -et (*postea*: quae impedient ..., quae oculis vel auribus incursant). *c. respectu resonandi*: Greg. Tvr. vit. patr. 13 praef. p. 715, 11 *vita caelestis*, quae in exultatione perpetua manet, quae nullo gemitu -it.

β de ipso sono: Ov. met. 11, 18 ingens clamor et ... tibia ... tympanaque et plausus et Bacchei ululatus -uere sono citharae (Liv. 22, 55, 3 lamentantium mulierum. Sen. epist. 29, 12 c. et plausus. 83, 7 circensium. Cvrt. 4, 9, 20 neque consilium neque imperium accipi poterat: -bat hinc metus, praeter hunc ... luctantium mutuus c. *cf. p. 249, 76*). Sen. dial. 7, 26, 7 nulla voce mala -ente (Comm. apol. 599 tonant ore ...; -it ... v. adornata. Clavd. 18, 317 -uere avium v., exhorruit annus nomen *eqs.*). Cvrt. 6, 9, 6 fremitus undique indignantium querentiumque tota contione -bat. Calp. ecl. 6, 61 ne vicini nobis sonus -at amnis ...; namque ... raucum mihi ... lymphae respondent et obest arguti glarea rivi. Plin. nat. 28, 11 quotiens ipsae dirae -entes nocuerint. Ps. Qvint. decl. 5, 19 ne colloquiis nostris terribilis catenarum stridor -ret. Paneg. 10, 2, 4 armorum sonitus tuis vagitibus -entes.

b *latius de incorporeis variis* (*fere in imag.; cf. supra l. 3*): Sen. epist. 56, 8 animus illi *dormienti* -it; ... huius conpescenda seditio est (Avg. conf. 11, 27, 36 noli, *anime*, mihi -ere, quod est: noli tibi -ere turbis affectionum tuarum. *cf.* doctr. christ. 2, 21 G. animam tumultuantem quodam modo atque -entem sibi). Cvrt. 6, 10, 14 scelerati conscientia -ente condormire non possunt. 8, 1, 49 clausae erant aures -ente ira. Apvl. flor. 16 p. 72 laetitia facundiae -it et cogitatio voluptate impeditur. Tert. praescr. 14 l. 13 cedat curiositas fidei, cedat gloria saluti: certe aut non -ant aut quiescant. spect. 23 p. 23, 10 cum ... humana recordatio etiam -ente gratia voluptatis damnandos eos *artifices* censeat. Symm. epist. 3, 50 ab hoc negotio (*sc. lectione*) cura -ente desedimus (5, 47, 2). 3, 70 utinam tibi adsiduitas adfatuum meorum non videatur -ere (*seq.* non adferre fastidium). Clavd. 21, 271 quamvis -ret pietas. Avg. c. adv. leg. 1, 24, 51 donat *deus* prodesse nobis, non solum quod docet veritas, verum etiam quod -it vanitas. c. Cresc. 1, 6, 8 non ... nobis -at in hac causa facundia tua. in psalm. 17, 38 non convertar ad quietem, donec deficiant, qui -unt mihi (*inimici, sc. affectus carnales*). Avg. (?) un. eccl. 6, 14 p. 245, 26 ubi non -at improba contradictio. Greg. M. in euang. 24, 6 p. 1187^{C} quibus *discipulis* ... per tentamenta -it amor mundi. Nicet. vigil. 8 p. 65, 10 per diem necessitudines variae -unt (*opp.* nox quieta).

B *c. mera vi q. e. obstare, impedimento esse*: Plin. nat. 11, 148 *ut lux* temperato repercussu non -at. 11, 176 ne restagnatio intempestiva alvi -at. Flor. epit. 2, 19, 5 ne scelera virtutibus -ant (*cf. p. 249, 50*). Min. Fel. 40, 2 aliqua consubsidunt non -entia veritati (Tert. praescr. 17 l. 5 tantum v. -it adulter sensus quantum et corruptor stilus). Tert. anim. 24, 10 si divinationi *animae* non -it corpus, nec memoriae ... officiet. coron. 5 l. 21 nec habitus extraordinarius ordinario usui -it. cult. fem. 2, 9 l. 8 hae pompae ... quam -ant pudicitiae disciplinis. adv. Marc. 3, 16 p. 402, 18 sive ... ideo Christus *venit*, ut interim quasi creatoris inreperet (*sc. in Iudaeorum fidem*), -it (*Ursinus*, -repit *MR*) Iesus ..., sive ⟨ideo Iesus⟩, ut alterius haberetur, non sinit Christus. adv. Prax. 8 p. 239, 12 trinitas ... monarchiae nihil -it (spect. 1 p. 1, 12 n. -ere religioni ... solacia ... oculorum vel aurium). uxor. 1, 7 l. 20 quantum -ant sanctitati nuptiae secundae. adv. Val. 33 p. 209, 5 ne ordini -rent *illa*. Epist. Alex. p. 195, 9 aliquid plerumque in secundis rebus fortuna -it (ab- *var. l.*). Fortvn. rhet. 3, 18 p. 131, 18 si quid obstat voci et -it. Symm. epist. 6, 14, 2 utinam tanto gaudio non -ret defectus annonae. Chiron 156 ne ... error ... veterinario ignoranti -stripiat (*Veg. mulom. 1, 38, 5* ne i. e. noceret). Avg. civ. 9, 15 p. 388, 22 D. multitudo malorum angelorum, quae se opponit ... ad impedimentum ..., ipsa multitudine -it quodam modo, ne possit ad ... bonum perveniri. in euang. Ioh. 53, 3 l. 2 non nobis -at consuetudo carnalis.

deriv.: obstrepito, obstreporus. *Johann.*

obstrepōrus, -a, -um. *ab* obstrepere, *cf.* canorus *et* strepor. *i. q. obstrepens*: Apvl. flor. 13 p. 46 animalia ... vario modo occinunt et occipiunt carmine: scilicet galli expergifico ..., noctuae intorto, cicadae -o (*F et φ, def. Armini, Eranos 26, 1928, 331*; obstrepero *edd., sed* streperus *Migne 58, 64*^{D} *spurium est*). *W.*

obstrictio, -ōnis *f.* *ab* obstringere. *i. q. effectus obstringendi*: Didasc. apost. 50, 26 *deus* alligavit illos *Iudaeos* in secundatione legis et -e o⟨ne⟩ris et in duritia catenae (*cf. Const. apost. 6, 20, 6* στιβώσει φορτισμοῦ). Cassian. inst. 1, 1, 14 membra ... cinguli -e laxasse *Petrum.*

1. obstrictus, -a, -um *v. s.* obstringo.

[2. obstrictus, -ūs *m. legebatur olim ex var. lect.* abstr-, *ut vid., pro* affrictu Sen. nat. 5, 14, 4; *adde var. l.* -u Greg. M. epist. 9, 169 p. 167, 17.**]**

obstrigillātor, -ōris *m.* *ab* obstrigillare. *i. qui obstrigillat*: Varro Men. 436 aemulum illius artis atque -em (obtrigilatorem *trad.*).

obstrigillo, -ātūrus, -āre. *fortasse a* strigare, *cf. Persson, Beitr. z. indog. Wortforsch. 460 sq.* *scribitur etiam* -stig-, -string-, -gil-. Non. p. 147, 8 -are: obstare (*var. l.* -string-, *item trad.* Gloss. V 645, 6). Gloss. II 229, 49 *v. p. 241, 28.*

i. q. obstare, officere sim.: Enn. sat. 5 restitant, occurrunt, obstant, -ant (-string- *trad.*), obagitant. Varro Men. 264 lex neque innocenti propter simultatem -at (-string- *var. l.*) neque nocenti ... ignoscit. frg. Non. p. 147, 16 se -turum (-string- *trad.*), ne ... decerneretur *eqs.* rust. 1, 2, 24 -andi (-gil- *trad.*) causa ... reprehendis (*i. obtrectandi, cf.* Isid. orig. 10, 199 obtrectator ... qui -ando [-string- *trad.*] officiendoque non sinat quempiam progredi et augescere). Sen. epist. 115, 6 si

[Lebek]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

nobis illam *virtutem* videre contingeret; nunc ... multa -ant (-stig- *trad.*) et aciem animi ... retinent.

deriv.: obstrigillator.

obstrigillus, -ī *m. et* **obstrigillum**, -ī *n.* (*l. 8*). *ab* obstringere. Isid. orig. 19, 34, 8 -i (-stig-, -string- *var. ll.*) sunt, qui per plantas consuti sunt et ex superiore parte corrigium trahitur, ut constringantur; unde et nominantur (*inde* Gloss. V 573, 46 -string-. V 574, 40 ostr-). Gloss.^{L} I Ansil. ob 593 -um genus calciamenti est. [*coniecit Salmasius pro* obstragulum (*v. p. 248, 26*), *idem in nota ad Vopisc. Car. 20, 5 pro* vistrigilium (Gloss.^{L} II Philox. vi 118 *σφραγιδοφύλαξ, v. Goetz in indice*) ubstr- *scriptum esse autumans.*]

***obstringo**, -strīnxī, -strictum, -ere. *ab* ob *et* stringere. *?*opstr- Cic. fam. 13, 18, 2. *perf.* -strixi *var. l.* Plavt. Aul. 78 Avg. anim. 2, 13, 18. Synon. Cic. p. 436, 13 obnoxius. -ctus. obligatus *eqs.* Gloss. -o: *ἐπισφίγγω*. -ctus: *συνεσφιγμένος*. *legitur inde* a Plavto, Cic., Caes., *ceterum in poesi binis vel singulis locis apud* Hor., Sen., Lvcan., Sil., Ivv. *posterioresque.* [*confunditur in codd. c.* a(d)str- Cic. off. 2, 65 *et saepe* (*cf. var. l.* abstr- Flor. epit. 4, 11, 3 Liv. perioch. 10. *al.*), *c.* obstruere (*perf.*) Flor. epit. 4, 11, 3 Rvfin. hist. 3, 8, 4. *al.* (*falsa var. l.* Cic. dom. 115 Lvcan. 5, 197. *al.*), -ctus *c.* attritus Ivv. 10, 88 (*cf. falso trad. pro* obtritus Paneg. 8, 10, 4).]

i. q. constringere, adstringere sim.: **I** *proprie*: **A** *servata vi ligandi* (*cf. l. 42; accedit abl. passim,* in ¶. *32,* ob *l. 39*): **1** *vinciendo sim.* (*-untur animantes eorumque partes praeter l. 27. 28. 36*): Plavt. Amph. 953 collo ... -cto (Aul. 78 laqueo. Curc. 693. 707. *cf.* Ivv. 10, 88 cervice -cta [Cypr. Gall. Ios. 354]). Hor. carm. 1, 3, 4 -ctis aliis *ventis* (*cf. Hom. κ 20 κατέδησε, Verg. Aen. 1, 54* vinclis ... frenat). Colvm. 4, 29, 10 alii viminibus -unt, nonnulli circumdant libro fissuram, plurimi ligant iunco (*cf. 5, 11, 6* constringito, *arb. 26, 8* astringito, *Pallad. 3, 17, 3* stringemus). 6, 6, 3 partem caudae vinculo vehementer -ere (*cf. Veg. mulom. 4, 4, 3* astringi). Avg. in psalm. 129, 11 catenis (*item de catenatis*: Cassiod. Ios. antiq. 17, 132 in vinculis [*gr. ἔδησε*]. Theod. Mops. in psalm. 2, 3 p. 10, 11 vinculis -cti [*Bulhart,* abstr- *trad.*]). Arator act. 2, 347 studeat ... sacerdos -ctis renibus ... adire (*ad exod. 28, 42* operiant, *quod explicat Hier. epist. 64, 10, 1* adstringitur). *? de ianua pessulis quasi vincta et affixa*: Rvfin. hist. 3, 8, 4 quae *ianua esset* ... seris munita ac pessulis ... teneretur -cta (obstructa *N, fortasse recte*). **2** *applicando, adiungendo*: Plavt. Aul. 302 follem -it ob gulam. Val. Fl. 7, 602 *Iason taurum* valido ... -xit aratro.

B *de variis modis cogendi, contrahendi sim.* (*non nisi part. perf.; sublucente notione ligandi l. 46*): Flor. epit. 4, 11, 3 (*inde* Iord. Rom. 252) vestis ... -cta (abstr-, obstructa *var. ll.*) gemmis (*i. fibulis gemmatis collecta*). Garg. Mart. med. 44 thoracis -ctos sinus (*sc. angore. cf.* Sidon. epist. 8, 11, 11 strangulatus ... obstructo anhelitu gutture -cto ... periit). Cypr. Gall. exod. 202 -ctam (-ctum *trad.*) nodis vix promere vocem (*ad 4, 11* impeditionis ... linguae. *cf. de torpore*: Evcher. pass. Acaun. 8 cum ita paralysi fuisset -cta *femina*, ut ei etiam pedum usus negaretur). Physiogn. 17 p. 28, 10 frons in medium tamquam -cta. Marcell. med. 28, 7 mali ... immaturi et adhuc -cti (*item de duris*: Verec. in cant. 6, 7 p. 78 b 42 dura dissolvit et -cta in liquidum vertit. Mart. Brac. in bas. 10 solvit ab infenso -ctas aquilone pruinas).

II *translate et in imagine* (*vinculis sim. ex. gr. l. 66. p. 252, 17. 34. 79*): **A** *praevalente respectu officii* (*saepe iure iurando sim.; inde in adiuranda affirmatione p. 252, 19; indicatur, qua re, per ipsum subi. l. 68. p. 252, 36. 61*): **1** *in universum* (*saepius pass. vel refl.; c. dat. pers. l. 66. p. 252, 7. 15. al.,* inter se *l. 62*): **a** *-i dicitur, qui (quod p. 252, 8) officio tenetur*: **α** *indicatur mera causa, vinculum sim.*: Cic. inv. 2, 132 se legibus -ctos ... esse (*aliter p. 253, 9*). Verr. II 5, 35 officiorum religione (*var. l.* -ni. Att. 12, 43, 3. *aliter p. 253, 4*). Pis. 29 foedere (Tac. hist. 1, 54, 3 inter se. *al. cf.* ann. 2, 26, 3 pace). 30 pactione. Att. 6, 1, 8 libris tamquam praedibus. Caes. Gall. 1, 31, 7 iure iurando (Val. Max. 5, 3 ext. 3. *v. etiam l. 70. 72. 77. 81. aliter p. 252, 19*). civ. 2, 17, 2 fide. Liv. 10, 41, 3 vinculis fugae (*i. exsecratione*). 30, 31, 8 nulla sum tibi verecundia -ctus. Cvrt. 7, 1, 29 sacramento (*cf. p. 252, 5*). Lvcan. 6, 494 cuius commercia pacti -ctos habuere deos? Qvint. decl. 306 p. 201, 16 ut tam gravi servitute iuris -xerit rem publicam, qui legem dicebat. Tac. hist. 1, 76, 1 in verba Othonis (Ivst. 14, 4, 3 iure iurando). *al.*

β praeterea indicatur finis vel res debita: Ⓘ (*acc. c.*) *inf.*: Caes. Gall. 1, 31, 7 *Haeduos* iure iurando civitatem -ere sese neque obsides repetituros neque *eqs.* (Tac. ann. 1, 14, 4 non excessurum. Porph. Hor. epod. 15, 1 victuram. Ivst. 5, 10, 11 oblivionem fore). Tac. ann. 12, 34 religione (-ni *trad.*). Ivst. 3, 4, 1 exsecratione. Avg. in psalm. 136, 15 -ite vos non eis velle placere. Ⓘⓘ *enunt. fin.* (*v. p. 252, 6*: Val. Max. 9, 2 ext. 6 iure iurando -ctus, ne *eqs.* (Heges. 5, 46, 2 sacramento [*gr. 6, 351 ὀμωμοχέναι*]. Avg. c. Pelag. 2, 4, 6 conligatus et vinculo ... -ctus. *per zeugma*: Amm. 27, 5, 9 exsecratione iurandi ... -ctum mandatisque prohibitum, ne *eqs.*). Ivst. 11, 3, 10 quod iure iurando se ... -xerint, ut *eqs.* (Svlp. Sev. Mart. 5, 3 precibus. Conc.^{S} II 3, 3 p. 59, 28 [*gr. II 1, 3 p. 50, 29 ἐχριμάτισαν ... ὥστε*]. *cf.* Epist. episc. Aug. epist. 128, 2 illo ... nos vinculo condicionis -imus, ut *eqs.*). Liv. perioch. 10 (*spectat ad l. 65 sq.*) *exercitus* de iure iurando -ctus, quo maiore constantia ... pugnaret. Avg. serm. 196, 4, 4 adiuro, -o, nemo faciat. 224, 4, 4 obsecro vos, -o vos ..., ut non *eqs.* Ⓘⓘ *dat.*: Tac. ann. 15, 53, 4 alii matrimonio. Vlp. dig. 50, 12, 2, 2 decimae (*antea*: obligantur). Avg. in psalm. 144, 17 quod promisi, cui me solvendo -xi. Ⓘⓥ *praepos.*: Plin. epist. 10, 96, 7 se ... sacramento non in scelus ..., sed ne *eqs.* (Dares 39 omnes se in fidem Antenori -unt [*v. app. crit.; sequitur l. 22*]). Apvl. Socr. 3 p. 124 ad ... munia (Tert. bapt. 13 p. 213, 4 fidem ad baptismi necessitatem). Ⓥ -ctus sum *aliquid*: Avg. serm. 180, 12, 14 hoc est, quod ... audivimus, hoc est, quod -cti sumus.

b *-i dicuntur, quae promittuntur, debentur, affirmantur*: Liv. 23, 9, 3 iurantes ..., dextrae dextras iungentes fidem -ximus (30, 15, 1 [*30, 12, 19* obligandae f.]. Plin. nat. 7, 8. Sil. 10, 490 obsidibus. *al. cf. usu iur. l. 59. aliter l. 8*). Plin. nat. 11, 44 aequitas ... -itur. Sil. 10, 447 -unt animas patriae. Tac. ann. 13, 11, 2 *Nero* clementiam suam -ens. Ps. Qvint. decl. 6, 13 -cta crudelitas (*i. lege postulata*). Pavl. dig. 45, 1, 134 pr. vinculo poenae matrimonia -i. Hil. Arel. vita Honorat. 23 l. 18 obstinationem ... meam sacramento -enti. *obi. est acc. c. inf.*: Tac. ann. 4, 31, 3 ut iure iurando -ret e republica id esse.

c *-i dicitur, qui (quod) fide promissa tegitur*: Dares 39 *Antenor* vidit se -ctum (*antecedit l. 7. cf. antea*: si sibi fides servaretur). Amm. 15, 5, 30 -cto religionum consecratione conloquio (*sc. per officium tacendi*).

2 *spectat ad officium remunerandi* (*praevalet struct. pass.*): Cic. Cluent. 190 donis, muneribus, collocatione filiae, spe hereditatis -xit *Oppianicum mater Cluentii* (Plin. epist. 6, 18, 1 coloniam advocationis officio et te ... m. Orient. comm. 1, 100. *cf.* Pavl. Pell. 341 donis). 202 vobis ... liberisque vestris -ite *Cluentium* (*item c. solo dat. pers.*: Cael. 80 Plin. epist. 8, 12, 13. Pavl. Nol. carm. 27, 145 nemo -ctior est me debitor huic. *cf. dat. rei*: CIL III 7902, 11 n⟨omini⟩ ... et ... virtutib⟨us⟩ eiius). dom. 118 tibi erat magis -ctus beneficio (Planc. 73 *syn.* obligati. Caes. Gall. 1, 9, 3 suo. *al. cf.* Cic. Planc. 2 memoria beneficii. 72 beneficii vinculis [*opp.* liber ... et solutus]). fam. 13, 18, 2 officiis (*syn.* obligatum. *cf. l. 28*). Cvrt. 8, 12, 17 liberalitas ... barbarum -xerat (*beneficium pro subi. ut*: Clavd. 28, 609 -it sua quemque salus). Lvcan. 8, 235 meritis (Tac. hist. 2, 37, 2). Tac. ann. 11, 2, 1 pecunia et stupro in omne flagitium (*cf.* Paneg. 12, 3, 6 innocentium capita ... donando usque ad mortem devotionis -xerat parricidas). 13, 18, 1 largitionibus. *al.*

3 *in sermone iudiciali* (*cf.* obligare *p. 90, 56*): **a** *-untur homines* (fides *l. 59; fere pass., refl. l. 55; c. dat. eius, cui quis -itur, saepius; cf. l. 3 sqq.; nota gen. crim. l. 45*): **α** *pertinet ad res privatas*: Ⓘ *intercedit furtum*: Sab. Gell. 11, 18, 21 (*inde* Vlp. dig. 47, 2, 43, 4) furti -itur. Pompon. dig. 13, 1, 16 condictione ... ex furtiva causa -itur. Ⓘⓘ *intercedit contractus sim.*: S. C. Vell. (dig. 16, 1, 2, 1) *feminas* virilibus officiis fungi et eius generis obligationibus -i (*item c. abl.*: Afric. dig. 21, 1, 51, 1 actione [Marcell. dig. 23, 3, 59, 1. *al.*]. 30, 108, 14 fidei commisso [Scaev. dig. 36, 1, 80, 11 Cod. Iust. 6, 42, 15 *a. 256*]. Marcell. dig. 35, 2, 54 necessitate. *al.*). Marcell. dig. 16, 3, 22 in partes (Vlp. dig. 45, 2, 8. *cf.* Scaev. dig. 33, 2, 38 ad habitationem praestandam [Pavl. dig. 44, 7, 3 pr. ad dandum aliquid]). 17, 1, 49 -ctum emptori (*item c. solo dat. pers.*: Vlp. dig. 50, 10, 2, 1). Tryph. dig. 23, 2, 67 pr. tutelae rationi (*item c. solo dat. rei*: Vlp. dig. 29, 2, 21, 1 hereditati [Pavl. dig. 29, 2, 22 se]). Vlp. dig. 5, 3, 20, 20 ob venditionem. 13, 5, 1, 8 de peculio (39, 5, 12 de quibus ex eadem causa. Mod. dig. 26, 7, 32, 3). 21, 2, 51, 3 similiter. Pavl. dig. 13, 5, 19, 2 ex ea causa (Cod. Iust. 5, 46, 1 [*a. 234*] ex ea obligatione. *al. v. l. 57*). Cod. Iust. 4, 13, 1 pr. (*a. 238*) fidem suam -xit (*cf. l. 12 sqq.*). *accedit enunt. fin.*: Vlp. dig. 23, 3, 9 (*ex Iuliano?*) -ctus est ..., ut det. *subi. est causa -endi*: Cod. Theod. 5, 1, 3 eam fiduciae nomen -xit.

β pertinet ad munera publica: Call. dig. 27, 1, 17, 3 muneribus municipalibus (Vlp. dig. 50, 1, 2 pr. Cod. Theod. 16, 2, 3. *cf.* Call. dig. 50, 6, 10 necessitate subeundorum municipalium munerum). Vlp. dig. 50, 1, 2 pr. -ctus est pater quasi fideiussor pro filio. 50, 1, 2, 3 si successorem sibi nominavit, patrem -it. Ps. Ascon. Verr. p. 252, 23 -ctus ... tenetur rei p. (*cf.* Novell. Theod. 22, 2, 13 [= Cod. Iust. 10, 36, 1, 2] civitatis ordini. Cod. Iust. 5, 41, 1, 2 [*a. 213*] fisco). Cod. Theod. 12, 1, 129 functioni. *al.* *accedit acc. c. inf.* (*vi finali*): Vlp. dig. 15, 1, 3, 13 rem publicam salvam fore pater *decurionis* -ctus est.

b *-i dicuntur res, sc. quae oppignerantur* (*cf.* -ere fidem *l. 59*): Vlp. dig. 13, 7, 11, 3 in sortem ... vel in usuras -ctum est pignus (*postea*: obligatum. *cf.* Cod. Iust. 4, 32, 4 pr. usuris). Cod. Iust. 8, 13, 1 pr. (*a. 238*) quod pignori obligatum est, a creditore pignori -i posse. 8, 25, 4 (*a. 239*) res veluti -cta (*antea*: pignerata). 9, 34, 2 (*a. 239*) quasdam earum rerum.

B *de quolibet modo stringendi, ligandi*: **1** *per nexum, qui fit*: **a** *implicando, irretiendo sim.* (*c. abl. passim, c. dat. certo inde a* Tert. *p. 253, 9; vergunt quaedam ad b, e. g. l. 83. 84*): **α** *per scelus, peccatum sim.* (*cf. l. 38 sq.*): Cic. Verr. II 1, 8 qui se tot sceleribus -xerit (4, 71 Caes. civ. 2, 32, 4. *al. cf.* Liv. 4, 17, 5 conscientia ... sceleris. Tac. hist. 4, 55, 3 conscientia, *sc. adiungendo.* ann. 14, 57, 1 principem societate scelerum). Sull. 6 patriae parricidio (off.

[Lebek]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

3, 83 se. *al.*). Liv. 9, 34, 19 eo nefario. 26, 48, 12 periurio. Iren. 4, 27, 1 (= 4, 42, 2 H.) peccato (Avg. anim. 2, 12, 17. *al. cf.* 2, 13, 18 vinculo peccati [*al.*]). *al.* **β** *per varias res*: Cic. Verr. II 4, 114 tanta religione -cta ... provincia est (Caes. civ. 1, 11, 2 Liv. 6, 1, 10. *al. aliter p. 251, 61*). Cael. 47 voluptatibus. Brvt. Cic. fam. 11, 10, 5 amicos aere alieno (Liv. perioch. 6 [*Liv. 6, 20, 6* addictos]. *cf.* Sen. benef. 6, 11, 3 debito). Tac. ann. 14, 48, 3 nulla necessitate (Hier. in Mich. 5, 1 p. 1196B. *al. cf. l. 10. 11. aliter p. 252, 50*). Scaev. dig. 50, 7, 13 negotiis. Tert. resurr. 46 p. 95, 5 caro legi (lege *var. l.*) mortis ... -cta est (Avg. serm. 231, 2, 2. *cf.* Porph. Hor. carm. 3, 24, 5—6 necessitati mortis. Avg. civ. 13, 3 p. 560, 11 D. necessitate moriendi. *sim. al.*). Amm. 28, 1, 54 -ctae terroribus mentes. *al. in interpretatione sim.*: Avg. doctr. christ. 2, 13, 19 p. 46, 1 interpretationes eorum, qui se verbis nimis -xerunt (*opp.* sententias ... sequi). Cassiod. hist. 1, 16, 4 non rationibus nostris -cti, sed ex scriptura ... discentes (*Theodoret. 1, 6, 4* ὑποθέμενοι).

b *conciliando, iungendo* (*cf. p. 251, 66. 252, 29. 83; c. dat. praeter l. 27 bis*): Sen. Ag. 276 animum coniugi -ctum. Tac. hist. 1, 70, 1 *decuriones* Vitellio -cti. 3, 30, 1 Vitellianis partibus. ann. 12, 25, 1 *Pallas* -ctus Agrippinae ut conciliator nuptiarum. 14, 7, 4 Caesarum domui. Avg. civ. 22, 30 p. 632, 9 D. concordiae vinculo ei, qui accepit, -ctus. Pavl. Pell. 222 pietas ... parentum -ens sibi me nexu ... amoris. Pomer. 1, 17 vobis ... cordis affectione. Drac. Romul. 5, 23 hostibus (*de proditore*). Greg. M. dial. 1 praef. p. 14, 1 M. mihi ... in (*om. pars codd.*) amicitiis familiariter -ctus. *nexu mutuo*: Avg. civ. 14, 22 p. 46, 21 D. quo *vinculo* invicem sibi uterque sexus -itur (Novell. Valent. 27 pr. animos ... v. caritatis. Sacr. Leon. 1226 *apostolos* tot v. pietatis).

2 *per coartationem, contractionem sim.*: **a** *praevalente vi durandi, sc.* -ctus *i. q. obduratus* (*cf. p. 251, 51*): Ps. Cypr. laud. mart. 17 -ctum durati roboris pectus. Rvfin. Orig. in Rom. 2, 4 p. 875A mens humana velut cera frigore iniquitatis -cta. **b** *praevalente vi urgendi*: Avg. civ. 14, 11 p. 30, 2 D. Aaron erranti populo ... non consensit inductus, sed cessit -ctus. Cassiod. Ios. antiq. 9, 61 quia ... inopia ciborum Samaritas -ret *Adher per obsidionem* (*gr. παραστήσεσθαι*). **c** *praevalente vi restringendi, reprimendi*: Diosc. 1, 117 p. 60, 11 M. *gallae* reumatismum -unt (*gr. 1, 107, 2 ποιεῖ* ⟨*πρὸς*⟩ *eqs.*). Leo M. serm. 92, 3 cura cordis -itur *oblectatione*.

iuncturae part. perf.: Cic. Cael. 47 si -ctus ... teneretur (Pis. 29. 30 Caes. civ. 2, 17, 2 Val. Max. 5, 3 ext. 3 Ps. Ascon. Verr. p. 252, 23. *al.*). 80 quem ... -ctum vobis ... habebitis (Caes. Gall. 1, 9, 3 Liv. 6, 1, 10 Pollio Sen. suas. 6, 24 Lvcan. 6, 494). Vlp. dig. 36, 1, 15, 5 ut ... ipse ... -ctus relinquatur (*cf.* Pavl. dig. 36, 1, 37 -ctus manebit).

p. p. p. **obstrictus,** -a, -um *pro adi. v. supra; compar.* -ior Pavl. Nol. carm. 27, 145 *v. p. 252, 31.*

adv. compar. **obstrictius.** *i. q. artiore nexu sim.*: Avg. civ. 2, 24 p. 89, 16 D. ut victor ... daemonibus multo -ius subderetur. 2, 28 p. 94, 29 homines ... iniqui ... et illo nefario spiritu altius -iusque possessi.

deriv.: obstrictio, obstrigillus (-um). *Lebek.*

obstrūctio, -ōnis *f. ab* obstruere (*e quo pendet l. 57*). ops- Cic. **1** *i. quod obstruendo efficitur* (*gen. explic. l. 59*): **a** *i. q. saeptum*: Cic. Sest. 22 animus eius *Clodii* vultu, flagitia parietibus tegebantur, sed haec -o nec diuturna est neque obducta ita, ut curiosis oculis perspici non possit. Itala Mich. 5, 1 (Hier. *ad l.* p. 1195A) obstruetur filia *Ierusalem* -e, angustiam posuit *hostis* super nos (*gr. ἐμφραχθήσεται ... ἐμφραγμῷ, Vulg. aliter. cf.* Hier. *ibid.* p. 1195D obstruitur synagoga -e). Arnob. nat. 2, 28 *animae* sciunt ... se ... -e corporum amisisse, quae noverant. **b** *i. q. obturamentum*: Arnob. nat. 7, 29 ni illa labatur et dissolvatur -o, periculum maximum est, ne oblisus interrumpatur spiritus *Iovis extis male transvoratis*. Gloss. II 593, 39 stuppa (*v. Walde-Hofmann II 608*): pusillum, -o. **2** *i. q. actio obstruendi* (*gen. obi. l. 66. 68*): **a** *praestruitur aliquid aedificiis*: Cod. Iust. 8, 10, 11, 1 (*a. 423*) in his ... locis, in quibus aedificia privatorum horreis publicis videntur obiecta, -e maenianorum quindecim pedum intervalla serventur. **b** *impediuntur vel tolluntur sententiae haereticae*: Avell. p. 210, 14 Arii redargutio et Sabellii -o. *Heck.*

obstrūdo, -sī, -sum, -ere. *ab* obs *et* trudere. *traditur* obtr-, *si editionibus confidere licet,* Plavt. Curc. 366 (*edd. fere* obstr-). Pseud. 945. Ter. Andr. 250 (Don. cod. A obstr-). Hec. 295 Argvm. Plaut. Poen. 6 Apvl. met. 7, 28, 3 Don. Ter. Hec. 701 Amm. 16, 12, 43. Prvd. perist. 5, 95 (*var. l.* obstr-). Clavd. 18, 41 (obstr- *P*1). *et passim. at p. p. p. praeter* Avg. gen. ad litt. 5, 7 p. 150, 16 (*var. l.* obtr-). Novell. Theod. 3, 7 (*var. l.* obtr-). Oribas. syn. 9, 40 add. Aa p. 347. 9, 54 add. Aa p. 382 (*interpol.?*) *non nisi* obstr-. *scribitur* optr- Plavt. Pseud. 945. Prvd. perist. 5, 95 (*in var. l.*). *de notione et differentia* (*v. etiam p. 254, 25sqq.*): Fest. p. 193 '-ant obsatullent' ab avide tru⟨d⟩endo in gulam (*Ald.*, cyngilam *trad.*), non sumendo cibum (*affert* Titin. *v. p. 255, 7*). Gloss.L IV Plac. o 5 obst⟨r⟩udere est aliquid in angustias includere vel impellere, obstruere autem, si hominem, prohibere, si locum, aedificando claudere. Gloss. -is: retrudis sive recludis. -i: inping[u]i. per fallaciam dari. *legitur praeter* Plavt. (*ter*), Ter. (*bis*), Ov. (*semel*) *et* Fest. *p. 253, 79 non ante* Apvl. [*confunditur in codd.* -sus *c.* abstr- Sen. nat. 5, 15, 2 Cod. Theod. 7, 18, 9 pr. Sedvl. carm. pasch. 2, 145 (*et c.* obstruct-),*c.* obscurus Ov. met. 11, 48, -si *c.* obstruxi Novell. Theod. 3, 7 (*cf. supra*), -ite *c.* obtundite Prvd. perist. 5, 95. *? interpol.* Oribas. syn. 9, 54 add. Aa p. 382.]

I *aliquid alicui, i. q. trudendo ingerere, impingere, immittere*: **A** *sine dat.*: Plavt. Curc. 366 atque aliquid ... -amus: pernam, sumen, glandium; haec sunt ventris stabilimenta *eqs.* (*edendo ut*: Stich. 593 [*loquitur Gelasimus parasitus*] stans -ero a. strenue). *i. q. constipare, conglobare*: Ps. Rvfin. Ios. bell. Iud. 7, 10 p. 813 ad ipsos ... introitus -si multi ... sese invicem conculcabant (*gr. 6, 257 συνωθούμενοι*). *i. q. in carcerem conicere*: Novell. Theod. 3, 7 ne Christiani ... nonnumquam -si custodum (in custodiam *G*) odiis alterum carcerem patiantur, incerto an iure videantur inclusi. Rvstic. Conc.S I 4 p. 235, 24 illic *in inferno* tenebantur -sae *animae* (*gr. I 1, 6 p. 155, 27 καθειργμένας*. Dionys. Exig. Conc.S I 5 p. 298, 43 ibidem t. -sae [*gr. ut supra*]). Pass. Fabii (BHL 2818) p. 127, 29 habeat ... eum ... custodia carceralis, mandetur in imo -sus ergastuli. **B** *cum dat.*: Plavt. Pseud. 945 mi -ere non potes palpum (pulpam *Corbett, Eranos 59, 1961, 86sqq.*). Apvl. met. 7, 28, 3 ardentem ... titionem gerens mediis inguinibus -it. Amm. 16, 12, 43 pulvis ... prospectum eripiens arma armis corporaque corporibus -bat. *de personis*: Ter. Andr. 250 (*Pamphylus de Chremetis filia*) aliquid monstri alunt: ea quoniam nemini -i (Don. cod. T obtundi) potest, itur ad me (Don. 4: mire '-i', quasi invito; et totum cum iracundia. 5: '-i' infligi [*var. l.* infringi], impingi. Evgraph.: inpingi, opponi). Hec. 295 recusare eam, quam mihi -it pater (Don. 2: bene '-it' quia invito; sic alibi [*affert* Andr. 250 *v. l. 23*]). Argvm. Plaut. Poen. 6 vilicum lenoni -it, ita eum furto alligat. Don. Ter. Hec. 701 miser sum, cui id maxime -itur, quod maxime fugio, id est puerum. Clavd. 18, 41 foedum ignaris properant -ere munus *i. Eutropium.*

II *aliquid aliqua re, i. q. trudendo implere, imbuere, infercire*: **A** *ornandi causa*: Ov. met. 11, 48 -sa (*var. l.* obscura) ... carbasa *Nympharum lugentium* pullo.

B *obstruendi, intercludendi sim. causa*: **1** *-itur transitus sim.*: **a** *c. solo obi.*: **α** *partes corp.* (*tropice l. 43. 45*): Ser. Samm. 171 si ... -sa (*edd. etiam* obtrusa *vel* obtusa) sensus morietur in aure (Clavd. Don. Aen. 12, 70 p. 560, 30). Prvd. perist. 5, 95 os *martyris* -ite (obtundite *P a. corr.*), ne plura iactet improbus, vocem loquentis claudite (Greg. Tvr. Mart. 2, 26 p. 618, 28 os muti ... -sum reseravit. *cf.* Vindic. med. 31 p. 227, 8 osculum *matricis* [Cael. Avr. gyn. 2, 125]. Sedvl. carm. pasch. 2, 145 -so [*var. ll.* obstructo, abstruso] ... sermone [*op. pasch. 2, 12 p. 212, 5* loqui non posset]). Vindic. med. 29 p. 226, 2 -sis viis *corporis*. Cael. Avr. acut. 3, 17, 138 -sis naturalibus ventris officiis. **β** *alia*: Avg. gen. ad litt. 5, 7 p. 150, 16 si ... -sus est vel siccatus *fons*. Avell. p. 63, 24 -sis ... omnibus ingressibus. **b** *aliqua re*: Amm. 31, 15, 6 silicibus magnis -sae sunt portae. Mar. Merc. Conc.S I 5 p. 22, 12 (*in imag.*) lapide ... fauces *lectoris* (*cf.* Novell. Iust. 30, 5, 1 [*in imag.*] contradicente ... nullo, sed ore eis -so auro [*gr. στόματος ... ἐμφραττομένου*]). Cass. Fel. 28 p. 45, 6 lana ... cavernas *aurium*. **c** *aliquid -it aliquid*: Avg. c. Cresc. 3, 43, 47 p. 454, 7 exundantes venas ... pulvis -sit. Vindic. med. 39 in loca venarum ... diffuso liquore et -ente. Cael. Avr. acut. 2, 37, 197 -entia ... sunt haec *eqs.* (*part. praes. n. pl. pro subst.*: 3, 17, 160 *plumbi catapotium* impellit pondere et excludit -entia). gyn. 2, 95 immisso ... digito inter matricis osculum et -ens corpus. Oribas. syn. 9, 54 add. Aa p. 382 si trombus os matricis -erit (*postea*: si ... os matricis fuerit obclusum).

2 *-untur spatia sim.*: Ps. Apvl. herb. interp. 4 l. 31 balanos ... -sos scutulis et semine plenos (*cf. Diosc. 4, 68, 1 πεφραγμένοι ἀσπιδίσκῃ*). *p. p. p. n. pl.* obstrusa, -orum *pro subst.* (*aliter l. 82*): Capreol. epist. Conc.S II 3, 3 p. IX 6 ipse *Christus* in homine visitare dignatus est -sa inferorum.

3 *-itur quod transit*: Vindic. med. 33 p. 229, 24 si ... omnia, quae in nobis liquida seu argillosa et crassiora et ferventia sunt, haec fuerint -sa secundum eos meatus, quibus *eqs.* Oribas. syn. 9, 40 add. Aa p. 347 -sus sanguis in aliquo membro declinat (*antea*: sanguis collectus, *cf. gr. 9, 40, 2 ἐπισχεθέντος ... τοῦ αἵματος*).

part. praes. n. pl. obstrudentia, -ium *pro subst. v. l. 54.*

p. p. p. **obstrūsus,** -a, -um *pro adi.* (*compar.* -ior *l. 75. 79. n. pl. pro subst. l. 82*): **a** *fere i. q. impeditus sim.*: Philo vita contempl. 10 hos ... sine medela permanere ... intuitu mentis, qui praecipuus est sensuum portus, -os (*var. l.* -o); dico autem non corporales oculos, sed animae (*gr. ὄψιν πεπηρωμένοι. cf.* Rvfin. Basil. hom. 4, 5 p. 1758B -iores his *invidis* ... oculi et obscuriores genae). **b** *fere i. q. non pronus, non inclinatus, cautus* (*c. dat.*): Isid. fid. cath. 1, 1, 1 duricordes, prophetis veteribus increduli, novis -i, adventum Christi malunt *Iudaei* ignorare quam nosse. **c** *i. q. secretus, incognitus, obscurus*: Avg. serm. 292, 2, 2 quaestio ... -ior et ad perscrutandum laboriosior. Cassiod. in psalm. 9 conl. l. 675 dum ignorantur, quando veniant, adhuc -ae esse monstrantur *causae* (*antea*: secretae, incognitae). *n. pl.* obstrusa, -orum *pro subst.* (*aliter l. 61*): Prosp. epigr. 91 (88), 9 scrutari ne cura procax -a laboret (*cf. 3* nec nullo ... intuitu speculatur operta).

[Lossau]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

deriv.: obstrudulentus, obstrusio.

obstrūdulentus, -a, -um. *ab* obstrudere, *cf.* esculentus, posculentus, potulentus. FEST. p. 193 'obstrudant, obsatullent', ab avide tru-⟨d⟩endo . . .; unde et -um (*affert* TITIN. *v. infra*). *vix sanum* GLOSS. V 31, 1 (= 88, 25. 125, 3) -a (-strulenta *R*, *exspectatur* -enda*?*): appetenda. *subst.* -um, -i *i. quod obstruditur sc. infercitur (de cibo)*: TITIN. com. 165 (*cf. l. 3*) -i aliquid, quod pectam sedens, aut luculentaster aut formaster frigidus.

? **obstrūlentus**, -a, -um *v. l. 5.* *Lossau.*

***obstruo**, -strūxī, -strūctum, -ere. *ab* ob *et* struere. ops- *in titulis l. 39. p. 256, 4.* *perf.* -strui: ITALA II par. 32, 4 (Complut.) -uerunt (*m. 2 ex* -uxerunt). II Esdr. 9, 24 (Sangall.) -uisti . . . eos qui inhabitabant terram Channaneorum (*gr. 19, 24 ἐξέτριψας, Vulg.* humiliasti; *si recte trad., pertinet ad p. 257, 21 sqq. [cf. etiam p. 253, 57], sed forma corrupta vid. ex* obstrivisti; *cf. l. 13 et Gloss. V 315, 16* obstrivit). GLOSS.^{L} III Abol. OB 71 ob⟨s⟩truit: clausit vel abscondit (*nisi subest* operuit *vel* obruit, *quae praeterea proponit Lindsay*). NOT. Tir. 65, 20 -it. 65, 27 -xit. 65, 34 -ctum. GLOSS.^{L} IV Plac. o 5 (= GLOSS. V 89, 1. 126, 50) obstrudere (*Lindsay*, obstud-, obtund- *trad.*) est aliquid in angustias includere vel impellere, -ere autem, si hominem, prohibere, si locum, aedificando claudere. GLOSS. -o: *φράσσω. ἐμφράσσω. ἀποφράσσω.* claudo. -itur: obclauditur. obmutescit. obturatur. -ctum: praeclusum. -cta: obdurata (obturata *Goetz*). *cf. l. 16 et ad* VERG. *p. 256, 50. 69.* *legitur inde a lege l. 37 (a. 105 a. Chr.)*, CIC. Arat.; *afferuntur omnia exempla usque ad* TERT. [*confunditur in codd. cum* obstrudere *p. 256, 75 (ex quo restit.* AMM. 31, 15, 6), obstringere *l. 58. p. 256, 75. 79 (ex quo restituitur p. 256, 26. 65)*, obruere *p. 256, 64 (falsa var. l.* -ere: CIC. Mur. 86 LVCAN. 10, 454 AVG. serm. 38, 6, 8 l. 3), exstruere *l. 77 (ex quo restituitur p. 256, 38); restit. ex* instruere *p. 256, 36. falso trad.* OV. met. 8, 117 -ximus orbem (*pars codd.*, exponimur orb⟨a⟩e *alii, recte; cf. Magnus, Hermes 39, 1904, 58*). *coniect. dubia* SCHOL. Iuv. 6, 154 quibus *casis* picturam -unt (*Bücheler pro trad.* obstant, *sed del. Wessner, fort. recte*). *v. etiam l. 14 sqq.*]

I *i. q. opponere aliquid alicui (-itur in aedificiis vel munimentis paries, murus sim. l. 39. 44. 46. 50, cf. l. 57. 60; -untur homines in imag. l. 47, res incorporeae l. 46. 49; pro dat. acced.* adversus *l. 46*):

A *cum obi.*: **1** *in struct. singulari*: LEX par. fac. Put. (CIL I^2 698) II 15 eisdem *conductor* ostium, introitu in area quod nunc est, et fenestras, quae in pariete propter eam aream sunt, parietem -ito (*v. MusHelv. 24, 1967, 49 sqq.*). **2** *usu sollemni*: LVCR. 5, 754 cur luna queat terram secludere solis lumine et a terris altum caput -ere ei obiciens caecum radiis ardentibus orbem. OV. met. 3, 570 quacumque trabes -ctaque saxa tenebant, . . . ab obice saevior ibat *torrens* (CVRT. 4, 3, 13 *muros* -ctis s. refecerunt). LIV. 5, 1, 9 aliis *munimentis* frons in Etruriam spectans auxiliis . . . -ebatur. 38, 29, 2 pro diruto novum -entes murum. TERT. apol. 4, 3 legum -itur auctoritas adversus eam *veritatem*. adv. Marc. 5, 17 p. 634, 28 ille, qui ipsi creatori filios incredulitatis -it (*cf.* resurr. 48 p. 98, 20 quod adversarii in prima statim acie -unt). CLAVD. 21, 114 moras. PAVL. NOL. epist. 32, 13 p. 288, 21 quia novam *basilicam* a veteri paries . . . -ctus excluderet. SVLP. SEV. dial. 3, 3, 2 vascula complere, ut pars summa umbonibus -endis libera relinquatur. VEREC. in cant. 7, 5 p. 93 a 2 (*ad or. Man. 3*) ut mobilitas *aquae* . . . in duritiam verteretur . . . telluris, obsignatione quadam -cta.

B *deest obi.*: CIC. Arat. 344 sin . . . officiens signis mons -et altus aut adiment lucem . . . nubes (*cf. gr. 564 ὄρεος κεκρυμμέναι*). Verr. II 4, 79 *Verres* non -xit . . . monumento P. Scipionis, sed id funditus delevit. dom. 115 *Clodius* se luminibus eius *Seii* esse -cturum (-strict- *pars codd.*) minabatur (Brut. 66 ut . . . officit Theopompus . . . altitudine orationis . . ., sic Catonis l. -xit haec . . . quasi exaggerata altius oratio). VLP. dig. 7, 1, 13, 7 (*ex Nerva*) nec -ere eum posse, *cui aedium usus fructus legatus sit*. EVSEB. EMES. serm. 28, 13 p. 216, 28 cogitatus econtra -it (*sc. libidinibus*).

II *i. q. claudere (syn. p. 256, 20), includere aliquid aliqua re, ἐμφράττειν (quae vox respondet, ubi nihil adnotatur)*: **A** *-untur res (accedit* ab HIL. in psalm. 119, 10 *et p. 256, 1, abl. separ. p. 256, 37.* ne *p. 257, 6; subi. res obiecta vel imposita l. 72. p. 256, 42. 257, 20. al.; deest obi. p. 257, 20; opp.* aperire *p. 256, 35. 36. 76* [*adde* PANEG. 11, 9, 5], patefacere *p. 256, 3*; obstructione *p. 253, 57; in lusu verb. c.* instruere AVG. in euang. Ioh. 81, 2 l. 4): **1** *viae, loca, aedificia sim.*: **a** *-i dicitur ipse aditus vel transitus*: *α proprie*: CIC. Cato 75 qui *Scipiones* iter Poenis vel corporibus suis -ere voluerunt (LIV. 30, 6, 6 iumenta . . . -bant i. portarum. TAC. hist. 1, 86, 3. *al. cf.* PRIAP. 77, 6 -cta est via [FRONTIN. strat. 1, 5, 5 *seq.* intersaepsit. TAC. hist. 2, 44, 1. *al.*]. SEN. nat. 6, 23, 4 -ctus . . . est trames. RVRIC. epist. 1, 17 p. 369, 19 semitam -ctam ramis). CAES. Gall. 5, 50, 5 castra . . . vallo muniri portasque -i (5, 51, 3 ordinibus caespitum. 7, 41, 4. civ. 1, 27, 3 ne . . . milites . . . inrumperent. 3, 54, 2 [extructis *pars codd.*]. SIL. 11, 198 cadavere. 12, 40. *al. cf.* NEP. Paus. 5, 2 ne exire posset, . . . ephori valvas eius aedis -xerunt [PRVD. perist. 2, 478]. OV. Ib. 615 -cto . . . limine. ITALA II Macc. 2, 5 [rec. P = VVLG.] ostium [*rec. LX* oppilavit, *B* clausit, *M* cluserit]. GREG. M. moral. 19, 33 fores). civ. 3, 49, 3 flumina . . . magnis operibus -xerat (*cf.* PLIN. nat. 31, 49 ne venae *aquae* -antur. SIL. 13, 743 -cti stragibus amnes. RVFIN. Orig. in psalm. 36 hom. 3, 10 p. 1345^{C} ne mandetur nubibus -ere a nobis imbres suos). BELL. Alex. 19, 4 qua exitus navibus erat . . ., lapidibus oppleri atque -i. VARRO rust. 1, 4, 5 -ctis *fenestris* (GAIVS dig. 8, 2, 6 DRAC. Orest. 834). LIV. 33, 17, 10 -ere, quae patefacta ruinis erant. CIL X 787, 4 (*fere a. 2 a. Chr.*) ius luminum -endorum (*dicuntur intervalla columnarum*). VITR. 2, 1, 4 intervalla . . . schidiis et luto -unt. 8, 3, 15 *fontem* (AMM. 22, 12, 8 mole saxorum. *cf.* ITALA II par. 32, 3 sq. [Complut.] aquas fontium. 32, 30 ⟨exitum⟩ aque [*Vulg. semper* obturare]. *v. et l. 12*). SEN. benef. 6, 31, 5 angustias . . . corporibus -ent. LVCAN. 10, 448 Aetnam (*cf.* CLAVD. rapt. Pros. 3, 395 hiatum *Phlegethontis*). PLIN. nat. 11, 16 aditus (ITIN. Alex. 44 *opp.* reserato. AMM. 26, 7, 12. *al.*). ITALA gen. 26, 15 (Philo quaest. in gen. 4, 191) haec (*i. puteos*) . . . dissipantes -unt (VVLG. -xerunt *cum gr., Rufin. Orig. in gen. 13, 1* oppilaverunt *ut v. 18. cf.* VVLG. gen. 26, 18 puteos).

β in imagine: CIC. Sull. 79 -ite perfugia improborum. Brut. 16 ad quos *fructus* (*i. materiam scribendi*) omnis nobis aditus, qui paene solis patuit, -ctus est (PLIN. paneg. 41, 3 ad tuas aures . . . adulationibus. 49, 1. LACT. inst. 6, 4, 24 -xit a. . . . et obsaepsit vias. *et saepe*). TERT. apol. 27, 1 -imus gradum ([*sc. adversariis, i. resistimus; v. Waltzing ad l. et Hoppe, Synt. Tert. 208*]. praescr. 15 l. 7. virg. vel. 15, 3 temptationibus). paenit. 7, 10 deus clausam licet ignorantiae ianuam et intinctionis sera -ctam aliquid adhuc permisit patere (*cf.* PANEG. 4, 5, 2 ut patere videantur, quae -cta prius fuerant). COD. Iust. 5, 71, 11 pr. (*a. 290*) cum senatus consulti auctoritas retento dominio alienandi viam -xerit (6, 25, 7 pr. v. . . . impiam -entes, ut ne quis et alius deviaverit. NICET. spir. 2 p. 20, 8 B. utrimque. *cf.* COD. Theod. 8, 4, 8 pr. si . . . militiam clariorem aditu -cti [*Gothofredus*, obstricti *codd.*] itineris occupaverint). RVFIN. Basil. hom. 3, 4 p. 1749^{C} fluentes divitias -is et concludis (*cf.* EVGIPP. Sev. 28, 5 -xisti commoda plurimorum [*subest imago fontis*]). PAVL. NOL. epist. 41, 2 p. 357, 2 quas *fenestras* (*i. sensus*) -amus timore dei. MAX. TAVR. serm. 53, 2 M. lux . . . Christi non parietibus -itur. GREG. M. in euang. 25, 10 p. 1196^{A} pietatis fontem. ORIG. in Matth. 12, 14 p. 96, 18 portas inferorum (*gr. φραξάμενος. cf.* p. 96, 23).

b *-i dicuntur aedificia, loca sive obserata sive obsaepta (sc. pro aditu, transitu, exitu sim.)*: OV. met. 8, 186 terras licet . . . et undas -at *Minos* (LVCAN. 2, 662 molibus [*opp.* aperto . . . freto]). LIV. 37, 15, 2 minore molimento aperturi *hostes* portum quam -atur ([instr- *trad.*]. FLOR. epit. 2, 15, 14 mari *abl. separ.* [obsederat *NL*]. LIV. perioch. 51 p. 63, 11). VELL. 2, 105, 3 -ctis (extr- *trad.*) hieme Alpibus (TAC. hist. 3, 1, 1). SEN. dial. 9, 4, 4 magna pars *regionum* -etur. LVCAN. 2, 495 -itis campos fluviisque arcere *Caesarem* paratis. PLIN. nat. 30, 63 -cto sacello. TAC. ann. 1, 79, 3 lacum, qua in Narem effunditur, -i. SVET. Iul. 88 curiam. TERT. apol. 21, 21 quae *moles* -xerat sepulcrum *Christi*. OROS. hist. 1, 2, 61 ea pars *Italiae* . . . Alpium obicibus -itur (*Isid. orig. 14, 4, 18* finitur, *Cosmogr. 2, 28* cingitur).

c *-i dicitur locus opertus (cf. p. 257, 12)*: AMM. 19, 2, 7 humum corporibus -bant *occisi*.

2 *partes corporis sim.* (anima *l. 58*, mens *l. 76*): **a** *proprie*: CIC. fat. 10 quod iugula concava non haberet *Socrates*, -ctas eas partes et obturatas esse. VERG. georg. 4, 301 huic *vitulo* geminae nares et spiritus oris . . . -itur ([opsuitur *M et Schol. Bern., quae addunt* alii '-itur' idest farcitur, *sed cf. Geopon. 15, 2, 25 ἀποπεφράχθω*]. PLIN. epist. 6, 16, 19 crassiore caligine. *cf.* AVSON. 244, 7 p. 81 P. -ctis . . . vitalibus [AMM. 24, 4, 30]. SIDON. epist. 8, 11, 11 -cto anhelitu, gutture obstricto. *v. et l. 66. p. 257, 4*). SEN. benef. 3, 17, 2 aures morbus -xit (ARNOB. nat. 5, 21. HIL. in psalm. 51, 10 manibus. *cf.* CYPR. mortal. 14 p. 305, 20 auditus -itur [SOL. 12, 6 *delphinis*. LACT. opif. 11, 13]). PLIN. nat. 35, 102 nec sensus nimia dulcedine *cibi* -ret *Protogenes pictor*. TERT. anim. 53, 5 corpus . . . animam consaepto suo -it et obscurat *eqs.* ieiun. 6 p. 280, 29 corde . . . adipibus -cto. orat. 29 p. 199, 11 nec ora leonibus -it *oratio* ([*cf. LXX Dan. 6, 19 ἀπέκλεισε, Vulg. aliter*]. ITALA Mich. 7, 16 [Aug. in psalm. 113 serm. 1, 4] manibus o. sua -ent [*gr. ἐπιθήσουσι χεῖρας ἐπὶ στόμα, Vulg.* ponent manum super os]. CASSIOD. hist. 5, 47, 7 extensa manu [*Sozom. 4, 28, 6 ἔβυσεν*]). GARG. MART. med. 52 quibus *calculis* vesicae canalis -itur (*var. l.* obruitur. *cf.* 53 -ctum c. v. [*proponit Lebek*, obstrictum *codd.*]). AMM. 30, 6, 3 vitali . . . via voceque simul -cta (abstricta *trad.*). 31, 14, 7 pupula oculi unius -cta. HEGES. 5, 24, 2 p. 356, 10 -cti erant ductus ciborum. MACR. Sat. 7, 12, 17 venas inedia vacuefacit, saturitas -it. **b** *in imagine*: VERG. Aen. 4, 440 viri deus -it aures ([SERV. auct.: obcludit, *ἐμφατικῶς*]. SIL. 12, 211. 17, 84 surdas. TAC. hist. 4, 69, 3. ITALA Sirach 28, 28 [Op. imperf. in Matth. 51 p. 924] spinis [*gr. v. 24 περίφραξον τὸ κτῆμα vel στόμα, Vulg.* saepi, *inde* PAVL. NOL. epist. 1, 2 -e . . . et saepi]. *al.*). ALBINOV. carm. frg. 15 -cta in (*Bursian*, -ctum *vel* -cto *codd.*) talis effundit pectora (pectore *codd.*) voces (MIN. FEL. 27, 8 *daemones* occupant animos et -unt p.). LVCAN. 5, 197 fauces *Pythiae* (obstrusit *G*, obstrinxit *N*). TAC. hist. 3, 21, 2 -ctas mentes . . . aperuit (HEGES. 1, 33 p. 65, 18 [*gr. 1, 390 τὰς ἀκοὰς ἀπέφραξαν*, Ps. RVFIN. aures . . . -xit]. RVFIN. hist. 1, 2, 21 [*Euseb. aliter*]. *cf.* PAVL. NOL. carm. 28, 309 -ctae [*var. l.* -strict-] pilas animae). TERT. apol. 1, 1 infestatio sectae huius *Christianorum* os (*om. P; si recte, pertinet ad p. 255, 54 sqq.*) -it defensioni (adv. Marc. 4, 12 p. 456, 10. 5, 13 p. 621, 19 ne qui gloriaretur *eqs.* ITALA psalm. 62, 12 [cod. 304 *al.* = VVLG.; *Sangerm.* obtusum, *Veron.* oppilatum] loquentium iniqua. Rom. 3, 19 [cod. d *al.* = VVLG., *gr. φραγῇ*]. *inde saepius apud eccl.*).

[Heck]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

3 *variae res* (*incorporeae praeter l. 11. 17*): **a** *quae impediuntur*: Cic. ac. 2, 7 omnis cognitio multis est -cta difficultatibus. Att. 3, 15, 7 sin omnia sunt -cta (Bened. reg. 59, 6 ita o. -antur, ut nulla suspicio remaneat puero *eqs.*). Lact. opif. 11, 14 ne -cta meandi facultate spiritus stranguletur. Symm. epist. 4, 54, 3 nec spem dies -it (*sc. quia hiems nondum adest*). *acced.* ne (*cf. l. 30. p. 255, 77. 78. 256, 81 necnon* ut *sequente negatione l. 3. p. 256, 24*): Ps. Rvfin. Ios. bell. Iud. 6, 11 p. 795 Ioannes . . . et Simon . . ., ne his *transfugis* magis pateret exitus quam Romanis aditus, -bant (*gr. 5, 423 περιεφύλαττον c. acc., Heges. 5, 17 p. 333, 20* cavere *c. acc.*). **b** *quae includuntur*: Plin. nat. 17, 114 imbrices . . . utrimque terra -ctos. **c** *quae teguntur, absconduntur*: Tert. virg. vel. 12, 2 tanta est adeo fides aetatis, ut nec habitu -i possit. Itala Dan. 12, 9 (Iren. 1, 19, 2 = 1, 12 H.) hi . . . sermones -cti sunt (*Iren. ex Theodot. ἐμπεφραγμένοι, LXX κατακεκαλυμμένα, Vulg.* clausi). Optat. 7, 3 p. 171, 11 Paulus . . . dicit caritatem posse -ere multitudinem peccatorum (*sec. I Petr. 4, 8, ubi gr. καλύπτει, Vulg.* operit). Ambr. obit. Theod. 44 ut gladius (*i. crux Christi*) . . . -retur (*seq.* absconderes). *deest obi.* (*cf. p. 255, 54*): Tert. adv. Hermog. 28, 1 nuda materia deo subiacebat, nullo . . . elemento -ente.

B *-untur homines*: **1** *impediendo* (*cf.* Gloss. *p. 255, 21*): Tert. paenit. 6, 19 nec oculos a stupri concupiscentiis refrenemus, nisi a custodibus corporum -cti (*var. ll.* astructi, astricti, abstracti). Itala *p. 253, 56*. Op. imperf. in Matth. 10 p. 686 quae *damna* -unt carnales homines, ut verbum, quod crediderunt, libere non audeant profiteri (*cf.* Arator act. 2, 332 novit . . . magister . . ., quos -at intus error *eqs.; de re v. et* Min. Fel. *p. 256, 74*). Cassiod. Didym. in I Petr. 3, 15[b] p. 31, 25 *praeses* debet . . . resultantes -ere. **2** *muniendo* (*fort. homo ponitur pro aditu ad hominem*): Hil. trin. 12, 20 aequum est . . . simpliciores, ne ab his *doctrinis philosophorum* spolientur, et -ere et instruere.

p. p. p. **obstrūctus**, -a, -um *pro adi. (compar.* -ior *l. 42). i. q. inaccessus, impervius*: **1** *neutr. plur. fere pro subst.*: Sen. nat. 6, 14, 4 tenuissimus *spiritus* idemque fortissimus . . . inrepat quamvis in -a *eqs.* Evagr. vita Anton. 28 p. 885 (*in imag. de animis daemonum*) cum . . . hoc impedimento (*i. corpore*) sint liberi et -a penetrent (*gr. κεκλεισμένων τῶν θυρῶν, Vita Anton.* clausis ostiis). **2** *de dis*: Arnob. nat. 6, 4 nihil audiunt, et nisi de proximo admoveantur his preces, tamquam nihil dicatur, -i atque immobiles stabunt. **3** *de loco*: Oros. hist. 6, 10, 19 per -as spatiosasque silvas (*cf. Caes. Gall. 6, 34, 2* impedita). **4** *de parte corporis*: Petr. Chrys. serm. 64 p. 382[A] Iudaei, apparent corda vestra -iora inferis *eqs.*

deriv.: obstructio. *Heck.*

obstrūsio, -ōnis *f. ab* obstrudere. *traditur* obtr-, *si editionibus confidere licet*, Cael. Avr. acut. 1 praef. 6. 7 *bis*. 8 *ter* (*postea*: obstr- *bis*). 9 *bis*. 12. 14 (*antea*: obstr-). 17. 18 (*postea*: obstr-). 1, 15, 123. 125. 131. 2, 3, 13. *variat in codd. c.* obstr-: Cass. Fel. 28 p. 44, 10. 46, 1. 44 p. 110, 4. -utio: Cass. Fel. 28 p. 44, 10 -tione (*p*, obstructione *vulgo*). Synon. Cic. p. 420, 17 clausulae. muri. claustra. obices. obseriae. . . . oppositio. -o. *legitur praeter* Philonem *l. 55. p. 258, 12 non nisi ap. medicos.* [*variat c.* obtusio Cass. Fel. 44 p. 110, 4.]

1 *i. q. status obstrusus, obstipatio, obstructio sim.* (*iuxta* conclusio *l. 63*, statio *l. 71. 78. plur.* -es *l. 78. 82. 83*): **a** *c. gen.*: **α** *rei, quae -e concluditur*: Philo quaest. in gen. 4, 195 p. 229 (*in imag. in contextu vix sano*) -o . . . boni pectoris (*opp.* purgationis). Vindic. med. 33 p. 229, 17 cum . . . in -e (obtr- *Wellmann*) venae . . . seu pulmonis, cum cogatur *sanguis* transgredi per eum a corde, reciprocet ad arteriam *eqs.* Cael. Avr. acut. 1 praef. 18 membranarum (*ibid. iterum.* 1, 1, 2. *cf. p. 258, 7*). 2, 1, 4 passionem . . . acutam cum pressura et -e sensuum (*de lethargia ut*: 2, 3, 13 ex -e atque hebetudine s., pressura etiam *eqs.*). gyn. 2, 125 tit. de -e matricis. Cass. Fel. 44 p. 110, 4 ad conclusionem sive -em (*var. l.* obtus-) epatis, quam enfraxin vocant. **β** *rei, cuius fluxus -e intercipitur vel quae -em efficit*: Vindic. med. 31 p. 227, 1 chordapson . . . et ileon fieri tumore generato . . . in ore coli argillosorum ⟨aut⟩ liquidorum humorum -e (obtr- *Wellmann*). 36 p. 231, 15 aliam -em (obtr- *Wellmann*) spiritus generari, aliam liquoris . . . transitum viarum . . . non habentis (*antea*: respiratio impeditur oppressione pulmonis et densatis eius vasculis, hoc est venis). Cael. Avr. acut. 1 praef. 6 phrenitis . . . est corpusculorum statio sive -o in cerebri membranis (1 praef. 7 s. c. vel -em . . . dixisse *Asclepiadem* 'secundum membranam cerebri'. 8 s. vel -e . . . c. 11 s. c. sive -o. *sine syn.*: 1, 15, 123 [*opp.* detractioni]). gyn. 2, 83 urina . . . excitetur . . . si lapidis fuerit -o (*antea*: obstaculum, retentio). Cass. Fel. 28 p. 44, 10 sordiculae vel purgamentorum -e facta . . . dolores *aurium* efficiuntur.

b *nude*: Cael. Avr. acut. 1 praef. 8 sunt etiam quaedam in hominibus sanis -es. *ibid.* statio vel -o (*ibid.* quae *febris* per s. vel -em fuerit. *cf. l. 71*). *ibid.* quod sine -e fiat aliquando phrenitis. 9 per occultam atque dissonantem -em. *ibid.* -em . . . phreniticae passionis causam vocare. 12 phrenitim esse passionem ex -e effectam. 1, 15, 131 exantlare -es (*sc. ventris ut*: 1, 15, 131 utemur . . . clystere detrahendae -is causa). Cass. Fel. 28 p. 46, 1 ad tinnitus et -es *aurium*, quas Graeci enfraxis vocant. *maxime de obturatione in genitalibus gignentium facta*: Cael. Avr. gyn. 2, 65 caverna . . . -e cecata circumincidenda. 2, 71 sibi invicem irruentes *fetus* -e facta difficultatem sustinent exeundi (2, 73. 2, 85. 2, 96 si capitis magnitudo -em fecerit *eqs.*). 2, 73 sine -e ,. . . cum -e (2, 74). 2, 77 -e remota (*cf. ibid.* -o resolvenda). 2, 85 ne maior fuerit -o *eqs.* 2, 95 si . . . forte -o fuerit consecuta. 2, 96 nimi(a)e -is. *indicatur locus -is* (*v. etiam p. 257, 72*): Cael. Avr. acut. 1 praef. 7 in quibus *membranis medullarum spinae* cum fuerit -o *eqs.* (*in phreniti ut*: 14 -em fieri. 15 in cerebri m. [17 in lethargis. *v. p. 257, 71*]). gyn. 2, 126 nunc in pinnaculis aforis fibrarum connaturatione sibi coherentibus -o constituitur, nunc in medio sinu muliebri nunc circa osculum matricis *eqs.* (2, 128 [*postea*: impedimentum]).

? **2** *i. q. res obstrudens*: Philo quaest. in gen. 4, 191 p. 127 (*allegorice*) iniectam -em, quae pro ignorantia accipitur, expurgant per observantiam institutorum (*gen. 26, 15* puteos . . . obstruxerunt implentes humo).

3 *i. q. actus obstrudendi* (*ambigua dedimus sub 1*): Cael. Avr. acut. 2, 37, 197 asperginem, quae . . . -e constringat *fluorem sudorum.* gyn. 2, 48 lan(a)e -o fluorem prohibet et in spatio matricis cohibitum tenet (*antea*: lana . . . ori matricis imponenda, *postea*: spongia . . . interius inserenda).

obstrūsus, -a, -um *v.* obstrudo. *Lossau.*

obstupe *v.* obstupefacio *l. 32.*

***obstupefacio**, -fēcī, -factum, -facere. *cf.* obstupescere *et* stupefacere. *scribitur* -stubef- Hier. interpr. Iob 7, 14 *Sangall. c. mensura originaria* -pēfecit *usurpatur a* Ter. Phorm. 284 *de formis*: obstupefio, -fieri (*cf.* Prisc. gramm. III 269, 5) *legitur* Sen. epist. 91, 8 -fieri. Lact. mort. pers. 19, 4 -fiunt. Dict. 4, 21 -fieret. Rvstic. Conc.[S] I 4 p. 180, 36 -fient. *p. p. p.* -factus, -a, -um *passim inde a* Cic. (*v. infra l. 73*). *multa prorsus desunt ut e. g. imper., part. praes.; imperf.* -faciebat Tac. Agr. 25, 2 *v. p. 259, 19. in tmesi*: Comm. instr. 1, 25, 13 obstupe iam factus. *sunt qui scribere malint* opstupe facere Sen. dial. 7, 26, 2 (*v. Haupt, Opusc. III 357. Wackernagel, Synt. II 175*). Not. Tir. 70, 90 -it. 70, 91 -fecit. 70, 92 -ctum. Gloss. -fio: *ἐκπλήττομαι.* -ctus: *πτοηθείς. legitur semel ap.* Ter., *ter ap.* Cic., *tum inde a* Liv. *passim.*

i. q. stupentem vel stupidum facere vel fieri (*acced. abl. causae sim. passim* [*v. e. g. p. 259, 3. 13*], ad *aliquid* -ctus *l. 80*).

I *respicitur status stupore hebetatus, fere i. q. obtundere, mitigare, debilitare sim.*: **A** *homines* (*animum, part. corp.*): **1** *in universum*: Ter. Phorm. 284 non potuit cogitata proloqui, ita eum tum timidum ibi -fecit (fecit *A*) pudor (Tac. hist. 4, 72, 3 p. ac dedecus -erat *legiones*). Cic. div. 1, 60 *pars animi fera* inmoderato -cta (*var. l.* extumefacta) potu atque pastu (*de ipso animo ut*: Paneg. 11, 11, 3 animos -erat *veneratio.* Treb. Gall. 9, 3 -cto voluptatibus corde). Tert. orat. 29 p. 199, 27 fluctus mitigat, latrones -it *oratio.* Dict. 4, 21 Oenonen . . . adeo commotam, uti amissa mente -fieret ac . . . deficiente animo concideret. Prvd. psych. 333 dextris languentibus, -cti (*antea*: deiciunt animos ceu victi). **2** *pertinet imprimis ad corporis torporem sim.* (*in imag. l. 59*): **a** *usu vario*: Val. Max. 3, 8 ext. 6 ex nimio haustu rigoris -ctis nervis ac torpore hebetatis artubus (Cassian. conl. 12, 11, 2 -cto femoris n. [*ad gen. 32, 25 ut* Ambr. exc. Sat. 2, 100 cui *Iacob* -ctum esset femur]. *cf.* Oribas. eup. 4, 88 La dato *medicamento* -ctum sensum *aegrotorum* [*antea*: stuporem sensui faciunt; *gr. 4, 86, 3 ναρκούμενοι*]). 5, 1 ext. 1 militem nimio frigore -ctum (*de ipso homine etiam* Ambr. in psalm. 37, 39 -ctus obriguit *Nabal*, mortem incidit [*cf. I reg. 25, 37* emortuum est cor eius . . . et factus est quasi lapis]). **b** *pressius: fere i. q. hebetare*: Tert. monog. 7, 4 desinit uva acerba . . . dentes -ere (*sec. Italam v. p. 262, 24 sq. ut*: Avg. serm. 153, 8, 10 -it d. iniquitas. Rvstic. Conc.[S] I 4 p. 180, 36 qui uvam acerbam comederit, eius d. -fient [-ficent *M*]). *fere i. q. conculcare, opprimere*: Vvlg. Hab. 3, 12 in fremitu conculcabis terram, in furore -es gentes.

B *ipsum animi affectum*: Liv. 25, 38, 3 nisi metus maerorem -ret, vix ita compos mei essem, ut aliqua solacia invenire aegro animo possem.

C *colorem*: Mart. Cap. 1, 73 purpurae rutilantis puniceus quidam fulgor antevenit *Solem* et rosulenti splendoris gratia totam aulae . . . curiam -ctis ceteris ornatibus luminavit.

II *respicitur ipse stuporis affectus sc. sive terrore sive admiratione sim. motus* (*cf.* Lact. inst. 2, 5, 5 rerum admiratione -cti. 4, 19, 7 quos adtonitos -erat pavor. Avg. quaest. hept. 7, 27 p. 465, 21 [*ad iud. 4, 15*] pavefecit vel -fecit): **A** *p. p. p.* -ctus, -a, -um (*cf. p. 259, 15. 27*): Cic. Catil. 2, 14 non -ctus ac perterritus . . ., non de spe conatuque depulsus (Rvfin. hist. mon. 7 p. 412[A] -ctis p.que custodibus carceris. Svlp. Sev. Mart. 14, 7 divino nutu -ctos adque p. *cf.* Vvlg. gen. 42, 28 -cti turbatique. Rvfin. hist. 2, 1, 11 -ctus et territus [*ad act. 8, 13, ubi* stupens admirabatur, *gr. καταπλαγείς*]. Prvd. perist. 3, 173 -ctus et adtonitus [*cf. l. 71*]). Deiot. 34 non numquam -ctis hominibus ipsa admiratione compressus est *plausus.* Liv. 4, 59, 6 ad . . . tumultum -cti. 5, 39, 1 Gallos . . . velut -ctos miraculum victoriae tam repentinae tenuit (*postea*: pavore defixi . . . steterunt). 45, 12, 6 -ctus . . . cum haesitasset (*cf.* Apvl. met. 3, 9, 8 -ctus haesi, nec possum . . . imaginis rationem idoneis verbis expedire). Sen. epist. 64, 6 intueor -ctus. Tac. Agr. 18, 4 ita repente immisit *auxiliares*, ut

[Heine]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

-cti hostes *eqs.* RVFIN. hist. mon. 29 p. 452C (*cf.* PALLAD. hist. mon. II 9 p. 356B) ubi haec vidit, -ctus in fugam vertitur. SVLP. SEV. dial. 1, 1, 2 quasi -cti. *al.* *c. abl. causae sim.* (*cf. p. 258, 75*): LIV. 2, 31, 6 -cti audacia Romanorum ... desiluere *hostes*. 31, 18, 7 furore *se invicem occidentium*. VAL. MAX. 7, 4, 3 spectaculo (*cf. infra l. 15*). 8, 9, 2 sermone (*cf.* FACVND. defens. 2, 2 p. 563B colloquio delectatus atque -ctus). SEN. epist. 115, 4 numinis occursu. LACT. inst. 2, 16, 10 quibus *prodigiis* (*cf.* RVFIN. Orig. princ. 3, 1, 8 p. 207, 30 signis et virtutibus [*gr. ὑπὸ τῶν τεράτων καὶ σημείων δυσωπούμενος*]). RVFIN. hist. mon. 16 p. 435C novitate (SVLP. SEV. chron. 1, 14, 2). SVLP. SEV. dial. 2, 2, 7 tantae rei miraculo.

B *aliae formae*: LIV. 2, 10, 5 miraculo audaciae -fecit *Horatius Cocles* hostes (*c. abl. causae sim. etiam*: 2, 61, 7 adeo ... constantia sua et tribunos -fecit *Appius Claudius* et plebem, ut *eqs.* VAL. MAX. 2, 6, 8 tametsi novo spectaculo -cti erant *eqs.* SEN. epist. 91, 8 obprimi... et illis inusitatis velut novis -fieri. *v. etiam l. 21*). SEN. dial. 7, 26, 2 vos opes ... -faciunt. epist. 24, 14 pone ista, quae nos -faciunt. 120, 5 aliqua benigna facta, aliqua humana, aliqua fortia nos -erant: haec coepimus ... mirari. TAC. Agr. 25, 2 Britannos ... visa classis -faciebat. hist. 4, 22, 2 cohortium signa, ... ferarum imagines ... mixta belli civilis externique facie -erant obsessos. 4, 46, 3 illos primus statim adspectus -erat. ann. 12, 35, 1 -fecit ... alacritas *militum* ducem. ITALA I reg. 16, 14 (Rufin. Orig. in num. 15, 1 p. 130, 4) -fecit eum *Saul* spiritus malignus a domino (*gr. ἔπνιγεν, Vulg.* exagitabat). Iob 7, 14 (Aug. in Iob p. 523, 23 = HIER. interpr. Iob) exterres me per somnia et per visionem me -facis (*gr. ἐκφοβεῖς ... καὶ ... καταπλήσσεις, Vulg.* terrebis ... et ... horrore concuties). act. 10, 45 (Ps. Cypr. rebapt. 5) -cti sunt (*gr. ἐξέστησαν, Vulg.* obstupuerunt). LACT. mort. pers. 19, 4 -fiunt omnes. RVSTIC. Conc.S I 4 p. 221, 1 -facit me ... sensus incongruitas.

deriv: obstupefactio, 2. obstupefactus.

obstupefactio, -ōnis *f.* *ab* obstupefacere. *i. q. status obstupefactus, stupor sim.*: AMBR. exc. Sat. 2, 100 (*ad gen. 32, 25*) ut ... -o femoris *Iacob* passionem prophetaret heredis *sc. Christi*. GREG. M. in euang. 37, 9 p. 1280B exhorruit *episcopus* et ... cum magnae -is vocibus inquisivit. moral. 9, 11 miraculorum *dei* ... -e franguntur *procellae persecutionis* (*ad Marc. 6, 51*).

1. obstupefactus *v.* obstupefacio.

2. obstupefactus *ἔκπληξις* GLOSS. II 292, 11. *ab* obstupefacere.

obstupefīo *v.* obstupefacio. **obstupendus** *v.* obstupeo.

obstupeo, -uī (*cf. l. 43*), -ēre. *retrograde ex perf.* -ui *et* obstupescere *sec.* stupere. *scribitur*: -stip- GLOSS. III 458, 24 (= 486, 27); *v. Heraeus, Kl. Schr. 129.* -stupio GLOSS. II 343, 3 (-stupeo *a*). *formas stirpis perf., cum secerni non possint, sub* obstupescere *afferre maluimus.* GLOSS. *θαμβοῦμαι, καταπλήσσω, καταπλήσσομαι, σιωπῶ.* [*var. l.* ITALA Ier. 31, 29 (Ps. Aug. spec. 69 p. 559, 4) -bunt *pro* stup-. *corrigitur* -endus *in* obstupescendus Ps. VARRO sent. 74 *v. p. 262, 78. e coni. parum certa* ANON. in Matth. 18 p. 42, 20 *v. p. 263, 8.*]

i. q. stupentem fieri vel esse: **a** *spectat ad corpus*: SEDVL. op. pasch. 2, 2 (*ad Ier. 31, 29*) pomis, quae parentes acerba voraverant, filiorum -ere dentes (*carm. pasch. 2, 25* horrescere. *cf. p. 262, 25*). PASS. Bonos. (BHL 1425) 6 -bant ... brachia prae nimio dolore.

b *spectat ad animum*: MVTIAN. Chrysost. hom. 24 p. 383/4 veluti quadam ... ebrietate demersi ac perculsi -emus imaginantes (*gr. καταπεπλήγμεθα. de ipsis hominibus etiam* Ps. ORIG. hom. in Matth. 2, 4 p. 250, 20 ut videntes *caecum ambulantem* ... mirati et -entes crederent ... talia mirabilia facienti *Christo*). MAXIM. eleg. 1, 126 cum corpore languet *mens* atque intenta suis -et (*var. l.* astupet, *Baehrens* a! stupet) illa malis (*antea*: confusa *mens*).

gerund. **obstupendus,** -a, -um. *fere i. q. stupendus, mirandus*: CASSIOD. var. 6, 23, 1 inter ... ordinatarum rerum -a praeconia hoc ... laudibus meretur efferri, quod *eqs.* GREG. M. epist. 10, 8 quod minus fortasse fuerat -um, si *eqs.* *v. etiam l. 46.*

obstupēscendus, -a, -um *v.* obstupesco.

***obstupēsco** (-pīsc- *v. l. 65*), -puī (-stip- *v. l. 68*), -ere. *ab* ob *et* stupescere. *scribitur in formis stirpis praes.* -pisc- ITALA Marc. 1, 22 (cod. d) -bant. GREG. TVR. Franc. 4, 48 -imus (*var. l.* -pesc-). Mart. 3, 10 p. 635, 12 -eret. NOT. Tir. 70, 89 -it. *in stirpe perf. praevalere vid., si codicibus et editoribus confidere licet, forma* -stip-, *in formis stirpis praes. numquam occurrens*; -step- ITALA Luc. 2, 48 (cod. *β*). *formas perf. habet communes c.* obstupere, *quas omnes hic dedimus.* NOT. Tir. 70, 88 -uit. 70, 89 -it. *de notione* (*cf. etiam e. g. p. 260, 4*): SYNON. Cic. p. 445, 14 stupet. ... torpet. sensu caret. ... -uit. obmutuit. GLOSS. *καταπλήττομαι. ἐκθαμβοῦμαι.* -it: *ἐκπλήσσεται.* -uit: obstupefactus est. hebui⟨t⟩. admiratione stupefacta est. *legitur inde a* PLAVTO, TER., CIC., VARRONE. [*in codd. variat* -stipui *c.* extimui Ov. fast. 1, 97.]

i. q. stupentem fieri, obstupefieri. *in fig. etymol.* ITALA Marc. 5, 42 (codd. b c *al.* = VVLG.) -erunt stupore (*gr. ἐξέστησαν ... ἐκστάσει, cod. ff²* stupuerunt, *e k* stupentes facti sunt). *adv. notabiliora*: grandius *p. 262, 65*, magis *p. 262, 64*, nimis *p. 261, 44. 262, 64*, parumper *p. 261, 74.* CLAVD. 21, 147, paulisper *p. 260, 19*, plus iusto *p. 261, 7*, repente *p. 261, 24*, subito *p. 260, 30. 261, 61. 64.* *in metro dact. ponitur perf.* -ui, -uit, -uere *maxime in initio versus v. e. g. p. 260, 44.*

I *intransitive* (-ere facere *aliquem infra l. 22. 69. p. 262, 16. 28*): **A** *respicitur ipse affectus*: **1** *pertinet ad animum sive metu sive admiratione affectum* (*cf.* SERV. Aen. 1, 513 et ad mirationem et ad timorem ... pertinet. -ere animis *infra l. 55*, animi motibus *sc. laetitia et metu* CLAVD. DON. Aen. 1, 515 p. 102, 5, admiratione PANEG. 11, 7, 4 [cum a. *p. 261, 35*], pavore ORIG. in Matth. ser. 75 p. 175, 25, terrore *p. 262, 22*, timore *p. 261, 3*): **a** *de ipsis hominibus*: *α usu libero*: PLAVT. Poen. 261 quid hic ... astans -isti? (TER. Phorm. 991 ehem, q. nunc -isti [*codd. deter.* obticuisti]? *cf. p. 261, 4*). CIC. Catil. 3, 13 sic ... -erant *rei*, sic terram intuebantur. VERG. georg. 4, 351 omnes -uere; sed *eqs.* (ITALA act. 10, 45 [cod. g, *cf.* VVLG.] -erunt o., qui *eqs.* [*gr. ἐξέστησαν, cod. d* obstupefacti sunt]. VVLG. Ier. 18, 16 o., qui ..., -et [19, 8]. *v. etiam e. g. infra l. 56. 84 et cf.* CLAVD. DON. Aen. 9, 120 p. 203, 14 -erunt ... simul universi. VVLG. I reg. 14, 15 et omnis populus ... -uit). Aen. 2, 378 dixit et ... sensit ...; -uit retroque pedem cum voce repressit. PROP. 1, 3, 28 -ui vano credulus auspicio. VAL. MAX. 5, 1, 1 a legatos -isse ... ac secum dixisse. SEN. epist. 102, 26 nullius rei gnarus -isti inter ignota. PETRON. 19, 3 Ascyltos ... paulisper -uit. TERT. adv. Val. 15 p. 195, 7 nec -as (*cf.* VVLG. eccles. 7, 17 ne -as). ITALA Luc. 8, 56 (codd. a c) -erunt (*gr. ἐξέστησαν, cod. d* expaverunt, *e k* admirati sunt, *aur. b al. et Vulg.* stupuerunt). VVLG. Ezech. 21, 14 qui *gladius occisionis* -ere eos facit (39, 11. *cf. supra l. 1*). RVFIN. hist. 3, 23, 13 at ille -uit (BOETH. cons. 1, 1, 13 W. at ... ego -ui visuque in terram defixo ... exspectare tacitus coepi). RVSTIC. c. aceph. p. 1250A ante demonstrationem *duplicis naturae Christi* habes -ere; admirando enim *eqs.* *c. vocibus audiendi sim.*: CIC. Marcell. 28 -ent ... audientes et legentes (*c. partic. etiam* VVLG. Esth. 7, 6. MVTIAN. Chrysost. hom. 23 p. 381/82 nullus a. -it vel congelascit. GREG. TVR. Franc. 7, 7. glor. conf. 108. *cf.* APVL. apol. 99 ut hisce auditis subito -erit. GREG. TVR. glor. mart. 94 *cum* audisset ..., -uit). VVLG. Iob 21, 5 attendite me et -ite. PALLAD. hist. mon. I 9 p. 283C cum ... hoc ... didicisset, -uit (*gr. ἐξέστη*). *c. vocibus videndi sim.*: CIC. div. 2, 50 aspectu (*cf. infra l. 53 sq.*) *Tagetis* cum -isset bubulcus. Ov. am. 1, 9, 38 Atrides visa Priameide fertur Maenadis effusis -isse comis (epist. 15, 135 ut vidi, -ui [met. 7, 727. 10, 580]. met. 8, 219 vidit et -uit [VVLG. I Macc. 15, 32 et vidit ... et -uit. Marc. 16, 5 *gr. ἐξεθαμβήθησαν.* act. 12, 16 gr. *ἐξέστησαν.* CE 1388, 4]. 14, 350 simul ... vidit, -uit. ITALA Luc. 2, 48 [cod. *β*] videntes ... -erunt [*gr. ἐξεπλάγησαν, alii codd. et Vulg.* expaverunt, admirati sunt *sim.*]. *v. etiam p. 261, 30. 54. 79*). VAL. MAX. 6, 2, 10 -erunt ... intuentes. STAT. silv. 5, 1, 204 conspecta coniuge segnis ... -uit. Theb. 10, 680 ut ... notavit ..., -uit. PALLAD. hist. mon. II 16 p. 374D agnovit ... et -uit (*gr. ἐξέστη*). *β ponitur post relationem rei stupendae* (*maxime ap. poetas, fere hexametr., et non nisi initio versus; dedimus exempla notabiliora tantum*): TER. Andr. 256 id mihi visust dicere: 'abi cito ac suspende te!' -ui, ... obmutui (VERG. Aen. 2, 560 at me tum primum saevos circumstetit horror; -ui. 2, 774 [= 3, 48] -ui steteruntque comae et vox faucibus haesit. 3, 298. PROP. 2, 29, 25. Ov. epist. 15, 67 -ui gelidusque comas erexerat horror. met. 3, 644. 13, 940). VERG. Aen. 1, 513 -uit simul ipse, simul percussus (*var. l.* perculsus) Achates ([CLAVD. DON. p. 101, 30 sq. -uit et perculsus bis accipiendum est; nam uterque -uit, uterque perculsus est]. 1, 613 -uit primo aspectu *eqs.* [*sim.* 5, 90 *et* CLAVD. 1, 234 visu. STAT. Theb. 2, 533 visis]. Ov. met. 10, 666 -uit virgo. LVCAN. 4, 748 -uit dux ipse simul *eqs.* RVST. HELP. benef. 88). 8, 530 *et* 9, 123 -uere animis (Ov. met. 1, 384 -uere diu. 7, 322 -uere satae Pelia: *eqs.* 8, 617 -uere omnes [8, 765. 12, 18 DRAC. Romul. 8, 109]. SIDON. carm. 7, 403 -uere duces ... et timuere *eqs. cf.* SEN. contr. 1, 7, 6 -erunt piratae et ... dixerunt *eqs.* [*at* exc.: -uere]).

b *de animo, mente sim.*: TER. Ad. 612 membra metu debilia sunt, animus timore -uit (VERG. Aen. 2, 120 -uere a. gelidusque per ima cucurrit ossa tremor [*initio hexametri ut*: 5, 404. STAT. Theb. 6, 738 -uere a. fecitque silentia terror]. CLAVD. DON. 9, 120 p. 203, 11 -uere a. Rutulis). ITALA Ios. 5, 1 (Lugd.) distabuerunt sensus eorum et -erunt ([*gr. κατεπλάγησαν, Vulg.* dissolutum est cor]. CYPR. laps. 8 s. -uit, lingua haesit [*antea*: labavit gressus, caligavit aspectus, tremuerunt viscera]). LACT. inst. 6, 15, 12 mens ita -erit, ut sit ei sensus omnis ereptus (DRAC. Orest. 54 -uit pietas et m. sibi conscia pravi). MVTIAN. Chrysost. hom. 6 p. 281/2 timor -ere faciens et commovens animam (*gr. καταπλήττων καὶ σείων*).

c *de bestiis fere i. q. mansuescere*: Ov. am. 3, 9, 22 carmine *Orphei* ... victas -isse feras.

d *tropice de rebus tamquam personis* (*v. etiam p. 261, 14*): VAL. MAX. 2, 9, 4 ipsae ... mihi litterae ... -ere videntur, cum ad tantam severitatem referendam ministerium adcommodare coguntur. VVLG. Is. 10, 29 -uit Rama, Gabaath Saulis fugit (*de loco etiam* 41, 5 extrema terrae -erunt. *v. etiam p. 261, 33*).

e *grammatica et stilistica* (*ad a—d*): *α indicatur stuporis causa sim.*: Ⓘ *abl.* (-ere stupore *p. 259, 78*, timore *sim. supra l. 61*, aspectu *vel* visu *sim. l. 53 sq.*): CIC. Verr. II 1, 66 -uit hominis improbi dicto. Att. 5, 21, 7 beneficia, quibus ... -unt. PROP. 4, 4, 21 -uit regis facie et regalibus armis. Ov. met. 2, 726 -uit *Mercurius* forma *Herses*. fast. 2, 92 modis *Arionis*. LIV. 33, 1, 7 velut prodita dolo ... urbe captaque -erunt omnes (*c. partic. etiam*: QVINT. decl. 286 p. 153, 1

[Heine]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

non -isti propius scelere admoto? TYCON. reg. 4 p. 45, 11 nec capta Aegypto -erunt gentes. RVFIN. hist. mon. 8 p. 421D facto miraculo. MVTIAN. Chrysost. hom. 6 p. 297/8 timore ex nulla causa facto. ARATOR act. 2, 1048. *al.*). APVL. met. 5, 2, 3 quid . . . tantis -is opibus?

Ⓘ *praepp.*: LIV. 39, 50, 2 -erant *Messenii* ad magnitudinem . . . fortunae virtutisque *Philopoemenis* (SEN. contr. 1 praef. 19 vos . . . plus iusto ad hanc . . . virtutem -ere. SEN. dial. 12, 9, 5 pecunia, dignitas, potentia aliaque conplura, ad quae generis humani caeca cupiditas -it. AVG. in Iob p. 626, 6 ad ea, quae dicta sunt, -isse in silentio et quievisse. CHRYSOST. hom. I 869D -e ad intuendam Christi virtutem [*gr. ἐκπλάγηθι*]. *aliter p. 262, 35*). ITALA Marc. 1, 22 (codd. d t) -bant *discipuli* super doctrinam *Iesu* ([*gr. ἐξεπλήσσοντο ἐπί, codd. e k* admirabantur, *alii codd. et Vulg.* stupebant]. VVLG. Is. 52, 14 -erunt s. te multi. Ier. 2, 12 -ite, caeli, s. hoc. Ezech. 27, 35 s. te *sc. Tyrum dirutam.* 28, 19 omnes, qui viderint te [*sc. regem Tyri*] . . ., -ent s. te). 10, 24 (codd. aur. l = VVLG.) discipuli . . . -bant in verbis *Iesu* ([*gr. ἐθαμβοῦντο ἐπί, alii codd.* pavebant, mirabantur, admirabantur. *inde* TERT. adv. Marc. 4, 13 p. 457, 1 -bant in doctrina eius]. CASSIOD. Ios. antiq. 5, 279 ut . . . zelatus in . . . laudibus *coniugis* -eret *Manue* [*gr. ἐκ τῶν ἐπαίνων εἰς ἔκπληξιν κατὰ ζηλοτυπίαν περιστῆναι*]. *cf. infra l. 39*). TERT. adv. Marc. 4, 39 p. 555, 4 nationum -entium velut a sonitu maris fluctuantis pro expectatione imminentium . . . malorum (GREG. M. moral. 9, 19 tunc facundius loquimur *facta divina*, cum ab his -endo reticemus). VVLG. Ezech. 32, 10 -ent repente singuli pro anima sua. CONC.S. II 3, 3 p. 120, 20 non -es circa dispensationem *naturarum dei* (*gr. II 1, 3 p. 115, 2 οὐ ναρκήσεις περί*). CASSIOD. Ios. antiq. 1, 288 non propter cognationis causam neque propter . . ., sed amore . . . victus -bat *Iacob* pulchritudinem . . . talem esse conspiciens ([*gr. οὐχ ὑπὸ τῆς . . . οὐδὲ τῆς . . ., ἀλλ' ἔρωτι . . . ἡττηθεὶς ἐκπέπληκτο*]. ORIG. in Matth. ser. 75 p. 175, 25 ut ne . . . subito videntes . . . -ant pavore p. passionem domino accidentem).

Ⓘ *enunt. aut acc. c. inf.*: Ov. trist. 1, 11, 8 quod facerem versus inter fera murmura ponti, Cycladas . . . -isse puto (VVLG. I reg. 21, 1 -uit Ahimelech eo, q. venisset David. RVFIN. Orig. princ. 2, 6, 1 p. 140, 14 cum summa ammiratione -imus, q. . . . homo factus sit *Christus.* PASS. Perp. 7, 1 [*gr. ἔκθαμβος ἐγενήθην, διότι*]). QVINT. decl. 352 p. 383, 20 milites . . . confecto proelio ad gratulationem redeuntes portas clusas -isse (*acc. c. inf. ut vid. sicut*: ITALA I Petr. 4, 4 [cod. nr. 65. *al.*] in quibus . . . -unt non consurgere vos in . . . luxuriae confusione [*gr. ἐν ᾧ ξενίζονται μὴ συντρεχόντων ὑμῶν, Vulg.* admirantur, *Aug. epist. 164, 10* stupescunt]. CASSIOD. Ios. antiq. 5, 158 -ntes *Israhelitae* se ita devictos [*gr. καταπεπληγότες ὑπὸ τῆς ἥττης*]. var. 1, 45, 5 ostendere, quod -ant homines evenisse). HESYCH. in lev. 4 praef. p. 972D nimis -ndum est, quemadmodum *eqs.* (*cf.* HIER. hom. Orig. in Ezech. 6, 1 -bam, quomodo diceret [*v. etiam p. 262, 61*]. GREG. TVR. Franc. 4, 48 -imus et admiramur, cur *eqs.*).

β accedunt voces affines (*exempla notabiliora*): Ⓘ *modo vario*: CAEL. Cic. fam. 8, 2, 1 -ui et mihi visus sum captus esse. ITALA Marc. 14, 33 (cod. a) coepit -ere et acediari (*gr. ἐκθαμβεῖσθαι καὶ ἀδημονεῖν, alii codd. et Vulg.* pavere et taedere). HIER. in Hab. 1, 6 p. 1278C aspicite . . . et videte et miramini et -ite (AVG. serm. 291, 2 mirantur omnes, -unt. *cf.* HIER. hom. Orig. in Luc. 38 p. 216, 16 cum vidisset . . ., -uit et tota in miraculo fuit. VVLG. Is. 29, 9 -ite et admiramini [Hab. 1, 5 RVFIN. hist. mon. 9 p. 423D. *v. etiam l. 57. p. 262, 47. 59*]. AVG. in euang. Ioh. 8, 1 quis est . . ., qui . . . non -it obruiturque miraculis?). HIER. psalt. sec. Hebr. 48, 6 videntes . . . -erunt, conturbati sunt, admirati sunt ([*Vulg. 47, 6* admirati sunt, conturbati sunt, commoti sunt]. VVLG. Is. 32, 11 -ite . . ., conturbamini). 107, 27 -erunt et intremuerunt (*Vulg. 106, 27* turbati sunt et moti sunt). VVLG. Ier. 4, 9 -ent . . . et . . . consternabuntur. PALLAD. hist. mon. I 1 p. 251C ut . . . -ret subito ac mente mutata . . . transmigrasse alio videretur.

Ⓘ *partic.* (*adi.*): CIC. carm. frg. 22 (div. 2, 63), 23 quidnam torpentes subito -istis (*Hom. B 323 ἄνεῳ ἐγένεσθε*). VERG. Aen. 3, 48 mentem formidine pressus -ui (*cf.* RVSTIC. Conc.S I 4 p. 221, 16 -o . . . formidans. CASSIOD. Ios. antiq. 2, 267 formidatus -uit [*gr. κατεπλάγη*]). 8, 121 -uit . . . percussus (9, 197. *v. etiam p. 260, 50 et cf.* SEN. epist. 74, 4 percusso similis -uit). 11, 120 -uere silentes (APVL. met. 6, 10, 4 immanitate praecepti consternata s. -it *Psyche.* IVVENC. 4, 51 cuncti -uere s. *cf.* Ov. fast. 6, 398 -ui tacitus). 12, 665 -uit . . . confusus (SVLP. SEV. Mart. 16, 5). RVT. LVP. 1, 17 repentino nuntio perturbati -uimus. Ov. fast. 2, 442 -uit . . . territa turba (MAR. VICTORIN. ad Iust. 15 p. 1007D ne perturberis, ne anxius . . . veri admiratione t. -as et caeceris. *cf.* STAT. Ach. 1, 662 -uit . . . exterrita monstris. AVIAN. fab. 29, 19 -uit . . . monstro perterritus). LIV. 28, 23, 3 primo conspectu . . . rei mirabundi parumper -erunt (*cf.* VAL. FL. 4, 141 -uit visu . . . admirans). PETRON. 108, 1 -eram . . . supplicii metu pavidus. APVL. met. 2, 7, 4 isto aspectu defixus -ui et mirabundus steti. CARM. ad senat. 3 cum . . . viderem . . ., -ui motus (*cf.* CLAVD. DON. Aen. 1, 610 p. 121, 7 commota . . . -uit). AMM. 16, 10, 13 -uit . . . miraculorum densitate praestrictus. HIER. in Ezech. 1 praef. p. 15A consternatus -ui (*cf. l. 69*).

2 *pertinet ad corpus, fere i. q. obtorpescere sim.* (-ere oculis *p. 262, 2*): **a** *de ipsis animantibus*: VARRO rust. 3, 16, 35 -unt potantes *mulsum apes.* AVG. in psalm. 147, 26 l. 31 rigorem passi homines . . . dicunt: -ui. PETR. CHRYS. serm. 87 p. 445A magos . . . totis -entes oculis (*cf. l. 14*). **b** *de part. corporis sim.*: SEN. epist. 78, 8 cito hae partes (*sc. nervi et articuli*) -unt ([*78, 9* obtorpuisse]. SCRIB. LARG. 11 donec desinat dolor et -at ea p. *capitis* [*Marcell. med. 1, 11* obtorpescat]. CASSIOD. var. 1, 35, 4 quatenus vivae substantiae *sc. manus* p. sine sensu aliquo immobilis -at). PLIN. nat. 36, 56 -it . . . corpus nec sentit cruciatum. ITALA gen. 32, 25 (Lugd., Aug. c. Maximin. 2, 26, 9. *al.*) -it latitudo faemoris ([*gr. ἐνάρκησεν, Vulg.* emarcuit]. *cf.* 32, 32 [Lugd.] latitudinem femoris . . ., qui -uit ei [AMBR. Iac. 2, 7, 30 -entis f. latitudo]. 32, 33 [Rufin. Orig. in gen. 15, 4 p. 131, 12] qui *nervus* -uit [AMBR. in psalm. 43, 17, 3 tactu patriarchae n. -uit. PAVL. NOL. epist. 24, 8 p. 208, 10 quo *n. femoris* -ente infirmabitur virtus carnis]). HIL. trin. 10, 53 contuentibus solis claritatem virtus . . . luminis -it (*cf. l. 2*). PELAGON. 270 cum . . . frigore maxillae -erint et cibum non ceperint (*Hippiatr. I p. 180, 17 μὴ ἔχειν ἐν κινήσει τὰ χελύνια*). AVG. in psalm. 30, 1, 9 fac -ere labia fingentium . . . falsa (*cf.* Ps. AVG. serm. ed. Caillau 2, 68, 4 p. 127 -uit lingua . . ., id est . . . sermo defecit). CASSIOD. Ios. antiq. 8, 9 p. 239, 27 pro labore portandi . . . manus -isset (*gr. 8, 244 ναρκήσειε. cf. l. 6*). GREG. M. moral. 12, 35 mens ita . . . suspenditur, ut . . . facies -isse videatur.

B *singularia*: **1** *fere i. q. prae stupore inertem fieri, desistere*: LIV. 34, 27, 9 terrore -erant . . . animi ab omni conatu novorum consiliorum. **2** *fere i. q. obtusum, hebetem sim. fieri* (ad *aliquid l. 30*, in *aliqua re l. 25. 32*): ITALA Sirach 30, 10 (Aug. spec. 23 p. 144, 17) in novissimo -ent dentes tui ([*gr. γομφιάσεις τοὺς ὀδόντας σου*]. Ier. 31, 29 [Tert. adv. Marc. 2, 15 p. 355, 19. *al.*, *cf.* VVLG.; *gr. ἠμωδίασαν*]. *al. inde e. g.*: AVG. in psalm. 48, 2, 8 l. 25 obrigescunt et -unt. ORIG. in Matth. 17, 8 p. 607, 2 -ere facit d. [*gr. αἱμωδιᾷ*]). *de homine vel sensu*: HIL. in Matth. 14, 12 sensus subtilitas ingravescit et ad rei contemplationem pro difficultate . . . negotii -it (*cf.* GREG. M. moral. 11, 45 p. 947A in intimis -unt sensus). GREG. M. moral. 11, 45 p. 973C quod quisque egit exterius, in eo -it, quod de internis . . . intelligere potuit (*antea*: intelligentiae caecitas generatur in sensibus). **3** *fere i. q. cum stupore aspicere*: VVLG. Ier. 36, 16 cum audissent . . . verba, -erunt unusquisque ad proximum suum et dixerunt *eqs.* **4** *fere i. q. exstingui, leniri, evanescere*: GREG. TVR. glor. conf. 103 omnis dolor *dentium* -uit (Mart. 3, 10 p. 635, 12 cum . . . a vapore foci -ret *d.*). glor. mart. 10 cunctus ignis -uit, acsi non fuisset accensus.

II *transitive*: **A** *fere i. q. admirari sim.*: **1** *homines* (*deum*): STAT. Theb. 3, 520 casus terraeque marisque canentem *Amphiaraum* -uere duces. silv. 3, 1, 43 qualem [*sc. Herculem, quinquaginta filiorum procreatorem*] . . . Thespius -uit totiens socer. TERT. carn. 9 p. 216, 25 Christum homines (*Oehler* -em) -bant. PAVL. NOL. carm. 20, 115 illum homines . . . -uere senes . . . et . . . matres. CASSIOD. var. 5, 22, 3 ut, quem . . ., eloquentem . . . -as. **2** *res*: MAR. VICTORIN. ad Iust. 1 p. 999D admirans . . . et -ens pertinax . . . consilium (GREG. TVR. Franc. 5, 36 omnes haec -ant, admirentur et metuant, ne *eqs. v. etiam l. 59. 63 et cf.* CASSIOD. hist. 7, 40, 8 mirabitur . . . -ens [*Theodoret. 4, 22, 6 ἐξιστάμενοι*]. Ios. antiq. 4, 66 -entes . . . visionem . . . mirari coeperunt *eqs.* [*gr. ἐκπλαγέντες . . . ἐπὶ τῷ παραλόγῳ τῆς θέας*]. or. frg. p. 481, 7 quam *sedem* . . . India miretur . . ., Hispania . . . -at). AMM. 25, 3, 13 -at magniloquentia vetustatis . . . proelia . . . Marcelli. AMBR. fid. 4, 1, 5 -uerunt . . . angeli caeleste mysterium *sc. Christi resurrectionem.* RVFIN. Adamant. 2, 18 p. 99, 28 quis non -at eorum insipientiam, qui . . .? ([*gr. τίς οὐκ ἂν θαυμάσειε . . .;*]. CASSIAN. conl. 12, 12, 3 q. n. -at opera dei . . .?). CLAVD. 20, 285 -uere . . . omen Corybantes. AVG. in psalm. 58, 1, 22 evidentiam *prophetiarum de Christo* -it *paganus* (*postea*: admirans). HESYCH. in lev. 12, 6 p. 926B legislatoris sapientiam -e, quia *eqs.* (26, 25 p. 1150A l. s. -e, quomodo *eqs.*). RVSTIC. Conc.S I 4 p. 182, 31 domini mirabilia (*cf.* GREG. M. moral. 2, 10 virtutis divinae miracula). p, 201, 23 sacerdotii pietatem (*antea*: mirantur). p. 207, 8 diligere . . . pacem . . ., -ere nimis (*cf.* CASSIOD. hist. 11, 16, 4 hoc mirabile opus . . . rex magis -uit. var. 2, 39, 11 quae multo grandius -as). PAVL. PETRIC. Mart. 5, 684 -uere suum monachorum gaudia (*i. monachi gaudentes*) votum. CASSIOD. hist. 6, 1, 18 crucis . . . virtutem (*Theodoret. 3, 3, 4 θαυμάζειν*). Ios. antiq. 3, 37 auditum (*gr. πρὸς τὴν ἀκοὴν καταπλαγέντων*). 5, 28 inopinabilem muri ruinam -entes (*gr. πρὸς τὴν . . . τείχους ἀνατροπὴν καταπεπληγότων*). var. 1, 45, 2 respicere cupiunt, quod . . . -unt. GREG. TVR. Thom. p. 98, 5 causam velocitatis. GREG. M. moral. 13, 23 -unt . . . quae non intelligunt.

B *praevalente vi metuendi, timendi*: CASSIOD. Ios. antiq. 4, 7 non -entes invasionem seu multitudinem eos *hostes* fortiter exceperunt ([*gr. οὐ καταπλαγέντες*]. 5, 204 cum . . . -entes m. hostium de fuga iam cogitarent). 4, 89 Amorraeus . . . Hebraeos -uit (*gr. κατεπλάγη*).

gerund. **obstupēscendus**, -a, -um *fere i. q. obstupendus, mirandus sim.*: Ps. VARRO sent. 74 tam ridenda in sene puerilitas quam -a (*var. l.* obstupenda) in puero optimorum morum constantia. GREG. M. moral. 2, 41 contra *diabolum* . . . ipsa humanitatis infirmitas -enda proponitur. -endum est: *v. p. 261, 44.*

deriv.: cf. obstupefacio, obstupeo, obstupidus.

obstupidus, -a, -um. *ab* obstupescere *retrograde sec.* ob *et* stupidus. GLOSS. -a: amens vel mente turbata. *i. q. qui obstu-*

[Heine]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

puit, stupore perculsus, stupidus: PLAVT. Mil. 1254 quid astitisti -a? (*cf. Plaut. Poen. 261 p. 260, 8*). PACVV. trag. 53 sollicita, studio -a, suspenso animo civitas. GELL. 5, 1, 6 consiluisse ... quasi adtonitos et -os. APVL. met. 1, 25, 6 actis consternatus ac prorsus -us. SCHOL. Pers. 3, 80 *v. p. 244, 61.*

obstupor, -ōris *m. ab* ob *et* stupor, *cf.* obstupere, obstupescere. [*vix* ANON. in Matth. 18 p. 42, 20 obsunt *carnalia desideria* et -em (*trad.* ob st-, *Turner* obstupentem, *Mercati* stuporem) circa res salutares praestant animae (*Turner* animam).] *i. q. status obstupidus, stupor*: RVSTIC. Conc.S I 4 p. 66, 18 totius -is sumus taciturnitate perculsi (*gr. I 1, 7 p. 78, 18 ἀφασίαν*). p. 115, 30 in tantum nos -em miserunt, ut *eqs.* (*gr. I 1, 7 p. 151, 24 ἐξένισεν*). *Heine.*

obstuprātus, -a, -um. *ab* ob *et* stupratus, *cf.* constuprare. *i. q. stupratus* (*an 'stupro obsoletus' sim.?*): LAMPR. Comm. 3, 4 appellatus est a mimis quasi -us *Commodus* (*ceterum adhibet* constuprare: *1, 7. 5, 8. 7, 3*).

obsufflo, -āre. *ab* ob *et* sufflare. *i. q. sufflando offundere*: Ps. QVINT. decl. 3^b, 7 p. 64, 10 splendori tuo ... confusionis nebulam -are. *W.*

***obsum,** -fuī, -esse. *ab* ob *et* esse. *scribitur in formis stirpis perf., si codicibus vel editoribus confidere licet, saepius* obf- *quam* off-, *cf.* CASSIOD. gramm. VII 207, 12 b non sonat, ut offui *et v. Prinz, ALMA 21, 1951, 106*; ops- *in codd. passim. formam* obescet *testatur* PAVL. FEST. p. 190 o.: -erit vel aderit. *de differentia*: ISID. diff. 1, 404 (*cf.* DIFF. ed. Beck p. 73, 3) qui -est, nocet, qui officit, vult nocere. *de notione* (*cf. etiam l. 24*): SYNON. Cic. p. 435, 21 nocet. laedit. -est. malo est. detrimento est. obstat. officit. GLOSS. *βλάπτω*. -es: contrarius es. -est *ἀντίκειται*. dolosus est. contra est. nocet. impedit. -sit: officit. -uit *ἀντέπραξεν*. *legitur inde a* PLAVT., ENN., CATONE, TER., *ceterum in poesi rarius* (*bis ap.* VERG. georg., *semel ap.* HOR. sat.), *vitatur e. g. a* CAES., TAC. [*confunditur in codd. passim c. aliis compositis ut* ab- *vel* adesse, *praeterea e. g.* -turus *c.* obscurus. *obscura vel corrupta*: LVCIL. 335 ACC. trag. 115 OV. ars 2, 532. PRAEDEST. 1, 90 p. 620^C plus -uit ad nocendum Adam generi humano, quam Christus in subveniendo (*? an suppl.* ⟨profuit⟩, *nisi* -uit *in* potuit *mutes; cf. Aug. c. Iulian. 1, 6, 27* non tantum solum profuit Christus, quantum nocuit Adam *eqs. c. Iulian. op. imperf. 2, 97 p. 1179* multo plus iniquitatem primi hominis ad nocendum asseris habuisse virtutis quam gratia Christi obtinet ad medendum. *p. 1180* quomodo ... plus nocuit primi hominis iniquitas quam profuit ... Christi bonitas ...?]

i. q. officientem esse, officere alicui sim. persaepe c. dat. (e. g. l. 59. p. 264, 17). indicatur, in *quo aliquid officiatur p. 264, 5. 8. 25. 34. 56. 265, 3. 266, 26. 70.* CIC. Verr. II 2, 164 QVINT. inst. 1, 1, 26 PAPIN. dig. 22, 6, 8, ad *quid p. 266, 15* (*aliter supra l. 34*), apud *quem l. 71. p. 264, 22. 58. 265, 11.* CIC. Balb. 63. *adv. sim. notabiliora*: aliquid *l. 75. p. 264, 14. 265, 48,* maxime *p. 264, 72. 265, 29,* minimum *p. 265, 2,* multum *l. 84. p. 264, 20* (plus *l. 67. p. 264, 59. 78. 265, 64. 266, 41. 53.* CIC. Cluent. 114, plurimum *p. 264, 41. 51. 265, 54 bis. 59. 71*), nihil *e. g. p. 264, 22. 55. 265, 80,* quicquam *p. 266, 44,* quid *l. 79. p. 264, 12. 49. 265, 15. 12. 46. 266, 54. 78,* tantum *p. 264, 42,* quantum *l. 82. p. 264, 33. 265, 45. 68.*

I *personaliter*: **A** *respicitur notio nocendi, fere i. q. detrimento esse, nocere sim.* (*distinguitur ab* impedire ALC. AVIT. epist. 6 p. 34, 23 non -esse ... sed i.; *saepius iuxta syn.* nocere [*nota* n. atque (et) -esse CIC. Phil. 12, 7 off. 2, 12 APVL. Plat. 2, 10 LACT. ira 3, 1], officere; *opp.* prodesse *passim* [*e. g. p. 265, 35 sqq.*], usui esse *infra l. 61,* utilem esse NOVELL. Valent. 1, 3, 2): **1** *in universum*: **a** *usu vario*: *α -sunt res* (*cf. fortuna p. 264, 17*): Ⓘ *c. dat*: Ⓐ *animantium*: PLAVT. Amph. 893 id factum Amphitruoni -uit (Mil. 601 [*opp.* usuist]. Persa 832 Trin. 589. TER. Haut. 974 quod peccavi ego, id -esse huic. SEN. benef. 7, 20, 2 nihil ... cuiquam). TER. Hec. 735 (*loq. Bacchis*) timida sum ..., ne nomen mihi quaesti -siet (-stet *trad.*). ENN. scaen. 350 (*loq. Thyestes*) ne contagio mea bonis umbrave -sit. CIC. Mur. 21 utrique nostrum desiderium nihil -isset (AVG. mor. eccl. 1, 27, 53. *v. etiam l. 62, aliter l. 81*). har. resp. 38 an tibi luminis -esset caecitas plus quam libidinis? Planc. 23 id, quod tu huic -esse ... putas (*opp.* adiumento sit in honore. fin. 5, 28 q. sibi -sit. fam. 3, 10, 6 [*at antea*: fui impedimento]. SALL. [?] rep. 2, 3, 1 tibi. HOR. sat. 2, 6, 27 mi. AVG. civ. 15, 24 p. 113, 15 D.). 85 mihi meae *litterae* (Att. 11, 22, 1. LAMPR. Diad. 9, 2 puero ... apud milites). nat. deor. 1, 10 -est plerumque iis, qui discere volunt, auctoritas. off. 1, 42 ne -sit benignitas et iis ... et ceteris. Att. 1, 16, 11 illud nobis non -est, videri nostrum testimonium non valuisse. 11, 7, 6 vide, ne ... tibi -esse aliquid possit. LVCR. 5, 171 gaudere novis rebus debere videtur, cui veteres -sunt. OV. epist. 17, 130 (*loq. Leander*) cur mihi causa levis, ventus, -esse potest? met. 7, 562 -sunt auctoribus artes (Pont. 4, 14, 40 -uit a. nec fera lingua suo). 11, 320 gloria multis. trist. 4, 4, 39 aut timor aut error nobis, prius -uit error. SEN. benef. 7, 20, 2 quid hoc beneficium -est cuiquam ...? (FLOR. epit. 2, 13, 39 AVG. civ. 1, 11 p. 21, 21 D.). PETRON. 107, 12 nihil magis -esse iuvenibus, quam quod *eqs.* PORPH. Hor. epist. 2, 2, 41 Achillis iracundia quantum -uerit Graecis omnibus. VOPISC. Tac. 4, 8 mihi hoc ... -esse incipiat, quod (*coni.*) *eqs.* AVG. civ. 11, 17 p. 485, 4 D. MEROB. pros. frg. 1 B 16 multum. *al.* Ⓑ *rerum*: OV. rem. 714 iudicio ne ... -sit amor. trist. 1, 1, 43 carminibus metus. ACT. lud. saec. Sept. Sev. 1, 30 ⟨populi felicita⟩ti *luctus feminarum.* VLP. dig. 3, 2, 24 famae quaestum (CLAVD. DON. Aen. 1, 595 p. 116, 24 pulchritudo corporis). Ps. APVL. Ascl. 28 ut in hoc animae -sit aeternitas, quod (*coni.*) *eqs.* CLAVD. DON. Aen. 4, 265 p. 389, 4 curam -turam commodis.

Ⓘⓘ *absolute*: TER. Andr. 160 nihil -sint doli (CIC. ac. 2, 60 an in eo auctoritas n. -est? LACT. inst. 1, 18, 8 [*syn.* nocere]). Hec. 463 quidquid est id, quod ..., profuit .:: immo -uit. CIC. inv. 2, 161 iniuria et omnino omne, quod -turum est (CLAVD. DON. Aen. 5, 825 p. 522, 29. *cf.* CIC. Att. 7, 15, 2 quod metuo ne -sit [ab- *var. l.*]). ad Q. fr. 1, 3, 8 haec occultabis, ne quid -sint (VLP. dig. 2, 2, 1, 2 q. ... -uit conatus, cum *eqs. cf.* APVL. apol. 32 nihil ... tam innoxium dices, quin id possit aliquid aliqua -esse). OV. am. 1, 8, 36 verus *pudor* -esse solet (*opp.* prodest *pudor simulatus*). SEN. Herc. f. 1187 saepe vindicta -uit.

β -sunt animantes (*fere homines; dei l. 23. 38 [cf. p. 265, 66], fortuna l. 20. 39*): Ⓘ *c. dat.*: Ⓐ *animantium* (*res pro pers. l. 26*): PLAVT. Asin. 98 promitto tibi non -turum (*sc. me, vix impers.*), si id ... effeceris. ACC. trag. 110 quibus natura prava magis quam Fors aut Fortuna -uit (RHET. Her. 4, 19, 27 non multum. PVBLIL. F 18 f. -esse nulli contenta est semel). CIC. off. 2, 12 homines hominibus. Att. 8, 6, 3 nihil nobis. 11, 12, 2 ei ... apud te. LVCR. 6, 71 tibi numina ... -erunt ([*trad.* oderunt]. *de deis etiam*: Ps. APVL. Ascl. 37 quantis [*fortasse abl. instr.*] -esse scimus iratam *uxorem Osiridis.* CLAVD. DON. Aen. 7, 310 p. 50, 9 tractat, in quo -esse Troianis inferi possent). NEP. Dat. 7 non multum -esse multitudo hostium suae paucitati. SEN. dial. 4, 28, 5 fecit ..., non ut nobis -esset (*antea*: facere iniuriam). VLP. dig. 4, 3, 1 pr. aliis ... calliditate. 28, 2, 18 eis *sc. filiis patres* (*opp.* consulant). APVL. Plat. 2, 17 sibi (*syn.* nocet). CYPR. epist. 16, 2 magis lapsis -sunt *fideles. al.* Ⓑ *rerum* (*cf. l. 17*): VATIN. Cic. fam. 5, 9, 1 dignitati. OV. epist. 6, 100 titulo coniugis uxor *Medea* -est. CONST. Sirmond. 16 saluti (*opp.* libertati consuli). Ⓘⓘ *absolute*: ACC. trag. 310 quantum -ueris, si victus sies, considera. CIC. fam. 3, 10, 8 in ea re animum ostendere inimicum, in qua nihil -sis. PVBLIL. M 39 malus si -esse non potest, tamen cogitat. VERG. georg. 4, 89 deterior *ductor* ... ne prodigus -sit, dede neci. OV. epist. 4, 34 peius adulterio turpis adulter -est. trist. 4, 1, 25 -uit *Musa* ante (*opp.* nunc aequa). SEN. dial. 4, 27, 1 nec volunt -esse, nec possunt *dei*. Ps. VARRO sent. 18 si modo non magis -sit *fortuna* quam non noceat.

b *in rebus publicis*: RHET. Her. 4, 29, 40 -uit *consulum stultitia* ... plurimum rei publicae (CIC. leg. 3, 34 ista sententia. Att. 2, 1, 6 tantum. *al.*). CIC. inv. 1, 68 neque ... ipsi *maiores*, quod -esset, scribere volebant (*absolute ut*: Phil. 10, 17 ne illorum simulatio, horum -sit ignavia. leg. 3, 32 [*syn.* nocent]). leg. agr. 2, 90 Capua non modo non -uit, sed opportunissimam se nobis praebuit. Balb. 60 civitati (*opp.* proficit). SEN. Oed. 525 saepe vel linguā magis regi atque regno muta libertas -est. *al.*

c *in actionibus, controversiis, causis sim.*: *α -sunt res*: Ⓘ *c. dat.*: Ⓐ *animantium*: RHET. Her. 1, 4, 6 ne quid illa turpitudinis pars nobis -esse possit (SCHOL. Cic. Bob. p. 98, 5 -esse reo plurimum posse auctoritatem Cn. Pompei [*opp.* favere]. COD. Iust. 6, 42, 26 [*a. 294*] hoc ... nihil tibi). 4, 23, 33 id quod ... -turum sit contrario (de orat. 2, 296 q. -esset ei, pro quo diceres. APVL. apol. 79 palam). CIC. Verr. II 2, 168 tibi ... Siculorum ... testimonia. II 3, 112 si ... tabulae nihil tibi erant -turae (VLP. dig. 29, 2, 34, 1. 49, 1, 1, 3 [*bis*]. *v. etiam l. 52*). Cluent. 97 hoc -uit ei maxime (114 in ambitus iudiciis. VLP. dig. 48, 18, 1, 5. *v. etiam l. 52. 62*). Planc. 2 ne Cn. Plancio custodia meae salutis apud eos -sit. de orat. 2, 298 qui *orator* ... -esset ... ei, quem defenderet. LIV. 45, 20, 9 nova ... crimina plus -esse Rhodiis ... quam antiqua merita. PAPIN. dig. 31, 76, 3 falsam demonstrationem legatario non -esse (34, 9, 16, 2 CALL. dig. 49, 14, 2, 7 VLP. dig. 2, 11, 2, 9. 38, 2, 14, 4 hoc. MOD. dig. 44, 1, 10 CONSVLT. 9, 4. *al.*). TRYPH. dig. 49, 15, 12, 9 hostium iure manumissio -esse civi ... non potuit (SCHOL. Cic. Bob. p. 160, 36 innocenti -esse n. potest *cognitio.* COD. Iust. 1, 4, 7 [*a. 398*]. *al. cf.* COD. Iust. 2, 50, 5 [*a. 240*] nec ... -esse posse. *cf. l. 50*). VLP. dig. 15, 3, 3, 9 ne credulitas creditoris domino -esset vel calliditas servi noceret. 23, 2, 43, 12 notam illi -esse debere (38, 2, 14, 4 neque ... -esse debet [PAVL. dig. 26, 7, 53]. PAVL. dig. 2, 20, 2 nec ... -esse debere [APVL. apol. 90 nec id sibi -esse debere, quod (*coni.*) *eqs.*]. 34, 9, 5, 4 non debere -esse [COD. Theod. 4, 22, 6 = Iust. 3, 6, 3. COD. Iust. 7, 16, 1 *a. 214*]). SCHOL. Cic. Bob. p. 161, 29 vel maxime. COD. Greg. Visig. 12, 1 (= Iust. 4, 21, 1 [*a. 213*]) nec -erit tibi amissio instrumentorum (COD. Theod. 8, 15, 5, 2. COD. Iust. 7, 16, 41 nec ... id -esse, quod [*coni.*] *eqs.* 8, 13, 5 [*a. 212*]). COD. Iust. 2, 12, 14 (*a. 241*) minoribus ... aetas in damnis subvenire, non in rebus prospere gestis -esse consuevit. Ⓑ *rerum*: RHET. Her. 4, 15, 22 ea, quae -sunt causae adversariorum (CIC. Cluent. 98 hoc Bulbi iudicium non plus huic -esse c. debet quam *eqs.* SCHOL. Cic. Bob. p. 116, 26 nihil ... c. -uit ... decretum). PAPIN. dig. 35, 1, 72, 6 falsam causam legato non -esse. VLP. dig. 40, 5, 26, 1 quae res -esse libertati non debet. COD. Theod. 16, 5, 7, 1 neque actis -esse consueverit *ordo statutorum.* COD. Iust. 7, 2, 3 (*a. 207*) nihil ea res libertati -est (8, 53, 23 [*a. 294*] n. -esse potest. *cf. l. 79*). *al.*

Ⓘⓘ *absolute*: RHET. Her. 1, 9, 14 (*inde* CIC. inv. 1, 28) non modo

[Johann]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

id, quod -est, sed etiam id, quod neque -est, neque adiuvat. CIC. inv. 2, 107 ut quam minimum -uisse videatur *peccatum*. de orat. 2, 326 saepe -est *brevitas defendentis* vel maxime in narrando. SCAEV. dig. 22, 3, 29, 1 nec -sit professio (MOD. dig. 35, 1, 52 [*syn.* officiant, nocent]). PAVL. dig. 28, 5, 93, 1 falsus *modus institutioni* non solet -esse. COD. Greg. Visig. 7, 1 instrumenti scriptura non -erit (COD. Iust. 4, 21, 2 [*a. 223*]).

β -sunt animantes: RHET. Her. 2, 29, 46 sibi ipsi ⟨ob⟩est, qui adfert *simile vitiosum*. CIC. Cluent. 92 hoc ... Cluentio iudicium putatis -esse oportere? Planc. 31 pater ... etiam -esse filio debet (*ibid. iterum* apud talis viros. 32. VLP. dig. 2, 15, 10 minime). COD. Iust. 6, 39, 2 pr. (*a. 245*) eum, qui ..., libertatibus ... testamento datis -esse non posse.

d *in superstitione*: VARRO ling. 7, 97 pueri[li]s turpicula res in collo quaedam suspenditur, ne quid -sit. OV. epist. 8, 88 (*loq. Hermione*) quod ... mihi miserae sidus -esse querar?

2 *corporaliter*: CIC. Tusc. 1, 104 quid ... mihi ferarum laniatus -erit nihil sentienti? (LVCR. 5, 25 q. ... nobis ... hiatus ... leonis -esset ...? 5, 34 q. ... -esset *serpens* ...? [*antea*: officerent]). VARRO rust. 2, 2, 14 iam factis praegna[n]tibus *ovibus* ... -sunt (*del. Scaliger*) *arietes* (2, 7, 10 algor ... p. *equis* -est). VERG. georg. 1, 374 numquam imprudentibus (*var. l.* prud-) imber -uit (*cf.* LACT. Phoen. 76 concreta noto nubes ... submoveat radios solis et -sit avi). NVX 107 (*loq. nux foliis spoliata*) fructus -est (*syn.* nocet). SEN. epist. 85, 34 navigio ista (*de tempestate*) -sunt, non rectori eius, qua rector est (*syn.* nocet, deteriorem fieri; *distinguitur ab* impedit, obstitit). COLVM. 2, 2, 24 si maneant *non recisae radices vitium olearumque*, frugibus -sint (*cf.* arb. 5, 4 inarescunt *partes radicum resectae*, nec ultra vitibus -sunt). 2, 13, 3 -esse ... maxime solo virus ciceris et lini. 8, 4, 1 -est *frumentum* avibus (*antea*: non utiliter praebetur). CALP. ecl. 5, 91 -uit ... malis odor anguibus. PLIN. epist. 10, 99 intecta *aqua* salubritati -est. VEG. mil. 3, 6 p. 79, 23 ne aestate aquae penuria -sit euntibus. AVG. in epist. Ioh. 6, 8 si ... hoc petieris, quod tibi -est, et medicus novit, quia -est tibi.

II *i. q. testem vel adiutorem invocare (hic illic etiam notio precandi videtur accedere; invocantur res l. 33. 34. 36. 38)*: **A** *usu vario*: Carm. Macr. Sat. 3, 9, 11 Tellus mater, teque, Iuppiter, -or. Brvt. Cic. ad Brut. 1, 13, 1 oro atque obsecro te, Cicero, necessitudinem nostram tuamque in me benevolentiam -ans, . . . obliviscaris. Liv. 2, 10, 3 -ans . . . deum et hominum fidem testabatur . . . eos fugere (8, 33, 23. Apvl. met. 2, 24, 2 -ta fidem [fidẽ *virgula erasa F*]. *cf. supra l. 14*). Stat. Theb. 1, 558 praecipuum . . . Phoebi -emur honorem (*552* vocat . . . Phoebum). Tac. hist. 4, 46, 3 *milites anxii* modo Mucianum, modo absentem principem, postremo caelum ac deos -ari ([*sed Mucianus potius obsecratur, v. sub I*]. ann. 1, 21, 2. *cf.* 2, 65, 3 sacra regni, eiusdem familiae deos et hospitales mensas -antem. Apvl. met. 9, 42, 1 deum numen. Hier. epist. 22, 30, 5 deiurare coepi et nomen eius *dei* -ans dicere). ann. 13, 44, 2 famam perditam, pecuniam exhaustam -ans. *sensu pass.*: Avg. serm. 216, 6 -to nomine salvatoris (*antea*: adiurato). **B** *c. (acc. c.) inf.*: Stat. Theb. 1, 291 Stygia aequora . . . -or . . . nil fore *eqs.* Svet. Cal. 15, 4 clare -tus deos neque legisse neque attigisse quicquam. *cf. l. 55.* **C** *seq. enuntiatum primarium*: Clavd. rapt. Pros. 3, 57 (*loq. Iuppiter*) imperii molem pacemque profundam -or rerum . . .: sentiet *eqs.*

III *i. q. testem esse, affirmare, demonstrare*: **A** *-antur homines*: **1** *c. acc. c. inf. (fere omissa copula)*: Mancia or. frg. Val. Max. 6, 2, 8 -antem se . . . a te . . . trucidatum. Tac. hist. 3, 10, 4 se . . . moriturum. 4, 57, 1 non . . . turbatam . . . rem Romanam. ann. 12, 5, 3 summam . . . rem publicam agi. 14, 7, 2 adfore -ans vindictae properam *matrem.* Avr. Vict. Caes. 39, 13 cum . . . solem intuens -retur (*an ad II B, sc. 'solem'?*) ignarum cladis . . . se fuisse. Ambrosiast. in II Cor. 5, 12 veram praedicationem suam. 7, 4 superabundare se gaudio. Heges. 5, 34, 2 incolume templum futurum (*antea*: testificor; *gr. 6, 127 μαρτύρομαι*). Rvstic. Conc.^{S} I 4 p. 155, 21 futuras ex hoc eversiones -tus est urbium. **2** *c. acc. pron.*: Rvstic. Conc.^{S} I 4 p. 76, 27 haec (*sc. esse deum propugnatorem*) . . . saepius in conspectu dei . . . -ti sumus et vestram docuimus pietatem (*gr. I 1, 7 p. 76, 11 διεμαρτυράμεθα. cf. I 5 p. 373, 37* testati s.). **3** *c.* ut: Greg. Tvr. Franc. 9, 30 p. 449, 8 *Chariberthus aureos* basilicae sancti Martini remisit -ans, ut nullus de populo Turonico ullum tributum . . . redderit (*antea*: cum iuramento promisit, ut *eqs.*; spopondit).

B *-antur res*: Apvl. Socr. 15 p. 152 ut eae preces, quibus Genium et genua precantur, coniunctionem nostram nexumque videantur mihi -ari. CIL XI 6035, 12 quae *litterae* ... pr⟨a⟩esentium meri⟨toru⟩m beneficia -entur.

deriv.: obtestatio, obtestatus. *Claassen.*

παστὸς ἐπὶ νύμφης **obtestus** (obtextus *?*), coronatio, thalamus Gloss. II 399, 37. *ab* obtexere, *ut vid.*

obtexo, -uī (-īvī), -ere. *ab* ob *et* texere. *perf.* -ivit Theod. Mops. epit. in psalm. 32, 9 ad p. 150, 21/22. *legitur singulis locis apud* Verg., Stat., Frontin., *bis apud* Plin. nat., *frequentius inde ab* Ambr. [*falso trad. pro* obteg- Acc. trag. 257.]

1 *i. g. quasi texendo operire (accedit abl. passim,* in *c. abl.* Verec.; *subi. est tegmentum l. 81. 83. 84. al.*): Verg. Aen. 11, 611 fundunt . . . undique tela crebra nivis ritu caelumque -itur umbra (Ambr. Nab. 3, 12 p. 474, 15 agminis *avium* volatu. off. 2, 5, 21 p. 109^{A} nubibus [Hier. in Is. 50, 2/3 l. 38]. Hier. in Ioel 2, 1 p. 964^{C} *multitudo* locustarum -entium c. Heges. 2, 15, 7 iaculis. Ennod. opusc. 1, 65 p. 279, 2 si c. lancearum imber -ret. *cf.* Ambr. in Luc. 10, 42 p. 470, 18 nubes caelestis -unt mysterii claritatem. Clavd. 21, 258 iaculis -itur aer). Stat.

[Paschoud]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Ach. 1, 790 fretum ... velorum -itur umbra (CORIPP. Iust. 2, 157 *mens* non cedit tenebris, non ... -itur u. *cf. p. 282, 79*). AMBR. epist. 34, 7 p. 1076A sol ... nubibus (*cf. p. 282, 83*). in psalm. 35, 18, 2 *prophetae* quasi nubes mysteria divinae cognitionis -unt. *praevalente notione dissimulandi*: AMBR. inst. virg. 17, 109 p. 332A velamina ..., quibus culpa -itur, innocentia revelatur. in Luc. 6, 102 p. 277, 13 ut *diabolus* specie veritatis testimonium fraudis -at. VEREC. in cant. 4, 16 p. 63a 11 quanta in his ... mysteriorum -itur altitudo?

2 *i. q. (quasi) texendo proferre sive opponere, imponere sim. (accedit dat. l. 13. 18; adde fort. p. 269, 62 sq.)*: PLIN. nat. 2, 104 *elementorum pugna* per nubes caelum aliud -ens. 11, 65 *papilio* fila ... araneosa, quacumque incessit, alarum maxime e lanugine -it. FRONTIN. strat. 1, 1, 8 imperator ... profectioni suae census -uit Galliarum (*praetexendo, praetendendo ut*: AMBR. Cain et Ab. 1, 4, 14 p. 350, 1 *meretrix* absentiam viri, hoc est incuriam legis -ens. exc. Sat. 1, 77 l. 5 cum ... communis seriem deplorationis in metu pudoris -at. 2, 12 l. 12 horror vestis -itur, ut secreta ... tegantur. in Luc. 8, 78 p. 432, 11 hominum excusationes -entium avaritiae suae). ITALA III Esdr. 4, 31 (Ambr. epist. 37, 12 p. 1078A) blanditias -ret (*gr. κολακεύει, Vulg.* blanditur). AMBR. epist. 82, 4 cum ... invidiae plenas supplicationes, rescriptorum quoque obreptiones -rent *litigantes* (*obloquendo ut*: HEGES. 3, 2 p. 186, 16 haec et alia Petrus -ere). hex. 3, 14, 60 p. 101, 19 ut ... umbram -at *pampinus*. 3, 17, 71 p. 108, 8 cum ipsa tecta sint gelu *arva*, partus sui ... haut exiguam speciem viriditatis -unt. 4, 6, 26 p. 133, 17 navium maximae ... vela ... refulgentes velut columbarum volantium speciem eminus ponto videntur -ere. Tob. 14, 49 p. 546, 23 cur velamen -is? VEREC. in cant. 5, 5 p. 74 a 18 *dominus* carnalem nostrae vitae textum praecidit et spiritalem -it. THEOD. MOPS. epit. in psalm. 32, 9 ad p. 150, 24—26 causas -xivit *psalmista* (*sc. inserendo*).

deriv. : ? obtextus.

? **obtextus,** (-ūs) *v. p. 282, 71.* *Paschoud.*

obticentia, -ae *f. ab* obticere. *t. t. rhet. i. q.* ἀποσιώπησις: QVINT. inst. 9, 2, 54 ἀποσιώπησις, quam ... Cicero reticentiam, Celsus -am, nonnulli interruptionem appellant.

obticeo, -uī, -ēre. *ab* ob *et* tacere. *scribitur* opt- TER., QVINT., LACT. epit. *perfecti exempla hic afferuntur non nisi certiora, sc. notionis celandi vel silentii durantis (cf. adv.* paulisper *l. 45); cetera v. sub* obticesco. *de notione v. l. 50. 52.* GLOSS. -o: σιγῶ. σιωπῶ. -uit: omnino tacuit.

i. q. tacere vel tacendo celare: **1** *intransitive vel absolute*: TER. Eun. 820 virgo .. lacrimans -et (DON. *ad l.* 1 haec ... rixam significarent, nisi -ret. *cf. l. 49*). LACT. epit. 64, 5 cum de cultu eius dei, quem conditorem ... fatebatur, -uit *Plato*. CONSVLT. Zacch. 1, 13 p. 16, 10 ut aut non visi respondeant aut, si videntur, -ant *spiritus evocati*. BOETH. cons. 2, 1, 1 W. post haec paulisper -uit. *de aposiopesi* (*cf.* obticentia): QVINT. inst. 9, 3, 61 (*ad verba* 'quo die Antonius Caesari') non ... -uit: lusit, quia nihil aliud intellegi poterat quam hoc: diadema imposuit. **2** *transitive*: LACT. ira 4, 13 cetera, quae sequuntur, -uit. DON. Ter. Eun. 820, 2 (*v. l. 41*) tacemus consilia ..., reticemus dolores ..., -emus, quorum nos pudet (*affert Phorm. 991* quid ... -es [*Ter. cod. A* obstipuisti, *cod. P* obticuisti]. *cf.* SCHOL. Ter. Bemb. Haut. 85 'ne retice': reticemus dolentia, -emus pudenda, tacemus secreta). CASSIOD. Ios. antiq. 16, 183 cuius *monimenti* ... meminit, sed descensum regis -uit (*cf. gr.* τούτου ... μέμνηται ..., οὐ μήν, ὅτι ... κατῆλθεν). MYTIAN. Chrysost. hom. 3, 3 p. 255/6 nomen legis -uit (*gr.* ἐσιώπησεν).

deriv.: obticentia.

obticēsco, -uī, -ere. *ab* ob *et* tacere, *cf.* conticescere, obmutescere. *scribitur* opt- PLAVT., TER., ANTH. *perf. praeter l. 60. 61. 77.* NOT. Tir. 54, 57 -it. 54, 56 -uit. *de notione cf. l. 83.* SYNON. Cic. p. 445, 14 -uit. obduruit. ... obstipuit. obmutuit. GLOSS. -it: obmutescit. -uit: obmutuit. mortuus est, obiit. [*var. l. pro* obstipuisti TER. Phorm. 991 *v. l. 51; pro* os tacuit OV. met. 14, 523.]

i. q. conticescere, obmutescere (-unt res l. 70. 75. 77; adv. repente *l. 69)*: PLAVT. Bacch. 62 quid, amabo, -isti? (TER. Haut. 938 q. -isti?). HOR. ars 284 chorus *comoediae* ... -uit sublato iure nocendi. VAL. MAX. 4, 8, 5 gaudio homines perculsi ... -erunt (*cf.* GELL. 8, 9 capit. quod Theophrastus ... deturbatus verecundia -uerit. IVST. 32, 2, 3 turba querelarum confusus adulescens repente -uit). MART. 10, 17, 4 carmina poscit et queritur nugas -isse meas. GELL. 1, 2, 13 his ille auditis ... -uit (ARNOB. nat. 4, 21 crepitaculis -uit a. *infans*). SER. SAMM. 259 causis confectus agendis -uit *Hortensius*, cum vox ... periret (*item per morbum*: Ps. APVL. herb. 93 l. 39 [= herb. tit. morb. l. 70] si mulier -uerit [*v. Lorenz, ArchGeschMed. 38, 1954, 20 sqq.*]). ANTH. 452, 15 vos (*i. susurros aurium*) -isse queror. CLAVD. 15, 128 sic fata refusis -uit lacrimis. AVG. epist. 159, 4 ad hoc iste non inveniens, quid responderet, -uit. serm. 361, 19, 18 -ant ... linguae dicentium *eqs.*

cf. obticuo.

? **obticuo,** -ere. *cf. perf.* obticui *et praes.* conticuo (*v. Heraeus, Kl. Schr. 128*), *nisi perf. vocis q. e.* obticescere *intellegendum* (*sec. Verg. Aen. 2, 1* conticuere). DIFF. gramm. suppl. 286, 14 inter conticuere, -ere, reticuere hoc interest, quod, qui conticuit, undique silentium praestitit (*affertur Verg. Aen. 3, 718*) ...; -uit, qui nullam spem loquendi reliquit, reticuit, qui silentio responsa finivit (*sim.* DIFF. ed. Beck p. 46, 30 ISID. diff. app. 215)

obtigo *v.* obtego. *W.*

obtinentia, -ae *f. ab* obtinere, *cf.* abstinentia *sim.* PRISC. gramm. III 274, 13 *accusativo sociantur* quae per -am (op- *pars codd.*), id est κατὰ ἐπικράτειαν dicuntur: habeo *eqs.* GLOSS. II 588, 18 -a: violentia. *cf. et p. 290, 2.*

***obtineo,** -uī, -tentum, -ēre. *ab* ob *et* tenere. *de scriptura*: ob- *passim, in titulis non nisi* CIL I² 749, 5 (*?*). XII 2089, 9, *cf. in papyro* EDICT. de temp. accus. (Bruns, Fontes⁷ 78) 1, 15; obs- *saepius* (*e. g.* TRAG. inc. 215. CVRT. 9, 4, 2 *P*); op- *passim, ubique in tit. praeter l. 9 inde ab* ELOG. Scip. (CIL I² 15) 7; os- *v. p. 289, 82.* -ten- *hic illic in codd., in tit.* ELOG. Scip. (*v. l. 12*). TAB. Trag. (CIL III p. 961) 9 CIL XII 2089, 9. 2091, 6. *de formis: perf.* -tinerunt LIB. geneal. chron. p. 188, 508 *cod. L.* *?* -tus *pro depon.*: VEN. FORT. vita Germ. 30, 87 (*v. Norberg, Synt. Forsch. 156*). *inf. pass.* -erier PLAVT. Men. 913. *supinum* -tu LACT. inst. 6, 6, 8. *? formae heteroclit. in* -ire *hic illic in codd., e. g.* VVLG. num. 13, 31 GREG. TVR. Franc. 1 praef. p. 3, 21. NOT. Tir. 6, 58 ob(tinet). *de notione* (*v. p. 289, 82*): SYNON. Cic. p. 440, 3 pervicit ... possedit. -uit. effecit. GLOSS. -o: διακατέχω. ἐπικρατῶ. κατέχω. -e: serva. GLOSS.L II Philox. OP 31 -uit: ἐκράτησεν. *legitur inde a* PLAVTO, TER.; *deest compluribus poetis, e. g.* CATVLLO, *poetis aet. Aug.*, MART. [*confunditur in codd. c.* tenere PVBLIL. B 27 LIV. 39, 3, 2. *al.*, abstinere *e. g.* PLIN. epist. 8, 14, 24, continere PLIN. nat. 36, 109, opponere QVINT. inst. 3, 6, 9. *al.* (*falso* -bat AMM. 15, 8, 3). *falso trad.*: TRAG. inc. 18. *loco corrupto vel mutilo*: AFRAN. com. 36 CIC. top. 44 BELL. Hisp. 17, 2. *al. coni. dub.*: CATO or. frg. 11, 1.]

CAPVT PRIVS: **c. *vi tenendi*** *fere i. q. occupatum tenere vel occupare* (*syn.* occupare *l. 58. al. [distinguitur p. 285, 9. 71, item* capere *p. 285, 9], iuxta* habere *l. 46. p. 286, 23,* retinere *p. 285, 40. 286, 31. 32. 46, explicatur per* tenere *p. 289, 12*).

I *c. obi. acc.* (*nom. in struct. pass.*): **A** *de actione manu tenendi* (*cf. p. 287, 35. 288, 2*): PLAVT. Cas. 641 -e auris, amabo (*ancilla ad senem*). *in imagine* (*cf.* imperium -ere *p. 286, 44*): VAL. MAX. 9, 15, 5 gubernacula ... imperii iustiore principe -ente. SEN. Herc. f. 342 rapta ... trepida manu sceptra -entur.

B *de locis possidendis, occupandis* (*transfertur ad tempus p. 285, 60*): **1** *usu militari*: **a** *praevalente vi retinendi*: PLAVT Amph. 241 quisque ... -et ... ordinem (*de militibus ex acie non cedentibus ut*: BELL. Afr. 31, 2 locum [LIV. 2, 65, 5 PLIN. nat. 16, 12]. LIV. 2, 10, 10 cum ... obstinatus ... pontem -ret *Cocles*). CAES. civ. 1, 25, 3 -endi Brundisii causa. POMP. Cic. Att. 8, 12 C, 3 aut exercitum firmum habere ... aut regiones ... -ere, e quibus repugnemus (LIV. 21, 23, 3 praesidium -endae r. *al.*). BELL. Alex. 30, 3 vici -endi. LIV. 26, 20, 1 provinciam (FLOR. epit. 4, 12, 29). TAC. hist. 2, 82, 3 claustra Aegypti (*item* SVET. Vesp. 7, 1. *cf.* TAC. hist. 3, 8, 2 quando Aegyptus, claustra annonae, vectigalia ... -rentur). *al.* *indicatur, qua re*: CIC. Pis. 38 provinciam cum exercitu (fam. 1, 9, 2 LIV. 28, 10, 12. *al.*). CAES. Gall. 7, 19, 2 certis custodiis (*om. rec. α*). 7, 83, 3 *castra* cum duabus legionibus (LIV. 27, 22, 4. *al. cf.* CAES. civ. 1, 38, 1 duabus legionibus [*item c. abl. nudo*: LIV. 24, 11, 2. *al.*]). LIV. 1, 6, 1 arcem praesidio armisque (5, 28, 6. *al. cf.* 29, 13, 6 cum vetere ... p. [40, 34, 14 FRONTIN. strat. 3, 3, 1]). 21, 26, 6 ripam ... armis (30, 19, 3. *al. v. l. 55*). *al.* **b** *praevalente vi occupandi*: BELL. Alex. 19, 2 his -tis *pontibus* (*cf. antea*: adgreditur). VELL. 1, 4, 4 *Iones* occupavere insulas ...; et mox Aeolii ... non minus inlustres -uerunt locos (ITALA II Macc. 10, 17 [rec. L *al.*, *sim.* VVLG.; *gr.* ἐγκρατεῖς ἐγένοντο]. RVF. FEST. 14). TAC. Agr. 23 quarta aestas -endis, quae percurrerat *Agricola*, insumpta. hist. 5, 3, 2 pulsis cultoribus -uere terras (VVLG. num. 13, 31 possideamus terram, quoniam poterimus -ere eam). ITALA num. 32, 41 villas (*gr.* ἔλαβεν, *Vulg.* occupavit) I Macc. 1, 2 (rec. B, *cf.* VVLG.) civitates (*gr.* ἐκράτησεν. *al. cf.* CASSIOD. hist. 5, 45, 3 eam *urbem* nequaquam valuit -ere [*Theodoret. 2, 30, 4* ἑλεῖν]). 11, 56 (rec. L *al.* = VVLG.) Antiochiam ([*gr.* κατεκράτησεν]. VOPISC. Aurelian. 25, 1 brevi ... certamine). *al.*

2 *in administranda provincia, terra* (*addi possunt quaedam p. 286, 37 sqq. allata*): **a** *de magistratibus Romanis*: S. C. de Asclep. (CIL I² 588) 10 quei Asiam Macedoniam provincias -ent ([*gr. 30* διακατέχουσιν]. CIC. Verr. I 27. *al.* CIL I² 749, 5 [*post 64 a. Chr.*]. CAES. Gall. 1, 35, 4. *et saepe; in abl. abs.*: CIC. Att. 5, 21, 5 me -ente p. 6, 1, 2. *al. aliter p. 286, 41*). CIC. Verr. II 2, 22 Erycum montem. Vatin. 25 Macedoniam (Phil. 10, 24. *al.*). Cael. 10 Africam (Lig. 3 VAL. MAX. 5, 2 ext. 4. *al.*). Planc. 95 *Sicilia* -batur a C. Vergilio (CAES. civ. 1, 30, 2 Sardiniam -bat M. Cotta, Siciliam M. Cato; Africam sorte Tubero -ere debebat. *al.*). Phil. 5, 5 *Galliam* (ASCON. Pis. p. 11, 22. *al.*). *al.* **b** *de aliis regentibus*: BELL. Alex. 35, 1 quam *Armeniam* paterno nomine iure -ere deberet *Pharnaces*. NEP. Dion 5, 6 Siciliam Dion -ret, Italiam Dionysius, Syracusas Apollocrates. Eum. 7, 1 Persidem. CVRT. 6, 6, 13 quam *regionem* antea -uerat *Satibarzanes* (FIRM. math. 4, 12, 7. *al.*). 9, 1, 27 oppidum ... ab ipso Sopithe -batur. *al.* **c** *accedit abl.* imperio (cum i.): CIC. Verr. II 5, 46 in

[Lebek]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

provincia, quam tu cum i. -bas (Sest. 128 fam. 1, 9, 13. Vell. 2, 125, 5 Hispanias exercitumque). Flacc. 85 consulari i. (Phil. 11, 5). Liv. 30, 1, 7 prorogato i. (42, 4, 2). Val. Max. 6, 9, 7 proconsulari i. (8, 1 amb. 2).

3 *incolendo*: Caes. Gall. 1, 1, 5 (*interpol.?*) quam *partem Galliae* Gallos -ere dictum est ([*1, 1, 1* incolunt]. Tac. Germ. 38, 1 p. Germaniae). 4, 19, 3 quas *regiones* Suebi -rent. civ. 3, 29, 1 Lissum *oppidum*. Liv. 38, 16, 3 oram Propontidis. Vell. 1, 3, 1 Achaei ... eas occupavere sedes, quas nunc -ent (Cvrt. 9, 4, 2 *maiores* cepisse s., quam ipsi -bant. *al.*). Lvcan. 6, 512 *Erictho* busta incolit et tumulos expulsis -et umbris (Plin. nat. 16, 3 t. -ent altos *Chauci*. *cf.* 6, 74 montanos -ent colles). Plin. nat. 4, 41 aversa eius *Haemi* ... -ent *Moesi* (6, 48 a. montis). *al.*

4 *quolibet modo*: **a** *proprie* (*per comparationem l. 41. 43. 60*): *α per possessionem*: Cic. Phil. 2, 48 suam ... quisque domum ... -bant. Val. Max. 4, 1, 10 quod -bat (*antea*: orbis partem possidenti). Tac. hist. 4, 74, 4 pacem et urbem (*cf.* Itala gen. 22, 17 [Aug. serm. 2, 8 l. 208] civitates [*gr.* κληρονομήσει, *Vulg.* possidebit]). ann. 13, 34, 2 de -enda Armenia (15, 24, 1). Scaev. dig. 36, 1, 80, 13 fundos. Papin. dig. 41, 3, 45 pr. loca. Clavd. Don. Aen. 1, 555 p. 110, 27 Italiam filio -ere. *al.* *de mortuo sepulchrum -ente* (*vergit ad l. 48 sqq.*): CE 67, 2 (= CIL I² 1218) locum hoc unum -ui mihi. Val. Max. 1, 8, 10 (*verba ambigua Pythiae*) Euboeae coela -bis (*postea*: locum sepultura possedit, *cf. Lucan. 5, 196* tenebis). Plin. nat. 2, 175 quam tandem portionem eius *terrae* defunctus -eat.

β per positionem sim. (*notabiliora selecta*): Cic. Arat. frg. 26, 3 Capra ... umerum *Aurigae* ... -et (*item de stellis*: rep. 6, 17 mediam ... regionem sol -et [Colvm. 11, 3, 8 ultimas partes Virginis. *al.*]. Manil. 3, 62 *astra* quasi ... mundi praecordia ... -eant. *al.*). nat. deor. 2, 140 oculi ... altissimum locum *corporis* -ent (*item de part. corp.*: Scrib. Larg. praef. 15 summum ... et quasi primum locum ... -et *caput*. Physiogn. 81 p. 109, 14 medietatem oculi debere pupillam -ere). Caes. civ. 1, 56, 4 (3) *naves* ad insulam ... stationes -bant (Bell. Alex. 19, 3). 1, 83, 1 tertium in subsidiis locum alariae cohortes -bant (*item de collocatione aciei*: Liv. 27, 14, 5 primam ... frontem. Tac. hist. 2, 24, 3 aggerem ... tres ... cohortes ... -bant. *al.* Veg. mil. 2, 15 sinistrum ... cornum. *al.*). Pavl. Fest. p. 221 paginae dictae, quod in libris suam quaeque -eant regionem ut pagi (*item in libris*: Val. Max. 5, 2 praef. priorem ... locum. 5, 2, 10 separatum locum). *al.* *addas* iter (*sim.*) -ere: Cic. de orat. 1, 153 (*in imag.*) ut ... retinet ... navis motum et cursum suum ..., sic ... parem ... -et oratio reliqua cursum. Stat. Theb. 10, 687 i. ad muros cursu ... -et. Itala (= Vvlg.) Sirach 28, 26 perseverantia illius *linguae nequam* ... -bit vias iniustorum (*gr. deest; item in imag.*: Hil. in Matth. 6, 3 hanc *v.* plures -ent [*cf. Vulg. Matth. 7, 13* intrant per eam]). *-entur partes corp.*: Vvlg. Iudith 6, 5 pallor, qui faciem tuam -uit. Oribas. syn. 6, 23, 5 frigos ... corporis -it partes (*gr.* ἐπικρατοῦσιν).

γ per extentionem: Cic. orat. 221 haec ... maxumam partem orationis -ent (Varro rust. 2, 1, 8 sextam p. Bell. Alex. 28, 3 p. castrorum). Lvcr. 3, 989 qui non sola novem dispessis iugera membris -eat *Tityos*. Liv. 5, 37, 5 *Galli* agmine inmensum -entes loci (35, 27, 15 quinque milia passuum. *cf.* Cvrt. 6, 1, 12 spatium, quod acies ... -uerat). 5, 54, 5 Etruria ... latitudinem -ens Italiae. 22, 2, 8 omnia -entibus aquis (Vvlg. gen. 7, 24 *p. 289, 23*). Manil. 1, 540 quantum convexo mundus Olympo -eat spatium (*item de caelestibus*: Sen. dial. 8, 5, 6 tantundem loci. *al.*). Sen. nat. 6, 16, 4 quin ... caeca sub terra spatia aer latus -eat (Colvm. 1, 4, 10 medios ... colles. Hippocr. aer. 15 regionem [*gr.* κατέχει]). Colvm. 3, 13, 13 quantum ... sulcus longitudinis ... -et. Plin. nat. 16, 202 longitudo *navis* spatium -uit ... portus. *al.* *per comparationem de tempore expleto*: Liv. 29, 27, 7 noctem ... caligo -uit (Ps. Soran. quaest. med. 129 totam n. [*item de febri*: 130 t. n. et futurum diem et partem noctis. *cf.* 128 partem ... noctis]). Iren. 4, 25, 1 (= 4, 39 H.) circumcisio ... et lex ... media -uerunt tempora.

b *in imagine et translate* (*aut de statu, condicione aut de gradu*): *α exempla varia*: locum: Plavt. Persa 61 hunc quaestum (*cf. p. 286, 27*) -o et maiorum l. Cic. Quinct. 43 ne l. suum, quem ... defendit, -eat (Vlp. dig. 50, 2, 2 pr. Amm. 25, 10, 9). Verr. II 2, 108 eum l. *familiaritatis*. Phil. 2, 71 apud ... Caesarem. Sall. (?) in Tull. 7 in hac civitate. Nep. Eum. 13, 1 apud Alexandrum. Val. Max. 4, 1 ext. 5 ne, quem in tutela patriae bonus civis l. -ret, malus ... occuparet. Sen. epist. 65, 24 quem in hoc mundo l. deus -et, hunc in homine animus. *al.* *alia* (*cf. l. 41. 43. 60*): CE 56, 4 (*saec. I med. a. Chr.*) annos veiginti -ui domum omnem (*sc. ut mater familias*). Plin. paneg. 55, 7 sedem ... principis. Hier. in Ier. 4, 43, 5 solium eius *David*. Praedest. 1, 43 p. 600C cathedram episcopatus. *β locutiones, quibus gradus significatur*: Cic. de orat. 3, 224 maximam ... partem vox -et (fin. 5, 91 virtus. Plin. nat. 18, 192). Brut. 238 *Macer* in privatis *causis* inlustriorem -bat locum (fin. 3, 52 ea, quae secundum l. -ent. Caes. Gall. 1, 7, 3 principem [-pum *var. l.*] l. Pavl. Fest. p. 235 quintum. Sen. benef. 1, 11, 2 primum. *et saepe*). fam. 1, 7, 9 summum atque altissimum gradum civitatis (Val. Max. 3, 5, 4 summum auctoritatis atque eloquentiae g. 6, 9, 5 excelsum. *al.*). Val. Max. 5, 6, 2 principatum gloriae (Plin. nat. 9, 68 p. in his *arboribus* -ent *salices*. *al.*). Sen. clem. 1, 21, 2 ⟨par⟩ fastigium -uisse. Plin. nat. 14, 66 quartum curriculum ... -uere ... Mamertina *vina*. *al.* *γ locutiones, quibus significatur, cuius locum quis (quid) teneat*: Rhet. Her. 4, 1, 2 exemplа testimoniorum locum -ent (Cic. dom. 86 *exilium mihi* maledicti l. aut criminis -bit? Tusc. 4, 36 *dictum* ita pervulgatum ..., ut iam proverbii l. -ret. Caes. civ. 3, 66, 5 castra ... arcis l. -bant. Bell. Afr. 27, 1 quae *acies* quasi adversariorum l. -ret. Nep. Att. 6, 4 cum apud eum legati l. -ere posset. *et saepe*). Cic. Quinct. 8 *Hortensius* ⟨in⟩ hoc iudicio partis accusatoris -et (Gaivs dig. 29, 3, 11 Inst. Iust. 4, 6, 2. *cf.* Val. Max. 4, 3, 9 portionem). Tusc. 1, 40 terram ... quasi puncti instar -ere ([*inde sim.* Amm. 15, 1, 4. *cf.* Boeth. cons. 2, 7, 3 W. puncti ... rationem]. Plin. nat. 36, 97 Ivlian. dig. 39, 6, 17. *al.*). nat. deor. 3, 51 si luna dea est, ... etiam ... ceterae ... errantes numerum deorum -ent (off. 2, 43 Varro rust. 2, 9, 7. Cod. Iust. 2, 7, 26 pr. *a. 524*). Pavl. Fest. p. 156 mensae ... ararum vicem -bant (Cvrt. 8, 8, 15 quod falso creditum est, veri v. -et. Colvm. 2, 18, 1 Plin. nat. 25, 80. 32, 97. Qvint. inst. 11, 3, 87 non in demonstrandis locis ... *manus* pronominum -ent v.? *al.*).

C *de variis habendis, capiendis* (*maxime transl.*): **1** *praevalente vi habendi* (*sc. vi durativa*): **a** *varia ratione*: *α -eri dicuntur res*: Ⓘ *pro subi. ponuntur (vel intelleguntur) animantes*: Ⓐ *-entur variae res*: Plavt. Asin. 320 firmitudinem animi. Cist. 49 semper ... istam, quam nunc habes, aetatulam -bis. 81 rem suam (Cic. top. 9. *cf.* S. Rosc. 6 patrimonium. Verr. II 2, 30 bona. fam. 4, 7, 3 fortunas. *sim. al.*). Epid. 634 satin ego oculis utilitatem -o ...? videon ...? Most. 789 antiquom -es hoc tuom, tardus ut sis (Ter. Andr. 817). Persa 54 veterem ... quaestum maiorum ... servo atque -o (*cf. p. 285, 66*). Ter. Ad. 814 gloriam (*cf.* Elog. Scip. [CIL I² 15] maiorum -ui laudem. Liv. 27, 14, 2 decus. 38, 17, 19 famam [*al.*]. Qvint. inst. 10, 5, 18 opinionem). Cic. Quinct. 75 ut, si veritatem volent retinere, gravitatem possint -ere (*al. cf.* S. Rosc. 139 quam *auctoritatem* si retinere volunt, qui reciperarunt, in perpetuum poterunt -ere). Phil. 10, 6 amplissimi honoris nomen -bis (de orat. 2, 38 Caes. civ. 3, 71, 3. *al.*). fam. 4, 13, 2 -emus ... Caesaris ... erga nos humanitatem. Cvrt. 10, 6, 8 victoriam partam. *et saepe*. *obi. est inf. pro subst.*: Avg. c. Secundin. 9 ut ... ipsum ... summe esse ... permansione inviolabili -eat *filius dei*. Ⓑ *-etur potestas sim.* (*quaedam vix distingui possunt ab usu p. 284, 69 allato, maxime l. 39*): Plavt. Men. 728 dum regnum -bit Iuppiter (Cic. Verr. II 4, 61 off. 3, 84 fam. 15, 4, 6. Caes. Gall. 1, 3, 4 in Sequanis. *al.* Sall. Iug. 5, 6. *al.*). Lex repetund. (CIL I² 583) 69 ⟨quei aerarium pro⟩vinciam -bit (*item* Lex agr. [CIL I² 585] 46 Lex Corn. de XX quaest. [CIL I² 587] 1, 1. 3. *aliter p. 284, 71*). Cic. Verr. II 5, 35 quaesturam. 5, 134 summum imperium (rep. 2, 23 *opp.* deponendum. Caes. Gall. 1, 3, 6 civitatis. *al.* Nep. Milt. 2, 3 perpetuum. Liv. 3, 36, 9 possessum semel. 9, 34, 1 *syn.* retenta. *al.*). de orat. 1, 186 -endae atque augendae potentiae (rep. 2, 56). Caes. Gall. 1, 3, 5 principatum (1, 17, 3. *al.*). 7, 32, 3 regiam potestatem (Hier. in Ier. 4, 43, 6). 7, 33, 2 magistratum (Nep. Pel. 3, 2). Nep. Milt. 8, 3 perpetuam -uerat dominationem. Liv. 9, 29, 8 censuram (Vir. ill. 34, 8). Tac. hist. 1, 46, 1 curam *praefecturae* (*cf.* 3, 75, 1 praefecturam [ann. 6, 42, 4]). *al.* Ⓒ *-etur ius, sententia sim.*: Plavt. Cas. 190 nec mihi ius meum -endi optio est (192 suom [Cic. Verr. II 1, 65. *al.*]. Cic. Quinct. 34 nostrum [*al.*]. Caecin. 10 certum. *al.*). Rhet. Her. 2, 31, 50 causam (Cic. Tull. 45. Caecin. 38 apud vos -bit c. suam [Hirt. Gall. 8, 52, 3. *al.*]. fin. 4, 56. *al.* Liv. 39, 3, 2 [tenuerunt *var. l.*]. Qvint. decl. 313 p. 230, 1 victori -entique c. *al.*). Cic. Quinct. 75 ad -endum mendacium (*cf.* Phil. 2, 3 *iniuriam* [Liv. 29, 1, 17]). Q. Rosc. 10 ut totam litem aut -eamus aut amittamus. Verr. II 3, 168 quod dicimus (*cf.* fin. 4, 78 sententias [Tusc. 1, 26]. ac. 2, 18 *definitionem. sim. al.*). *al.* Ⓓ *-etur propositum, lex sim.*: Cic. Verr. II 3, 81 *Sullae* res gestas non solum -emus, verum etiam ... defendimus. orat. 110 in eisdem causis perpetuum et eundem spiritum ... -bis? Tusc. 5, 118 lex, quae in ... conviviis -etur (Itala Ier. 2, 8 [Rufin. Greg. Naz. orat. 1, 68, 1; *gr.* ἀντεχόμενοι, *Vulg.* tenentes]). Liv. 1, 16, 2 silentium (9, 38, 14 obstinatum s.). Val. Max. 2, 7, 15 more -endo defendendoque (*cf.* Colvm. 1, 8, 12 illa vetera, sed optimi moris. 1, 8, 20 bene moratam disciplinam). Sen. dial. 8, 1, 1 quod semel placuit (Epist. pontif. 292 Migne 20, 487A propositum, q. s. p.). *al.*

Ⓘ *pro subi. ponuntur res*: Cic. inv. 1, 3 quae *consuetudo* ... iam naturae vim -ret (1, 66 v. suam. nat. deor. 1, 36 Sen. epist. 94, 40. *al. cf.* Val. Max. 6, 5, 6 tantum virium). Arch. 9 *tabulae Metelli* -ent publicarum tabularum auctoritatem. ac. 2, 24 nomen (Tusc. 5, 22 Val. Max. 1, 8, 10. *al.*). Varro ling. 10, 19 suam -et rationem *analogia*. Pvblil. B 27 proprium splendorem (Vitr. 7, 3, 8 Val. Max. 2, 2, 8). Pavl. Fest. p. 260 significationem (Boeth. in Porph. comm. sec. 1, 5 p. 149, 20). Val. Max. 9, 11 ext. 4 sidera suum vigorem -uerunt. Colvm. 3, 13, 13 quam *stellam* diximus Graecae litterae faciem -ere (*cf.* 4, 21, 2 figuram. Arnob. nat. 3, 16 formas ... portare atque -ere). *al.* *c. respectu continendi*: Colvm. 3, 18, 4 ea pars *malleoli* ... tres gemmas vel quattuor -et (*item corp.*: Sol. 5, 3 *Pelorias* tres lacus -et. Prvd. perist. 11, 146 nec iam ... quidquam de corpore *martyris* silva -et). Hil. syn. 32 ut ... nominis triplex nuncupatio -ret ... unionem (trin. 1, 27). trin. 6, 23 pronomina ... -ent in se

[Lebek]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

nominum virtutem (COMPVT. Carth. 2, 10 ACT. Archel. 58, 1). RVSTIC. c. aceph. p. 1185A (*antea*: contineant).

β -eri dicuntur animantes: PLAVT. Stich. 455 confido ... me meum -turum regem ridiculis meis (*subi. hom. ut*: VOPISC. Aurelian. 43, 4 amovet .., quos debeat -ere. COD. Iust. 8, 47, 5 [*a. 291*] privignum ... in vicem subolis [*postea*: habere]. PRIMAS. in apoc. p. 823A servum ... -et iuramento). SALL. Iug. 17, 7 quae *fama* plerosque -et. ITALA gen. 47, 20 (Rufin. Orig. in gen. 16, 3 p. 138, 19) -uit eos fames ([*gr. ἐκράτησεν, Vulg. aliter*]. RVFIN. hist. 2, 8, 1 *gr. πιέσαντος. al.*). HIL. in Matth. 16, 3 error. HIER. in Ier. 4, 25, 1 *ignominia*. 6, 3, 2 terror. psalt. sec. Hebr. 119, 53 horror (*Vulg.* tenuit). AVG. civ. 15, 16 p. 91, 21 D. *necessitudines*. HIPPOCR. aer. 2 aegritudines ... civitatem -bunt (*gr. κατασχήσειν. cf.* GREG. TVR. glor. conf. 34 uxor ... valetudine -ta. ANTHIM. 77 causa). RVSTIC. Conc.S I 4 p. 55, 22 fides (*gr. I 1, 7 p. 69, 11 ἐπικρατοῦσα, cf. I 5 p. 362, 22* moderans). BOETH. mus. 1, 1 p. 184, 6 *musica*. *accedit acc. praedic.*: LIV. 8, 13, 13 quo ... modo ... pace quietos -eamus *Latinos*. PELAG. in Rom. 2, 21 *ut lex te* reum ut suum contemptorem -eat ([teneat *var. l.*]. AVG. c. Petil. 2, 29, 66 [*verba Petiliani*] reus ... falsarius -etur). PASS. Barth. 5 p. 139, 15 daemonem religatum -o (*gr. 139, 3 κρατεῖται δεδεμένος*).

b *dominando, regendo sim.* (*cf. p. 284, 69*): *α res*: CIC. de orat. 1, 45 *Academiam* Charmadas et Clitomachus ... -bant. LIV. 8, 15, 1 cum omnia non opes magis Romanae quam ... gratia bona pace -ret (25, 30, 3 armis [30, 29, 1]). 25, 15, 20 ad -endas res (ITALA II Macc. 4, 50 *v. p. 289, 12*). AT. CAP. Gell. 13, 12, 2 rem publicam (INTERLOC. praef. vig. [CIL VI 266] 15 CAPITOL. Pert. 7, 4. *al.*). ITALA prov. 17, 2 (Ps. Aug. spec. 92 p. 609, 10) servus prudens -bit dominorum imprudentiam (*gr. κρατήσει, Vulg.* dominabitur). *β homines*: BELL. Alex. 58, 2 quas *legiones* M. Varro -uerat (TAC. hist. 1, 10, 1. *cf.* LIV. 24, 8, 15 classem [27, 22, 9]. 24, 21, 4 exercitum [27, 7, 10. *al.*]. TAC. hist. 1, 11, 1 Aegyptum copiasque ... equites Romani -ent loco regum). SEN. dial. 5, 16, 3 *Dareus* primus post ablatum magо imperium Persas ... -uit. CVRT. 10, 10, 4 gentes. AVSON. 297, 3 p. 150 P. -uit multos dominandi iure colonos. HIER. in Ier. 4, 21, 4 populum ... regis manibus -endum. PSALT. Rom. 48, 15 -bunt eos (*gr. κατακυριεύσουσιν, Vulg.* dominabuntur, *Hier. psalt. sec. Hebr.* subicient).

2 *praevalente vi superandi*: **a** *superantur res*: PLAVT. Men. 913 non potest haec res (*i. insania*) ellebori iungere (*v. app. crit.*) -erier (*item sanando*: PELAGON. 208 *syn.* sanabitur. DIDASC. apost. 64, 10 -et infirmitatem et sanat eum. Ps. APVL. herb. 40 l. 5 [rec. *β*] *medicamen* sanguinem -et et dolorem mitigat. 130 l. 12 violentias *basiliscorum*). MESSALLA ausp. frg. Gell. 13, 15, 4 *censores* vitiant et -ent *auspicia* (*antea* retinent; *Mommsen, Staatsr. I³ 95, 1* 'besiegt'). IREN. 5, 4, 2 (= 5, 4 H.) causam ... -entem benignitatem *dei* (*antea*: maiorem). SCHOL. Cic. Bob. p. 97, 7 exsecutio ... hanc -et quaestionem (HIER. c. Lucif. 3). HIER. in Abd. 8 p. 1107B sophismata. VVLG. II reg. 24, 4 -uit ... sermo regis verba Ioab. ORIBAS. eup. 2, 1 o 1 -etur ... calor a frigdore (*gr. ἐπικρατεῖ*). -ere bella *sim. i. q. in bello vincere* (*fort. per. acc. int.; an conf. p. 286, 58 et 288, 21?*): CASSIAN. inst. 5 cap. 16 p. 79, 21 bella carnalia (*cf. 5, 16, 1* non nisi victoribus). CHRYSOST. hom. V 767D certamen (*Migne gr. 52, 477 ἀνύσαντες*). CASSIOD. Ios. antiq. 14, 358 *pugnas* totas (*gr. πάσας ἐνίκησεν*).

b *superantur animantes* (*infirmitas pro natura humana* HIL. *l. 77*): *α in iudicio*: SEN. contr. exc. 5, 4 tit. accusavit ... fratrem falsi testimonii et -uit et vinxit. PAVL. dig. 20, 4, 16 si ... secundus creditor tertium -uerit (*antea*: prima creditrix superata est). 32, 27, 2 heres ... -uerat fiscum. AVG. in psalm. 36 serm. 2, 19 egisti causam ... et -uisti ibi Maximianistas *eqs. al. huc fortasse pertinet* AVELL. p. 25, 28 (*de altercatione Heliae et sacerdotum ethnicorum*) nec ... Helias ... -tus est (-tritus *Guenther praeter necessitatem*).
β in bello: ITALA II par. 27, 5 (Complut.) bellabit adversus regem ... et -uit eum ([*gr. κατίσχυσεν, Vulg.* vicit]. I Macc. 8, 12 [rec. B, *sim.* rec. L; *gr. κατεκράτησαν*, VVLG. regna]. HILARIAN. curs. temp. 171, 19 VVLG. Ier. 41, 2). Ps. AVR. VICT. epit. 33, 2 *Aureolum* -tum detrusumque. RVF. FEST. 5 rebellantes Lusitanos. CASSIOD. Ios. antiq. 5, 186 ut ... multis eos proeliis -ret ac subderet (*gr. κρατήσαντα*). *al.*
γ vario usu: PACIAN. bapt. 3 p. 133 *diabolus* vincendus ... erat lege peccati, qua sola hominem vel -uerat vel poterat -ere (RVFIN. Orig. princ. 3, 2, 4 p. 252, 7). AMBR. hex. 5, 8, 21 quem vi -ere non potest. HIER. epist. 140, 12, 3 viros in ... veritate robustos (*cf.* RVFIN. Clement. 1, 62, 6 si ... disputans -rem vos sapientes [*antea*: convincimus et superamus]). RVFIN. Orig. in exod. 1, 5 p. 152, 3 adversarium (*i. diabolum ut*: VAL. CEM. hom. 20, 10 p. 756C legiones ... poteris vincere, si tyrannum potueris -ere). *al. pro subi. sunt res*: ITALA I Macc. 6, 54 (rec. L = VVLG.) -uerat eos fames ([*gr. κατεκράτησεν, rec. B* vicit]. VVLG. Ier. 52, 6 civitatem). HIL. in psalm. 68, 2 morte (Ps. TIT. epist. l. 646 quos m. secunda non -bit). trin. 1, 31 infirmitatem (*i. naturam infirmam, aliter supra l. 40*) eius -uerit vis doloris (*cf.* VVLG. exod. 15, 14 dolores). Ps. APVL. herb. 130 l. 6 hos *basiliscos* ... haec herba -et (*cf. l. 41*).

3 *praevalente vi consequendi, adipiscendi* (*sc. vi ingressiva*): **a** *generatim*: CIC. Balb. 61 voluimus quaedam ...; -ta non sunt; dolorem alii, nos luctum ... suscepimus. leg. 1, 59 ad -endam adipiscendamque sapientiam (COD. Iust. 4, 57, 1 *a. 222*. BOETH. cons. 4, 2, 7 W.). fam. 1, 8, 5 omnia, quae voles, -bis (LIV. 6, 18, 15 QVINT. inst. 6, 2, 2 PLIN. epist. 4, 7, 3. *al. cf.* LIV. 3, 11, 2 manu -endum, quod intenderes [QVINT. inst. 12, 10, 53 PLIN. epist. 9, 13, 22]. 6, 18, 12 quantacumque petistis [GAIVS dig. 2, 13, 10, 3 IVST. 20, 2, 14]. *sim. al.*). 12, 8, 1 a te perfici atque -eri. BELL. Afr. 94, 2 precibus a servo suo impetravit ... idque -uit (GELL. 12, 4, 6 SCHOL. Cic. Bob. p. 147, 5. *al.*). LIV. 5, 2, 10 ad imperia -enda (TAC. ann. 11, 21, 3. *cf.* VAL. MAX. 7, 2 ext. 7 potentiam. PLIN. epist. 2, 9, 2 *tribunatum*. SCHOL. Cic. Bob. p. 155, 8 aedilitatem. *sim. al.*). SEN. dial. 4, 12, 4 (*syn.* consecuti sunt; *item*: QVEROL. p. 17, 24 R. BOETH. cons. 4, 2, 28 W. *al.*). TAC. hist. 1, 73, 1 gratiam. ann. 3, 15, 1 precibus veniam (*al.*). 13, 21, 5 rem publicam (*antea*: potiente). VLP. dig. 28, 3, 12 pr. tabulas accipere ... potest remque -bit (AVG. bapt. 7, 5, 9 p. 348, 18. *cf.* IREN. 3, 18 [= 19 H.], 2 -ere bravium victoriae [*sec. I Cor. 9, 24, gr. λαμβάνει, Vulg.* accipit]). ITALA I Macc. 2, 48 (rec. L, *cf.* VVLG.) -uerunt legem de manu gentium (*gr. ἀντελάβοντο, rec. B* eripuerunt). VVLG. psalm. 72, 12 (*gr. κατέσχον ut*: Sirach 46, 11). AVG. bapt. 6, 35, 68 p. 333, 5 hoc tenebant, quod ... postea totus orbis ... -uit (*item de recipienda opinione*: CASSIOD. hist. 9, 3, 21 vesaniam ... -uerat Arianam [*Theodoret. 5, 4, 7 μετειλήφει*]). *et saepe.*

b *locutiones speciales*: *α* rem -ere *i. q. bellando vincere* (*cf.* bella -ere *p. 287, 48*): CAES. Gall. 7, 85, 3 Romani, si r. -uerint, finem laborum ... exspectant. civ. 1, 72, 3 (*cf. 1* rem conficere). 3, 111, 6 r. -uit Caesar. *β* culpam -ere *i. q. culpam deprecari vel redimere*: GREG. TVR. Mart. 1, 11 p. 595, 34 -tis per sacerdotem a iudice culpis incolumes dimissi sunt *e carcere*. vit. patr. 8, 9 p. 700, 3 episcopus cum iudice -ta culpa ea ..., quae abstulerat *latro*, inopi reddidit.

II *pro acc. substituuntur aliae structurae*: **A** *inf.* (*sc. vel persequendo vel assequendo; struct. pass. l. 39; discrepantibus subi. inf. et verbi* -ere *l. 37; obi. inf. pro subst. p. 286, 36*): PLAVT. Mil. 186 disciplinam -eat colere (*antea*: ne ... degrediatur). TERT. adv. Marc. 1, 7 p. 299, 6 deus iam vocari -uit substantia (*item inf. pass.*: IVST. 1, 3, 2. CONC.S II 3, 2 p. 32, 10 dignus fieri [*gr. II 1, 2 p. 18, 23 ἐτύγχανον ... ἀξιωθείς*]. Ps. EVSEB. GALLIC. hom. p. 675B transferri. VITAE patr. Iurens. 3, 10). ITALA II Macc. 15, 5 (rec. P) -uit perpetrare (*gr. κατέσχεν ἐπιτελέσαι, aliae vers. et* VVLG. -uit, ut *eqs., rec. B* perseveravit, ut *eqs.*). CE 260, 3 (*s. III*) -uit ... seiungere Gallos (*i. ut Galli seiungerentur*). PRVD. perist. 10, 317 *deus* esse et fuisse semper unus -et. AVG. pecc. mer. 2, 23, 27 pro magno -etur ... non oboedire. GREG. TVR. vit. patr. 10, 4.

B *acc. c. inf.* (*sc. contendendo, perseverando*): CIC. Caecin. 75 si hoc nos non -emus vi ... deiectum esse eum (*item c. pron. praepar.*: fin. 2, 107 illud. 3, 11 hoc). Catil. 4, 11 -bo eam *sententiam* multo leniorem fuisse. fat. 21. VARRO rust. 2, 1, 9 ipsos ... fuisse pastores (*an ad p. 289, 68?*). QVINT. inst. 5, 13, 24 ne illud quidem recte factum. APVL. apol. 1 certus ... eram proque vero -bam ... Sicinium ... accusationem ... conviciis impleturum. Plat. 1, 4 PORPH. Hor. sat. 2, 3, 250. *al.*

C *enunt.* (*sc. assequendo sim.*): ut (*cf. p. 286, 26*): CIC. Att. 7, 9, 3 si non -et, ut ratio habeatur *eqs.* LIV. 2, 43, 11 -uere ... patres, ut ... maneret. 2, 44, 5. 22, 31, 11 res gestas ..., ut ... crederetur, facile -uisse. *al.* SEN. contr. 3 praef. 18 illud ..., ut *eqs.* (*item c. pron. praepar.*: QVINT. inst. 10, 3, 9 hoc. decl. 318 p. 250, 19 id. *al.*). VAL. MAX. 6, 4, 2. 9, 1, 3. *al.* ne: LIV. 41, 6, 3 magnis ... contentionibus -uit, ne perferretur *rogatio*. SEN. contr. 9, 4, 21 ne ... iocaretur. COLVM. 1, 8, 13 hoc ..., ne *eqs.* (SALV. gub. 7, 14). 4, 6, 3. *al. verbo omisso*: ITIN. Alex. 53 *milites* -ent ..., ne ultra, verum ... ut redeat *rex*. *alia*: POMP. TROG. Iust. 38, 5, 5 quin acerbius ... gerant, non -uisse (SVET. Tib. 31, 1 -ere n. potuit, quin *eqs. cf.* IVLIAN. dig. 40, 9, 7 pr. -eri n. potest, quominus *eqs.*). SEN. dial. 11 (12), 16, 6 hoc unum -eamus ..., hunc ... esse ... velit (*item coni. nud.*: VEN. FORT. carm. 3, 25, 7 -eat ... pagina ... velis). AVG. civ. 13, 3 p. 558, 3 D. -eri, quod ... sit poena peccati *mors* (c. Cresc. 3, 61, 67 p. 473, 18).

D *praepos.*: 1 *indicatur, de qua re*: CAEL. Cic. fam. 8, 6, 5 *Curio* de intercalando non -uerat (VLP. dig. 38, 2, 12, 4 de inofficioso). PAPIN. dig. 49, 14, 38 pr. in quaestione (TRYPH. dig. 5, 2, 22, 1 in accusando. VLP. dig. 5, 2, 8, 14 in querella. *al.*). COD. Iust. 8, 8, 1 (*a. 212*) super rebus matris. HIPPOCR. aer. 2 multum -bit circa salutem (*vix* multum *pro obi., cf. gr. τὰ πλεῖστα τυγχάνοι ... τῆς ὑγιείης*).
2 *indicatur, contra quem* (*quid*): SCAEV. dig. 44, 3, 14, 3 qui me potior est, cum ego te superaturus sim, multo magis adversus te -ere debet (EDICT. imp. Alex. dig. 49, 13, 1 pr. APVL. Plat. 2, 28. ITALA I Macc. 8, 2 *v. l. 78*. TYCON. reg. 4 p. 52, 6 CLAVD. DON. Aen. 11, 715 p. 522, 21). CLAVD. DON. Aen. 1, 5 p. 10, 5 contra quae si -uisset Iuno (INST. Iust. 3, 25, 2). 1, 35 p. 19, 2 ut, si plures non potuit opprimere, vel iuxta unum -ret Aenean. HIER. in Nah. 3, 13 p. 1268A si ... -ueris super laterem et carnem animae imperio subiugaveris.

E *casus*: 1 *gen.* (*per graecismum*): ITALA I Macc. 8, 2 (rec. L) -uerunt eorum et adduxerunt eos sub tributum *Romani* (*gr. κατεκράτησαν αὐτῶν*, VVLG. eos, *cod. B* adversum eos). 8, 5 (cod. X) eorum (*gr. item*, VVLG. *et cod. L* eos, *cod. G* eorum regionem, *cod. B* dominentur eis). Luc. 20, 35 (cod. d) qui ... digni fuerint saeculi huius -ere et resurrectionis (*gr. τυχεῖν, Vulg.* digni ... saeculo, *cod. a* saeculum ... attingere, *cod. r* in illo saeculo -ere resurrectionem). LIB. geneal. chron. I p. 188, 508 -uerunt eorum (*cod. G* eos) annis septem. p. 189, 514 -uerunt eorum (*cod. G* eos) annis decem. 2 *abl.* (*cf.* potiri):

[Lebek]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ITALA I Macc. 2, 10 (cod. L) quae gens, quae non possedit regna et non -uit spoliis eius? (*gr.* ἐκράτησεν *c. gen., aliae vers. et* VVLG. spolia).

III *absolute*: **A** *usu personali*: **1** *praevalente vi valendi, perseverandi*: **a** *de hominibus* (*sive dominantibus sive valentibus, perseverantibus*): CIC. prov. 3 qui nunc -ent *sc. provincias* (*item de magistratibus*: Phil. 8, 27. Att. 5, 21, 7 [*abl. abs. ut*: INSCR. Dessau 105 *a. 13*]. fam. 12, 22ª, 1 de provinciis ab eis, qui -rent, retinendis. *al.*). SALL. Iug. 80, 7 nulla *uxor* pro socia -et. QVINT. inst. 8, 6, 23 *hypallage* subiectas res ab -entibus significat (*cf. Diom. gramm. I 458, 24* dominantem. *item part. pro subst.*: ITALA II Macc. 4, 50 [rec. L, *cf.* X] -entium avaritias [*gr.* κρατούντων, *Vulg.* qui in potentia erant, *rec. P* qui res -rent]. IREN. 3, 8, 2 adiecit -entem; tenet enim, qui alligat *eqs.*). TERT. apol. 50, 3 obducimur *martyres*; certe cum -uimus; ergo vicimus, cum occidimur (*an vincendo?*). CE 104, 4 *puerum* specie -entem, moribus cum vinceret (*'non cedentem aliis' Bücheler*). *al.* **b** *de rebus* (*sive valentibus sive durantibus; nota adv. temp. l. 17. 24 26. 27*): PLIN. nat. 5, 19 diu regum nomina -uere (*cf.* 30, 6 cognomen diu -uit in ... orbe). POMPON. dig. 32, 18 vix id -ere potest. GAIVS inst. 2, 280 *sententia* (VLP. dig. 29, 4, 1, 12. *al.*). MARCELL. dig. 23, 3, 59, 1 delegatione ... minime -ente. VLP. dig. 1, 16, 7 pr. *consuetudo* retro -uit (AVG. c. Pelag. 3, 4, 12. *al.*). ITALA gen. 7, 24 (Aug. quaest. hept. 1, 11 p. 8, 7 *ex transl. Aquilae*) -uit *aqua* (*gr.* ἐδυναμώθη, VVLG. -uerunt ... aquae terras, *ex transl. Symm.* praevaluerunt). TYCON. reg. 3 p. 30, 3 nunc -ente novo *testamento* (MVTIAN. Chrysost. hom. 14, 2 p. 331/2 *gr.* κρατεῖ). HIPPOCR. aer. 3 non valent ... morbi ... -ere (*gr.* ἰσχύειν). AVELL. p. 159, 1 *mos* apud nos semper -uit (COD. Iust. 4, 18, 2, 2 usque adhuc. 9, 35, 11 [*a. 478*] hactenus). *al.* *expressiore vi durandi*: ITALA prov. 19, 21 (Vind. *al.*) consilium domini -et in aeternum (*gr.* μένει, *Vulg.* permanebit). RVFIN. Greg. Naz. orat. 1, 96, 2 veritas -et (-etur *C*) et umbra pertransit.

2 *praevalente vi vincendi, praevalendi* (*valescendi*): **a** *de animantibus* (*vincentibus, praevalentibus sim.*): *α in iudicio*: CIC. ad Q. fr. 3, 3, 2 contra dixit ... omnibusque libentibus non -uit (*aliter de eadem re* Att. 4, 18, 3 nihil -ente). SEN. contr. exc. 4, 8, 3 si -uisset *patronus cum liberto litigans*. QVINT. decl. 295 p. 168, 26. POMPON. dig. 1, 2, 2, 46 Ligarium accusavit nec -uit apud Caesarem (PAVL. dig. 32, 97. *al.*). MARCELL. dig. 5, 2, 5. 44, 2, 14 egit ... et -uit. SCAEV. dig. 5, 2, 13 iudicio. *al.* *β in bello sim.*: CIC. Att. 11, 7, 3 si perseverant et -ent (*opp.* victi erunt). ITALA II par. 25, 8 (Aug. grat. 21, 42) si putaveris -ere (*gr.* κατισχῦσαι, *Vulg.* consistere, *Complut.* praevalere). LACT. epit. 2, 4 tam diu proeliabuntur, donec unus -eat. CLAVD. DON. Aen. 2, 395 p. 200, 30 ut ... -rent (*l. 19* vicerimus). VEG. mil. 3 tit. 20 quomodo etiam, qui inferior ... est, valeat -ere (victoriam *add. pars codd.*). *al.* *γ vario usu*: LIV. 33, 25, 6 forsitan -uisset consul (*sc. sortiendo provinciam; item* SVET. Iul. 11 nec -uit). POMP. TROG. Iust. 38, 5, 9 populo ... orante ... non -uisse (*per preces ut*: PANEG. 3, 18, 4. AVSON. 319, 57 p. 24 P. -ui auditaeque preces. *al.*). PLIN. epist. 4, 12, 4 -uit Strabo (*censendo ut*: SVET. Iul. 14, 2 censuit ...; -uisset *eqs.* APVL. met. 7, 14, 5 alius ... suadens. *al.*). MIN. FEL. 40, 3 (*disputando; sim.*: TERT. anim. 12, 6 adv. Hermog. 33, 1. spect. 18 p. 19, 27 quodsi ... contendas ..., sane -bis. *al.*). HIL. c. Const. 1 -uit (-tic- *var. l.*) Antichristus. *al.* *expressa vi convalescendi*: ITALA II par. 26, 15 (Complut.) ut -ret; et ut convaluit *eqs.* (*gr.* κατίσχυσεν *bis, Vulg. aliter*).

b *de rebus praevalentibus vel convalescentibus*: PLIN. nat. 15, 107 -ente lenitate (*sc. quae superat propria saporis, ut dulce sim.*). GAIVS inst. 3, 184 quae sententia non -uit (7, 1, 68 pr. *al.*). TERT. monog. 7, 4 sepulta lege ... contrarium ... -uit. ITALA gen. 41, 57 (Ambr. Ioseph 7, 42) -uerat ... fames ([*gr.* ἐπεκράτησεν, *Vulg. aliter, Lib. iubil. 42, 4* convaluit]. CLAVD. DON. Aen. 3, 395 p. 320, 20). ARNOB. nat. 7, 19 si vicerit ratio atque -uerit veritas (CASSIOD. Ios. c. Ap. 1, 11 magis [*gr.* ἐπικρατεῖ μᾶλλον]). CHALC. comm. 287 contraria ..., quorum quod -uerit, alterum perimit. EVTR. 8, 5, 3 adeo ... gloria bonitatis -uit, ut *eqs.* HIER. epist. 57, 11, 2 Septuaginta editio -uit in ecclesiis (*cf. Aug. civ. 18, 43 p. 321, 22 sq. D.* hanc ... recepit ecclesia). *al.* *comparatione abundanter expressa*: PS. THEOD. PRISC. simpl. med. 89 *in murta* -et frigidior virtus quam calidior.

B *usu quasi impersonali* (*sc. pro subi. ponitur acc. c. inf. vel enunt.; huc fortasse referendum etiam p. 288, 43*): SALL. (?) rep. 1, 1, 1 pro vero antea -bat regna ... fortunam ... dare. CHAR. gramm. p. 239, 10 B. consuetudine ... -uit, ut fortasse libentius diceretur quam fortassis (*item de usu loquendi*: FRG. Bob. gramm. V 556, 29 ita ... semper esse dicendum iam inde antiquitus -uit). *in sermone iuridico*: VLP. dig. 1, 13, 1, 3 hodie ... -uit indifferenter quaestores creari. 29, 2, 24 hunc non gerere hereditatem. HERMOG. dig. 41, 8, 9 usucapi. 44, 7, 32 permitti. COD. Iust. 4, 37, 1 (*a. 293*) societatem ... posse contrahi magis -uit. 9, 45, 6 illos destitisse. PELAG. defens. 2 p. 4, 27 in ... iudiciis -ere, quia *eqs.*

CAPVT ALTERVM: *c. vi ostendendi.*

FEST. p. 197 -et (ostinet PAVL.) dicebant antiqui, quod nunc ostendit; ut in veteribus carminibus (= TRAG. inc. 215): sed iam se caelo cedens Aurora -et suum patrem.

part. praes. -ens *pro subst. masc. p. 289, 9. 11. 12 (cf. p. 286, 56).* *? neutr.*: ITALA Esth. 16, 14 (p. 60, 23 Motzo) Persarum -ia in Macedones transferre (*gr. E 14* ἐπικράτησιν, *Vulg.* regnum. *an legendum* obtinentiam*? cf. p. 284, 4*).

part. perf. neutr. plur. -ta *pro subst.*: INTERPR. cod. Theod. 12, 1, 20 -is careat. ALC. AVIT. hom. 17 p. 125, 32 -a transmittunt.

deriv.: 2. obtentio, 2. obtento, 2. obtentus. obtinentia. *Lebek.*

***obtingo,** -igī, -ere. *ab* ob *et* tangere. *scribitur* opt- *saepe in codd.* (*ex. gr.* PLAVTI *cod. A quinquies, semel tantum* obt-), *ceterum* CIL XIV 4020 (*si huc pertinet*); obst- *var. l.* TER. Andr. 608. *perf. falso trad.* obteg- PLAVT. Truc. 344. Ps. CYPR. adv. Iud. 3 p. 136, 4 (*var. l.*), obting- PAPIN. dig. 50, 4, 15. *de notione*: DON. Ter. Phorm. 239 (*infra l. 43*) '-igit' pro accidit. ISID. diff. 1, 95 'contingit' eventu, '-it' sorte, 'accidit' casu, 'evenit' vel malo vel bono (*sim.* DIFF. ed. Beck p. 73, 10). GLOSS. -it: ἐπιβάλλει μέρος τι. sorte evenit. -erit: λάχῃ, κληρωθῇ. -isse: συμβεβηκέναι. evenisse. *legitur inde a* PLAVTO, TER., PACVV. (*? infra l. 50*), CIC. [*var. l. dub.* (*notione exemplis non probata*): PLAVT. Cist. 382 (Non. p. 415, 16) ita mustulentus ventus naris -igit (*p. 64, 2* attigit *ut edd.*). *confund. in codd. c.* contingere (PAPIN. dig. 1, 21, 1 pr. *cf. p. 291, 15*), obtegere (VITR. 2, 1, 1. *cf. l. 11*), obtinere (APVL. mund. 16 ITALA II Macc. 4, 6 rec. X). *e coni. improbabili*: HERM. vulg. vis. 1, 3 aerarius ... obting[u]it rei cui vult (*Hilgenfeld; gr.* περιγίνεται τοῦ πράγματος οὗ θέλει, *Pal.* quomodo voluerit perficiet).]

C *imprimis de facultate, instrumento, sensu obtuendi*: 1 *de ipsa facultate* (*v. etiam infra l. 74*): a *sing.*: Sil. 3, 493 caligat in altis -s (*nisi intellegas 'prospectus'*) abeuntque in nubila montes. Apvl. met. 11, 3, 5 confutabat *vestis multicolor* -um. mund. 15 -s velocius inlustriora contingit, auditus, dum ad aures venit, seriore sensu concipitur. Min. Fel. 32, 5 radiis *solis* -s intuentis hebetatur (Ambr. hex. 4, 1, 1 p. 110, 14 ne quid pulveris ... oculis ... insistat, quo tuentis hebetetur -s. *cf.* Mvtian. Chrysost. hom. 17, 4 ex ... affectione laeditur ... -s [*gr. τὸ ὀπτικόν, opp.* sanos ... oculos]). Lact. opif. 10, 2 palpebrarum motus ... et videndi tenorem non inpedit et reficit -um. Ambr. hex. 6, 9, 55 p. 247, 8 quid fuga, si desit -s? Sidon. epist. 1, 2, 5 fallitur ... -s. Alc. Avit. epist. 11 p. 45, 17 spem ... recipiendi -us (*opp.* imbecillitati ... luminum, caecitate). b *plur.*: Sol. 15, 24 -us fatigatos coloris reficiunt *smaragdi* lenitate (*Plin. nat. 37, 63* oculorum refectio, lassitudinem *oculorum* mulcent). Chalc. comm. 244 *lumen* idoneum -bus. Serv. Aen. 2, 604 obesse ... -bus. Clavd. Don. Aen. 2, 730 p. 246, 13 cum etiam per diem tardos prorsus aut prope nullos habere possit *Anchises* -us. Prvd. apoth. 27 maiestas *dei* est infinita nec intrat -us, aliquo ni se moderamine formet. perist. 10, 433 suculentis influens *lumen* -bus. Pavl. Nol. carm. 23, 303 negatos nascenti -us ... reddit alumno. Avg. anim. 2, 16, 22 p. 357, 15 ne ... lectoris -us ... sollicitent et offendant *libri* (*cf.* Svlp. Sev. Mart. 4, 8 ne ... violarentur -us. Cod. Theod. 9, 40, 17 ne ... -us polluat intuentum). *al.*

2 *de oculis* (*ambigua v. sub 1, cf. etiam quae ad B monuimus*): a *sing.*: Apvl. met. 1, 4, 2 gemino -u ... aspexi (Sidon. epist. 8, 11, 11 g. -u eluminatus). Veg. mulom. 2, 19 ut non deformetur -s. b *plur.*: Prvd. perist. 2, 145 utrisque -bus orbes cavatos. Leo M. serm. 73, 2 p. 395C aperiuntur -us. Verec. in cant. 2, 11 p. 17A si reverberatis -bus splendorem lucis non quievit *pullus aquilae* tolerare (*opp.* si recto lumine ... solis radios intuetur). Coripp. Ioh. 2, 233 volvuntur pectore curae, nec movet -us (7, 164 amens). Mirac. Theclae 1 p. 170, 3 dilacerata ... corporum superficie -busque.

D *syntactica et stilistica ad A—C* (*iuncturas verbales v. p. 306, 18. 42*): 1 -s (-us) oculorum (-u orbis *l. 51*): a *sing.*: Cic. de orat. 3, 17 voltum ... -umque o. nat. deor. 3, 9 idem -s ... amborum *o.* Tim. 27 animus ... o. effugit -um. div. 2, 120. off. 1, 146 ex o. -u ... facile iudicabimus, quid *eqs.* Amm. 17, 7, 2 o. -u praestricto (*cf.* Ambr. epist. 58, 10 ne deformi visu -um aciemque perstringat o. intuentium). Ambr. Ioseph 10, 56 p. 109, 11 ut ... eos -s offendat o. Cael. Avr. acut. 2, 10, 73 o. fixus -s mutatur atque mobilis efficitur (2, 10, 74 stans atque f.). *sim.* Sol. 40, 22 visum non circumlatis pupulis, sed -u rigidi orbis intentat *chamaeleon* (*Plin. nat. 8, 121* nec pupillae motu, sed totius oculi versatione circumaspicit). b *plur.* (*v. etiam p. 308, 18*): Ambr. bon. mort. 3, 11 p. 712, 18 quis potuit sapientiam o. -bus intueri? (*cf.* Cassian. conl. 2, 5, 1 o. vestrorum vidistis -bus). Cassian. conl. 3, 6, 2 o. occurrit -bus. inst. 5, 15 o. -bus ... ferire. 6, 3 offerantur. 8, 6 o. -bus imponatur *lammina*. Greg. Tvr. Mart. 3, 49 o. -bus clausis. Ps. Vigil. Thaps. trin. 1, 4 o. -bus ostendere (*nisi aliter iungas*).

2 *epitheta notabiliora* (-s fixus *v. l. 49*, stans *l. 50*, *praeterea e. g.* intrepidus *supra l. 1*, retortus *supra l. 3*, tacitus *p. 306, 9*): Verg. Aen. 1, 495 stupet -uque haeret defixus in uno ([Serv.: '-u' aspectu; 'in uno' in unoquoque, hoc est singula mirabatur]. Sen. dial. 5, 4, 1 oculis nunc trepidis et exilientibus nunc in u. -u defixis et haerentibus. *aliter p. 306, 28. cf. p. 306, 46 et* Sil. 6, 385 servabam ... lumina et -u perstabam intentus eodem). Val. Fl. 4, 324 longo ... -u mirans. Sil. 10, 263 torvo ... -u labentem in Tartara Paulum (17, 184 audivit t. -u defixus). 13, 375 minaci -u torvum contra et furiale renidens. 17, 343 maestos ... sub acri -u vultus (*cf. p. 306, 22*). Qvint. inst. 1, 2, 11 -u continuo. Apvl. met. 2, 4, 10 curioso. Paneg. 11, 12, 3 mutuo. Ivvenc. 4, 89 stupido. Carm. de fig. 150 madido. Ambr. Tob. 7, 27 p. 533, 13 vigilanti. Heges. 3, 18, 1 p. 220, 6 severo. Macr. somn. 1, 20, 28 diligens observantis -s. Cassian. conl. 1, 5, 1 passivus. Cael. Avr. acut. 2, 10, 69 intentio luminum tamquam quicquam intento -u cupientium. Ennod. opusc. 4, 26 p. 389, 13 artifici. *ad facultatem obtuendi pertinentia*: Apvl. flor. 2 p. 7 ad oculos et -um istum terrenum ... et hebetem (Socr. 4 p. 128 pars eorum *deorum* tantummodo -u h. visuntur. *cf.* Cassian. conl. 23, 6, 1 ad videnda omnia hebens obsistit -s). Ambr. epist. 29, 2 inaequalitatem aegrescentis -us (*cf.* Serm. Corp. Vind. 21 p. 253, 15 [= Caes. Arel. serm. 194, 1] aeger -s inlato lumine magis tenebrescit [*antea*: sanus ... oculus, corruptus intuitus]). 29, 16 illuminatum ... -um. Ambr. hex. 4, 6, 26 p. 133, 6 angustus noster -s. 5, 18, 60 p. 186, 16 sinceri -us constantia (*antea*: intrepidam oculorum aciem. *cf. supra l. 3*). 6, 8, 44 p. 235, 11 -s ... praestans spectare elementa mundi (*postea*: aspectus). 6, 8, 50 p. 242, 18 liber -s ..., argutus incessus (*postea*: vigilanti aspectu). Rvfin. Orig. princ. 4, 4, 9 p. 363, 1 obtunsior vel acutior -s ... intuentis.

3 *iuncturae praepositionales selectae*: Frg. Vat. 35, 1 proruentes in nostros -us (Sol. 17, 9 greges stupidos in -um *pantherae*. 27, 26 in -um ... contendit *oculos*. Avien. Arat. 98 in -um facilis. ora 39 in -us dedit). Prvd. perist. 2, 278 coram tuis -bus (Sigism. Alc. Avit. epist. 78 p. 93, 4 c. sacris gloriae vestrae -bus). Cypr. Gall. exod. 160 pergere ... ad -us (Mart. Cap. 6, 592 ad -us nostros ... diriguntur). Cod. Theod. 7, 1, 13 (= Iust. 12, 35, 12) procul a cunctorum -bus (Max. Tavr. serm. 35, 4 l. 92 ab -bus ... subtraheret). sub -bus: Paneg. 3, 5, 2 provincias ... s. -bus suis vexari ac diripi (Cassian. inst. 4, 27, 2 Cod. Iust. 12, 37, 16, 5). Zeno 1, 4 p. 298A s. ipsis -bus matronarum (Cod. Theod. 10, 20, 16 [= Iust. 11, 8, 13] s. i. quodammodo amplissimae ... sedis -bus). Amm. 17, 8, 5 s. -bus eius (Ps. Rvfin. Ios. bell. Iud. 1, 19 p. 648 [*gr. 1, 597 ὁρῶντος αὐτοῦ*]). 21, 6, 2 s. -bus meis *imperatoris*. Cod. Theod. 9, 40, 5 s. -bus tuis. 12, 1, 49 pr. iudicis. Novell. Valent. 21, 2, 4 testatoris. Cassian. inst. praef. 7 s. -bus nostris. 1, 1, 1 s. oculorum ... -bus. Epist. pontif. 591 Schwartz p. 67, 5 vestrae serenitatis. *al.*

II *incorporaliter obtuentur animus, mens sim. (tam de actu, sc. consideratione, contemplatione, commemoratione sim. quam de instrumento vel facultate obtuendi). cf.* Ambr. in Luc. 6, 80 p. 267, 3 nemo ... potest deum videre, nisi mundum prius spiritali transcendat -u (in psalm. 37, 31 p. 160, 9 insipientiae suae -u ammonitus s. Ps. Avg. serm. 183, 2 spiritualis ... -s. *cf. etiam infra l. 65*). Ps. Prosp. vocat. gent. 1, 8 p. 686C -s interior (Evgipp. Sev. 35, 2 [*opp.* corporeis luminibus, exterioris oculi ... conspectum]. *v. etiam infra l. 67 et cf.* interni -us *l. 68*). Clavd. Mam. anim. 3, 11 p. 174, 9 incorporeo contemplatur *deus* -u.

A *usu libero*: 1 *sing.*: Ov. trist. 4, 1, 39 semper in -u (aspectu *T*) mentem vetat *studium litterarum* esse malorum praesentisque casus inmemoremque facit. Val. Fl. 7, 88 quae det responsa ... colligit et tandem -u consurgit ab alto. Ps. Apvl. Ascl. 12 quae *philosophia* sola est in cognoscenda divinitate frequens -s et sancta religio. Tert. anim. 53, 5 animam ... agitari sollicitiore -u. 2 *plur.*: Cassian. conl. 23, 6, 5 nec captivitates animae ... possunt purgatis -bus intueri. Arnob. ad Greg. 15 p. 410, 6 caelo ... liberos nostros reddit *pudicitia* -us (*postea*: finis est intuendus et tota in illum mentis acies dirigenda). Ennod. opusc. 4, 17 p. 387, 6 cum eum *Antonium* ... Marius illis oculis, quibus mentes videntur, inspiceret et interioris decorem hominis absconditis percontaretur -bus.

B *determinatur per gen.*: 1 *sing.*: Apvl. flor. 2 p. 4 homines non oculorum, sed mentis acie et animi -u considerandos (Ambr. in Luc. prol. 2 p. 4, 3 visum mentis ... et a. ... -um. Clavd. Mam. anim. 1, 22 p. 83, 21). Arnob. nat. 1, 60 p. 41, 27 inertissimae ... contemplationis. Ambr. Noe 7, 17 p. 425, 19 caeli ... secreta profundo -u spectare sapientiae (*cf.* Prosp. c. coll. 14, 2 p. 253C intelligentiae). Avg. in euang. Ioh. 23, 11 l. 2 memoriam ... et cogitationem ..., id est quasi aciem quandam et -um animae (Prosp. sent. 335 -s quidam occultus sit *sapientia* a. *v. etiam l. 67*). Petr. Chrys. serm. 169 p. 642C mulier, id est ecclesia, accendit lucernam suam, id est internum illum sui cordis -um (Fvlg. Rvsp. epist. 2, 21 p. 317B ut a contemplatione temporalium rerum c. nostri ... avertamus -um. ad Monim. 2, 2 p. 179D *v. etiam l. 72*). -s mentis (*v. etiam l. 70*): Ps. Apvl. Ascl. 34 intellegibilem mundum, id est qui m. solo -u dinoscitur. Ambr. in Luc. 1, 5 p. 12, 27 interioris ... m. videtur *deus* -u (paenit. 2, 7, 61 puro ... -u m. Avg. epist. 147, 3 p. 276, 16 videmus vel per oculos corporis ... vel m. -u. 147, 10 p. 283, 16). virginit. 13, 79 oculus ... animi et m. -s. Avg. in euang. Ioh. 13, 3 l. 41 reddite deo m. -um. 63, 1 l. 1 intendamus m. -um. gen. ad litt. 7, 14 p. 213, 7 ut se in -um m. adtollat *anima*. 12, 8 p. 390, 15 similitudines, quae ut intellegantur, indigent m. -u. pecc. mer. 2, 5, 5 p. 75, 15. Cassian. inst. 5, 14, 4 cum ad ea ... defixerit m. -um. 5, 17, 2 quo ... dirigens suae m. -um. Petr. Chrys. serm. 78 p. 420B (*opp.* visum corporis). *al.* 2 *plur.*: Favstin. trin. 1, 9 p. 44B intende cordis aciem et vide secundum fidei spiritualis -us (*antea*: corporeis oculis ... vidisset, secundum corpus ... videbat). Ambr. hex. 4, 1, 1 p. 110, 20 animae ... interiores -us ([*antea*: oculos mentis]. Cassian. conl. 10, 6, 1 internis -bus a. pervideri *Iesum*. 10, 6, 2 mundis a. -bus intueor *Christum. cf. l. 49*). Avg. epist. 147, 10 p. 284, 8 mentis -bus ([*opp.* corporis ... sensibus]. Rvric. epist. 2, 52 p. 434, 3 mentium [*postea*: per cordis intuitum]. *cf. l. 54*). serm. 12, 1, 1 dolos inspiciendos -bus cordis (Pass. Pont. Cim. [BHL 6891] III 275C non carneis oculis, sed c. videtur *deus* -bus). Apon. 8 p. 168 simplicitatis -bus aspicit anima creatorem. Greg. M. moral. 19, 20 p. 109B sese irreprobabiles interni iudicii -bus parant *sancti* et oculos ... et intus habere perhibentur. *Paschoud.*

obua *v.* obba *p. 36, 35*.

obvāgio, -īre. *ab* ob *et* vagire. *i. q. coram aliquo vagire* (*c. not. inquietandi*): Plavt. Poen. 31 (*interpol.?*) nutrices pueros infantis minutulos domi ut procurent ..., ne ... esurientes hic quasi haedi -ant (*cf. Steinthal, De interpol. Plaut. 33*).

obvāgulo, -ātum, -āre. *ab* ob *et* *vagulare, *cf.* vagulatio *nec non* vagire. *i. q. vagorem facere, proclamare sc. testem* (*ad rem cf. Mommsen, Strafr. 991, 2. Usener, Kl. Schr. IV 376 sq. Huvelin, Mél. Ch.* [Sz.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Appleton, Lyon 1903, 414sqq. Cameron, ClRev. 42, 1928, 127. Berger, Dict. of Rom. Law 606): LEX XII tab. 2, 3 cui testimonium defuerit, is terti⟨i⟩s diebus ob portum -tum (-tion FEST. p. 375 *W*) ito (FEST. *l. c. ad l.*: vagulatio [vapulatio *V*, vagulo *W*] ... significat quaestio [questio *WV*] cum convicio).

obvāllo, -ātum, -āre. *ab* ob *et* vallare, *cf.* circumvallare, convallare. GLOSS. -at: undique munit. -tum: undique munitum vel erectum. *i. q. (tamquam) vallo obducere, circumvallare* (*cf.* PAVL. FEST. p. 179 'ob' ... pro 'circum', ut cum dicimus urbem ... -ari): ACC. trag. 113 templum -tum ossibus. CIC. leg. agr. 2, 3 locum ... praesidiis firmatum atque omni ratione -tum. IVL. VAL. 1, 34 p. 45, 9 (*Alexander ad Aegyptios*) vos, qui ... fluminibus -emini (*antea*: undique fluminibus convallantibus *muros*). SCHOL. Verg. Veron. Aen. 9, 397 tumultus -antis comitatus. PHILIPP. in Iob 26 p. 689^{B} manifestationem secretorum iudiciorum ... -are atque abscondere (*antea*: sententiam iudicii sui reservat in posterum). GILD. Brit. 65 chron. III p. 61, 30 nostris ...-tis sanctorum clipeis lateribus invictis, dorso ad veritatis moenia stabilito.

deriv.: *cf.* obvallus.

obvāllus, -a, -um. *ab* ob *et* vallum *vel potius retrograde ab* obvallare (*cf. Brender, Rückläuf. Ableit. 46. Bücheler, Kl. Schr. I 639*). *i. q. obvallatus, circumdatus*: ACC. trag. 111 (*de Andromeda*) misera -a (-ata *Delrio*) saxo, senio, paedore alguque et fame.

obvāricat *παρεγχειρεῖ ἢ παρέλκει ἢ παραλλάσσει* GLOSS. II 562, 8. *ab* ob *et* varicare; *cf.* obvaricator.

deriv.: obvaricator.

obvāricātor (-ōris *m.*) dicebatur, qui cuipiam occurrebat, quo minus rectum iter conficeret PAVL. FEST. p. 195. *cf.* obvaricare *et* varicator.

obvāro, -āre. *ab* ob *et* varus (*cf. infra*). *de notione*: NON. p. 147, 16 '-are' pervertere, depravare, dictum a 'varis' (*affert* ENN.). GLOSS. V 645, 7 -are: depravare. *i. q. (tamquam) varum reddere, deformare*: ENN. scaen. 4 consili⟨is i⟩us (*Timpanaro, StIt. 22, 1947, 69*, consiliis *vulgo inde ab ed. pr.*, -lius *trad.*) -ant, quibus tam concedit hic ordo.

obvēlo, -āvī, -ātum, -āre. *ab* ob *et* velare. *scribitur* -vell-: ITALA II Cor. 4, 3 (Aug. cons. euang. 3, 13, 48 *B*). GLOSS. II 341, 7 *καταχαλύπτω*. [*confunditur* -vit *c.* -volavit, advolavit, -tus *c.* -levatus, -volutus.]

i. q. tamquam velo operire, velando obtegere (*aliqua re passim*, ab *l. 54*):

1 *consilio tegendi sive mero sive c. notione celandi, abscondendi*: **a** *usu sollemni*: RVFIN. hist. mon. 9 p. 423^{D} -ta iam facie *defuncti adulescentis* (CHRYSOST. hom. III 841^{B} foliis ficus cooperti erant peccati f. -antes [*gr. Migne 50, 820 σκέποντες*]). CASSIOD. Didym. in I Ioh. 4, 12 p. 70, 23 -tum vidit deum sacris animalibus velantibus alis suis non solum faciem, sed etiam pedes sedentis in throno. hist. 10, 26, 1 populus ... undas Bospori lampadibus et cereis -vit (*Theodoret. 5, 36, 1 κατέκρυψε*). MVTIAN. Chrysost. hom. 15, 3 p. 339/340 deformitatem suam ...-are (*gr. p. 121 συγκαλύψαι*). 16, 3 p. 343/344 nubes concurrentes eum *caelum* -ant (*gr. p. 126 καλύπτουσιν αὐτόν*). GREG. TVR. glor. conf. 29 tumulum cancello vallari ac paleolis ... -ari. *imagine fere detersa*: FVLG. RVSP. c. Fab. frg. 34 p. 809^{D} in quo *testamento vetere* testamenti novi promissa tenebantur figuris congruis -ta. **b** *singulariter* -are oculos ab *aliqua re fere i. q. avertere*: ITALA Ezech. 22, 26 (Rufin. Greg. Naz. orat. 1, 65, 2 Gild. Brit. chron. III p. 76, 18) a sabbatis ... -bant *sacerdotes* oculos suos (*gr. ἀπὸ τῶν σαββάτων ... παρεκάλυπτον τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτῶν, Vulg.* averterunt).

2 *consilio obscurandi, obnubilandi sim.*: ITALA II Cor. 4, 3 (cod. r. Aug. cons. euang. 3, 13, 48 *et* in Iob p. 592, 8. 9 [*cf.* c. adv. leg. 2, 7, 29]. Primas. in apoc. p. 818^{C}. 839^{B}) si ... -tum (Primas. *utrobique* obscuratum) est euangelium ..., in his, qui pereunt, est -tum (*gr. utrobique κεκαλυμμένον, Vulg.* opertum). CHROMAT. in Matth. 5, 4, 2 lumen veritatis erroris tenebris -ando (*antea*: velamine operiendum est *lumen* vel obscurandum, perspicuam lucem ... obtegere et occultare). GREG. TVR. dorm. 11 lucernam confessionis ... tetris assertionum caliginibus -ari. *Sz.*

obvenientia, -ae *f.* *ab* obvenire. de -a *i. q. occasione obveniente*: TERT. adv. Val. 29 p. 205, 7 spiritalem *statum hominis* ex Seth de -a superducunt *Valentiniani*.

***obvenio,** -vēnī, -ventūrus, -īre. *ab* ob *et* venire. GLOSS. -unt: *κατέρχονται*. -ens: *τὸ ἀποβαῖνον*. *legitur inde a* PLAVTO, CIC., VARRONE, *adamatur a* TERT.; *in poesi praeter* PLAVT. *non nisi* PAVL. NOL. carm. 27, 473 (*v. p. 311, 9*). [*variat in codd. c. simplici aut c. aliis compositis passim*, -isset c. obviam venisset CIC. Att. 2, 12, 4. *in textu obscuro*: Ps. PLAC. Gloss.^{L} IV o 2 -isse visum cani mago (*?*): proverbium in eos, quibus praeter spem contigit aliquid vel successit (*v. app. crit. et Goetz, Thes. emend. s. v.*).]

i. q. obviam venire, occurrere sim. (*subauditur notio obstandi p. 310, 46, adiuvandi p. 311, 27*):

I *respicitur notio obtingendi, accidendi sim.*: **A** *personaliter*: **1** *alicui* (*c. dat. passim inde a* PLAVTO, *cf. etiam p. 311, 23; interdum significantius de eis, quae in possessionem alicuius veniunt, ex. gr. p. 310, 21. 27,* -ire in possessionem *p. 310, 84*): **a** *usu vario* (*maxime de fortuitis*; -ire forte *p. 310, 8. 48*, fortuito *p. 310, 10*, casu

l. 25): *α de rebus quibuslibet*: PLAVT. Asin. 281 occasionem opprimere hanc, quae -it (VAL. MAX. 7, 2, 2 si o. -isset aut necessitas incidisset. CVRT. 8, 6, 1 matura -it o. GAIVS dig. 39, 6, 31 pr. cum ... o. -it. *cf.* TAC. ann. 12, 50, 1 casum ... -isse. TERT. uxor. 1, 7 l. 17 *facultas*). CIC. off. 2, 74 sin quae necessitas ... alicui rei publicae -erit (HIPPOCR. aer. 17 [*gr. καταλάβῃ*]. GREG. TVR. Franc. 7, 31 p. 350, 10). SEN. contr. 1 praef. 4 quidquid -erit, adprehendam (SEN. epist. 70, 28. *cf.* benef. 4, 1, 3 si quid commodi forte -erit. epist. 72, 8 si quid -it [*antea*: quicquid ... fortuna proiecit]). SEN. dial. 10, 17, 4 omne ..., quod fortuito -it, instabile est (FIRM. math. 2, 28, 4 o., quae nobis -unt. *cf.* TAC. ann. 6, 7, 5 nobis pleraque digna cognitu -ere). epist. 90, 2 non -it *sapientia* (*antea*: inter fortuita non esse). GELL. 5, 6, 11 victoria (AVR. VICT. Caes. 31, 2). TERT. anim. 22, 1 per dei gratiam -it *potestas divinandi*. 27, 2 coniunctionis ... -entis per vitam utrique substantiae *sc. corpori et animae* (*antea*: disiunctio ... utrique substantiae accidit per mortem). cult. fem. 1, 5 l. 24 aestimandum est, unde -at tanta dignitas auro et argento (INSCR. Ephem. epigr. VIII 101 cui tam larga d. a cognat(is) -erat). adv. Marc. 5, 8 p. 598, 9 non ... postea -tura illi *sc. spiritus substantia Christo*. p. 598, 20 a Christo in caelum recepto charismata -tura. orat. 19 p. 192, 13 laetitia sive tristitia (*cf.* PAVL. NOL. epist. 27, 1 nobis ... plurima gaudiorum messis -it). praescr. 23 l. 5 *scientia* Paulo (*antea*: supervenire). resurr. 50 p. 103, 24 -it *dei regnum* resurrectioni. Ps. TERT. adv. Iud. 10, 4 quae praedicta sunt a prophetis ... ei *Christo* -tura. IREN. 2, 13, 3 (= 2, 15, 3 H.) quae -unt hominibus ad loquendum eos. FIRM. math. 6, 10, 9 id totum ... casu illis -erit. Ps. AVR. VICT. orig. 23, 1 secunda auspicia (*cf. l. 34*). AMBR. in psalm. 118 serm. 7, 6, 1 verbo tuo -it *spes* mihi. MAR. MERC. Conc.^{S} I 5 p. 64, 33 per beatam Mariam generi -erat *iustificatio*. *al.*

β de rebus adversis (*v. etiam l. 20*): PLAVT. Truc. 521 haud ab re ... tibi istic -it labos (*cf.* HIPPOCR. aer. 4 egritudines ... eis -unt [*gr. αὐτέοισιν ἐπιδημεῖ*]. THEOD. PRISC. eup. faen. 14 quibus ... vulneratio -erit. log. 118 pedum dolor [*cf. l. 37*]. *sim. al.*). CIC. Phil. 2, 83 id ... -it vitium, quod *eqs.* (*in divinatione ut*: LIV. 8, 23, 16 divinare ...., quid .... consuli vitii -isset). div. 2, 77 ne iuges auspicium -at (*cf. l. 26*). TERT. apol. 41, 4 ut omnes saeculi plagae nobis ... -ant. adv. Marc. 5, 14 p. 623, 22 cui mors -it propter delictum, id est corpori (resurr. 58 p. 118, 21 dolor et maeror et gemitus ipsaque m. MART. CAP. 5, 441 [*vix verba ipsius Ciceronis*] in Scauriana *oratione* tractatur, ex quibus causis m. -at repentina. CIL VIII 2904). Ps. TERT. adv. Iud. 10, 19 captivitas vobis et dispersio -it (*cf.* HESYCH. in lev. 19, 20 p. 1033^{C} ex -ente sibi servitute). Ps. AVG. quaest. test. II vet. 1 p. 420, 16 metuit, ne sibi aliquid -at peieranti. VICT. TONN. chron. II p. 195, 513 multa mala -erunt civitati. APON. 3 p. 59 nihil novi Christianus *spinarum aculeis vulneratus* sibi -isse opinetur. *de impedimento*: TERT. uxor. 2, 4 l. 7 si procedendum erit, numquam magis familiae occupatio -at.

γ de personis: PLAVT. Trin. 469 si ... ad cenam veneris atque ibi opulentus tibi par forte -erit (ut venerit *P*). SIDON. epist. 8, 3, 6 (*ad Leonem*) par saeculo meo per te lector -it.

b *de eis, quae sorte, lege, voluntate alicuius -unt* (lege *l. 61. 83*, ex lege *p. 311, 1*, iure *l. 83*; sorte *l. 54. 57. 63. p. 311, 1. 3*. Ps. ASCON. Verr. p. 212, 4, sorti *l. 67*, sors -it *l. 65*): *α res*: Ⓘ *munera, officia sim.*: LEX repetund. (CIL I^{2} 583) 68 *cum quaestori* aerarium provincia -erit (*al.* CIC. Verr. II 2, 17 ei sorte p. Sicilia -it. Phil. 3, 24. 11, 17 LIV. 7, 16, 3. 25, 13, 9. 33, 21, 9. *al.* VELL. 2, 18, 3 VAL. MAX. 6, 3, 3. *al.*). MET. NVM. or. frg. Prisc. gramm. II 382, 8 -enti magistratu. LEX Corn. (coll. Mos. 1, 3, 1) cui *iudici* sorte -erit quaestio (*cf.* TAC. Agr. 6, 4 iurisdictio). CAES. Gall. 2, 23, 1 his *militibus* ea pars *aciei* -erat (7, 28, 6 quae cuique civitati p. castrorum ... -erat. 7, 81, 6 ad defendendum [*var. l.* ven-]. LEX Iul. munic. [CIL I^{2} 593] 21 quoi *aedili* ea p. urbis h(ac) l(ege) -erit. *al.*). civ. 1, 6, 5 Scipioni -it Syria, L. Domitio Gallia (*cf.* SALL. Iug. 27, 4 Calpurnio Numidia, Scipioni Italia -it. *sim. al.*). LIV. 9, 31, 1 Iunio Samnites, Aemilio novum bellum ⟨in⟩ Etruria sorte -it (OROS. hist. 6, 2, 5). 30, 40, 13 *uti* cui *consuli* classis -isset, in Siciliam navigaret. 42, 31, 9 C. Lucretio Gallo, quo senatus censuisset, sors -it. TAC. hist. 5, 18, 2 custodia. *al.* LEX arae urb. (CIL VI 30837^{b}) 18 cui *praetori* haec regio sorti -erit. PAVL. dig. 4, 8, 32, 4 sacerdotio -ente. *al.* Ⓘⓘ *hereditates, legata sim.*: LEX agr. (CIL I^{2} 585) 23 quoi ... ab eo ... is ager ... testamento hereditati deditionive -it -eritv⟨e⟩ (VARRO rust. 1, 12, 2 si ... mi fundus h. -erit. CALL. dig. 6, 1, 50, 1). 32 ⟨quod ... agri eis ... testamento hereditate deditione ob⟩venit -eritve ([*eadem supplentur etiam ibid.* 15 *et* 17]. PLIN. nat. 17, 4 mihi h. -it *domus*. POMPON. dig. 23, 3, 65 legato aut h. SCAEV. dig. 48, 6, 2). S. C. de Asclep. (CIL I^{2} 588) 1 ⟨hereditates⟩ eis leiberisve eor⟨um -erunt *eqs.*⟩ (*gr. παρεγένοντο*. PLIN. epist. 3, 6, 1. 7, 11, 6. *et saepe*). POMP. TROG. Iust. 38, 5, 4 quae *Paphlagonia* ... hereditaria patri ... -isset (IVST. 37, 4, 5 h. patri ... regnum -isse). SEN. dial. 7, 21, 3 opes. PLIN. epist. 5, 1, 1 legatum (GAIVS dig. 6, 1, 20. *al.*). paneg. 40, 1 cuicumque modica pecunia ex hereditate alicuius -erit (GAIVS inst. 2, 100 ex testamento [PAVL. dig. 5, 3, 34 INST. Iust. 2, 9, 6]. CIL VI 13267 ex grado hereditar(io)). IAVOL. dig. 35, 2, 60 pr. quod ei legatorum nomine a patre -it (IVLIAN. dig. 30, 91, 7 vel hereditatis). VLP. dig. 50, 16, 130 lege -ire (*cf.* PAVL. dig. 17, 2, 3. 2 iure legitimo). INST. Iust. 3, 10, 2 extrinsecus. CAES. AREL. serm. 114, 2 in possessionem. *al.*

[Claassen]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

β personae: LEX Corn. (coll. Mos. 1, 3, 1) qui ei ex lege sorte -erint *iudices* (CIC. Cluent. 148). VAL. MAX. 6, 9, 6 moleste tulisse ..., quod sibi ... tam delicatus quaestor sorte -isset.

2 *latius sine respectu eius, cui aliquid -it, fere i. q. evenire, fieri, exsistere sim.*: **a** *-unt res*: TRYPH. dig. 27, 1, 45, 1 ob ... aliam *excusationem*, quae post -it. TERT. anim. 21, 2 hoc postea -it, cum *eqs.* adv. Marc. 4, 10 p. 447, 7 ex accidenti -it *appellatio filii hominis.* paenit. 1, 1 paenitentiam ... passionem animi quandam esse, quae -at de offensa sententiae prioris. PAVL. NOL. carm. 27, 473 si ... interdum -at (*var. ll.* ut veniat, subveniat) defectus aquarum. THEOD. PRISC. log. 54 si ... paralysis -erit (55). GREG. M. epist. 4, 11 p. 244, 8 de praeteritis reditibus sive de his quae nunc -ere vel -entibus. *al.* **b** *-unt personae*: TERT. adv. Marc. 4, 4 p. 429, 28 emendator ... evangelii ... Marcion ... primus -it. ILDEF. vir. ill. 2 Asturius post Audentium ... pontifex successor -it.

B *impersonaliter*: VAL. MAX. 1, 5, 3 cum ei sorte -isset (even- *var. l.*), ut *eqs.* (*antea*: evenit). IREN. 4, 32, 2 (= 4, 49, 2 H.) ut -it. MAR. VICTORIN. ad Iust. 8 p. 1003^{B} nec -it esse *eum*, qui ... proelium commoveret (*c. acc. c. inf.*, *item*: VIR. ill. 26, 4 cum utrique consuli somnio [somnium *Keil*] -isset eos victores futuros, quorum *eqs.*). SCHOL. Cic. Bob. p. 107, 3 quibus similiter -erit. IGNAT. Mar. Cass. 4, 1 -it ... mihi dicere, quia *eqs.* (*gr. ἐπέρχεται*).

II *respicitur notio veniendi, apparendi sim.* (*c. dat. l. 27. 29. 37 [v. etiam sub I]*, in *c. acc. l. 31. 40. 45 [alicui* in *aliquid l. 43]*, *c. abl. l. 33*, ad *l. 36*, super *aliquid l. 49*): **A** *-unt personae* (*c. notione adiuvandi l. 27*): LIV. 29, 34, 8 Masinissam ... hostem ad pugnam elicere iubet *Scipio* ...; se in tempore pugnae -turum. TERT. praescr. 23 l. 24 quia (*codd.*, quibus *Kroymann*) ... Paulus -erat (*antea*: ascendit in Hierusolyma). ITALA iud. 18, 25 (Lugd.) ne ... -ant tibi viri infesti animae (*gr. συν- vel ἀπαντήσωσιν*, *Vulg.* veniant ad te). IOH. BICL. chron. II p. 218, 589?, 2 (*de exercitu Francorum*) in Galliam Narbonensem -unt. INSCR. NSc. 1936 p. 96 cum ... -issent *decuriones* ordinis abendi causa. p. 105 cum ... pagani ... in ⟨e⟩pulo ... frequentes -issent. **B** *-unt res* (*c. notione transeundi l. 41*): **1** *corporaliter*: FRONTIN. aq. 91 (*textu ut vid. non sano*) -entibus *aquis* non succurrebatur. VVLG. III Esdr. 8, 9 -erat *scriptum* ab Artaxerxe ... ad Esdram (*cf.* CONC.^{S} I 5 p. 344, 40 opinor ... vestrae caritati eum libellum -isse [*gr. I 1, 4 p. 51, 14 ἐντυχεῖν τῷ βιβλίῳ*]). THEOD. PRISC. log. 64 cum ... de stomacho -erit *sanguis* (*antea*: emerserit, eruperit). IOH. BICL. chron. II p. 213, 573?, 1 thesauri *Aluini interfecti* ... in rei publicae Romanae dicionem -unt. **2** *incorporaliter*: ITALA Is. 65, 17 (Iren. 5, 35, 2) non erunt memores priorum, neque -et (*pro* -ent *sec. gr.*) eis in cor (*gr. οὐδ' ... ἐπέλθῃ*, *Vulg.* non ascendent super cor). I Cor. 10, 11 (Aug. c. Faust. 4, 2 p. 269, 10. *al.*) propter nos, in quos finis saeculorum -it (*gr. εἰς οὓς ... κατήντηκεν*, *Vulg.* in quos ... fines s. devenerint). PASCASIN. Leo M. epist. 3, 1 p. 607^{A} quod ... nono kalendarum Maiarum die ... dominica dies et luna decimanona -iret (*antea*: incurreret). VITA Amator. (BHL 356) p. 54^{C} causa malitiae super vos repente -it.

deriv.: obvenientia, obventicius, obventio, obventus.

obventīcius, -a, -um. *ab* obvenire, *cf.* ad-, conventicius. *i. q. fortuito (extrinsecus) obveniens, accidens sim.*: TERT. adv. Marc. 1, 22 p. 319, 4 omnia ... in deo naturalia et ingenita esse debebunt, ut sint aeterna ..., ne -a (obvenientia *R*) et extranea reputentur ac per hoc temporalia et aeternitatis aliena. 2, 3 p. 336, 25 bonitatem *dei* ... non utique repentinam nec -ae [bonitatis] nec provocaticiae animationis. 2, 3 p. 337, 6 nec poterit repentina vel -a et provocaticia reputari *bonitas dei* (2, 12 p. 352, 10 ipsam *b.* ingenitam deo et naturalem nec -am deputandam. *cf. l. 56*). CLAVD. DON. Aen. 3, 115 p. 279, 5 -am *civitatem* (*opp.* originalis). COD. Theod. 13, 5, 2 -as (*Meinardus*, -ndicias *trad.*) ... hereditates.

obventio, -ōnis *f.* *ab* obvenire. GLOSS. -o: *εἴσοδος ἢ* (*potius ἤ*) *λῆψις. ἐνοίκιον. προσαγωγή.* *i. q. pecunia obveniens, reditus* (*non nisi plur.*): VLP. dig. 7, 1, 7, 1 rei soli ... quicumque reditus est, ad usufructuarium pertinet quaeque -es sunt ex aedificiis ... quaecumque aedium sunt (14, 1, 1, 15 -es [*var. ll.* obvect-, vent-] et r. omnes. 27, 9, 5, 9 in r. spe atque -um [*var. l.* -vendit-]). 22, 1, 34 in legatis et fidei commissis et in tutelae actione et in ceteris iudiciis bonae fidei ...; hoc idem ... in ceteris -bus.

? **obventis** (obvenientes *vel* olescentes *coni. Heraeus*) crescentes GLOSS. V 529, 4.

obventus, *abl.* -ū *m.* *ab* obvenire. *i. q. actus obveniendi, interventus* (*consilio nocendi*): TERT. anim. 41, 1 malum ... animae, praeter quod ex -u spiritus nequam superstruitur, ex originis vitio antecedit, naturale quodammodo. *Claassen.*

obverbero, -āre. *ab* ob *et* verberare. *i. q. verberibus obdere, verberare*: **1** *proprie*: APVL. met. 7, 25, 1 viator ... me ... invadit et ... baculo ... -ans per obliquam ... me ducebat viam. 9, 9, 4 Philebum ... involant *equites* ... et ... interdum pugnis -ant. 9, 28, 2 sublato puero ferula nates eius -ans: ... inquit *eqs.* **2** *translate*: *i. q. obtrectare*: Ps. AMBR. paenit. 17 p. 990^{C} obtrectantis pharisaei murmur -at occultam mulieris cogitationem, sed manifestam fidem ... probatione collaudat. *i. q. offendere*: IVLIAN. Aug. c. Iulian. op. imperf. 2, 1 si aut ... negotium veritatis

tueri daretur facultas aut ... vel nullo imperitorum -remur tumultu. *Sz.*

? **obversātio**, -ōnis *f.* *ab* obversari. [*praeter necessitatem coni.* CIC. Mur. 49 *pro* observ-.] *i. q. actus obversandi, motus*: SEN. epist. 88, 26 cursus et recursus et quasdam *corporum caelestium* -es (*probabiliter Bonnet*, observ- *codd.*), per quas descendunt et adlevantur ac speciem interdum stantium praebent ..., colligit mathematicus.

obversio, -ōnis *f.* *ab* obvertere. *i. q. actus obvertendi*: **a** *de porrigendo*: HIER. in Is. 66, 5 l. 27 verberantem manum alterius malae -e confundi. **b** *de invertendo* (*dialect.*): AVELL. p. 244, 7 non omnia ... cum -e dicunt (p. 244, 9). p. 244, 17 -em, immo magis subversionem suscipientes age omnia ... confundamus (*gr. ἀντιστροφὴν ... καταστροφήν*).

***obversor**, -ātus sum, -ārī. *ab* ob *et* versari. *fictam, ni fallimur, formam act.* **obverso** (-are) *habent*: PRISC. gramm. II 396, 14 multa ... ancipiti terminatione in una eademque significatione protulerunt antiqui, ut ...-o et -or. GLOSS. (*v. infra*). sese -turos fore *p. 313, 14.* GLOSS. -o: *ἀντιστρέφω.* *legitur inde a* CIC. (*ter*), LVCR. (*bis*), BELL. Alex. (*semel*), LIV. [*confunditur in codd. e. g.* -atur *c.* oberratur LVCR. 4, 1062, *ceterum hic illic c.* advers-, *persaepe c.* observ-.]

i. q. in obtutu alicuius versari, oberrare sim.:

I *usu communi, sc. notione circumerrandi, circumvagandi, commorandi sim.*: **A** *de quibuslibet personis vel rebus* (*passim de speciebus in somniis apparentibus, saepe in imagine, per translationem plenam e. g. p. 313, 1*): **1** *indicatur, ubi circumerretur*: **a** *ante aliquem vel aliquid*: *α praep.*: ante: CIC. dom. 141 res ... publica, quamquam erat exterminata mecum, tamen -batur a. oculos extinctoris sui (Sest. 7 mihi a. o. -atur rei publicae dignitas [*c. dat. personae etiam*: LIV. 34, 36, 6 LVCIF. Athan. 1, 36 p. 130, 5]. LVCR. 4, 978 *rerum simulacra*. LIV. 2, 59, 5 mali non suspicionem modo, sed apertam speciem -ari a. o. VAL. MAX. 8, 1 absol. 3. CELS. 2, 7, 20 quaedam a. o. *aegrotorum* tamquam imagines. SIL. 9, 41 a. o. atque ora. IVST. 26, 2, 5). LIV. 41, 18, 11 dum incautius a. signa -atur *consul.* in *c. abl.* (*aliter l. 64*): IVST. 31, 2, 3 cum ... in oculis principum ... in foro ... -tus ... fuisset *Hannibal eqs.* (MARCELL. med. 20, 3 quibus *aegrotis* subito tenebrae -antur in o. *v. etiam l. 48*). *β dat.*: *rei*: CIC. Tusc. 2, 52 -entur species honestae (*i. fortium virorum*) animo (LIV. 1, 25, 3 nec his nec illis periculum..., publicum imperium servitiumque -atur a. futuraque ... deinde ... fortuna. VAL. MAX. 1, 7, 7 eadem a. *somniantis* ... -ta species est. 5, 3, 5 mors animis hominum. SEN. benef. 4, 20, 3 spes ... lucri. TAC. hist. 2, 80, 1 spes, timor, ratio, casus. *v. etiam l. 45 et cf. p. 313, 10*). LIV. 2, 54, 9 vestibulo (*vix abl. loc. ut etiam* 6, 16, 4. *cf.* 29, 24, 4 praetorio. PLIN. epist. 6, 16, 13 limini. paneg. 48, 4 foribus [SIDON. epist. 1, 5, 10]). 3, 5, 14 portenta ... -ta oculis (35, 11, 3 non animis modo, sed prope o. SEN. clem. 1, 1, 8 forma rei publicae. QVINT. decl. 260 p. 67, 27 ut o. vestris sordidati -rentur. PLIN. epist. 4, 17, 4. DECL. in Catil. 104 -tum *Catilinam* ... in perpetua custodia atque o. [*vix c.* in *coniung.*]. LACT. inst. 5, 9, 1 *iustitiam* -antem o. suis). 23, 27, 1 castris. *personae* (*v. etiam supra l. 29*): LIV. 2, 36, 4 aegro animi ... in somnis -ta species. 30, 32, 5 contemplantibus ... simul laeta simul tristia -bantur. SEN. contr. 1 praef. 5 -antia mihi et ... se ostendentia (TAC. ann. 3, 18, 4 m. ... ludibria rerum mortalium cunctis in negotiis -antur). SEN. dial. 11, 20, 1 nec quemquam ... ex liberis tuis frequentius tibi -ari. SCRIB. LARG. 6 (= MARCELL. med. 1, 6) quibus *aegrotis* subitae vertigines -antur. FRONTIN. strat. 1, 5, 16 cum ... omnibus -retur (*var. l.* adv-) Caudinae cladis exemplum. SVET. Aug. 94, 9 cuius *pueri* imago secundum quietem sibi -ta sit (Claud. 37, 2 s. ... eandem speciem ... noctibus -ari). PANEG. 2, 1, 4 adsistere -arique dicturo Catones ipsos et Tullios et Hortensios. LACT. inst. 2, 7, 20 Tiberio ... per quietem -tus esse Iuppiter dicitur. 2, 7, 22 medico ... Minervae species. BOETH. cons. 1, 3, 2 W. cuius *nutricis sc. Philosophiae* ab adulescentia laribus -tus fueram.

b *aliquo loco*: *α praep.*: BELL. Alex. 36, 4 paganos ... et oppidanos in his locis -ari (LIV. 33, 47, 10 in foro [38, 1, 8. *v. etiam l. 34*]. PANEG. 7, 12, 8 in longinquioribus terris ... -atur obscuritas. PROB. Verg. ecl. 6, 31 p. 334, 7 ut post mortem ... umbrae in hac -entur caligine. *v. etiam infra l. 69. aliter l. 48. 50. 76*). SEN. contr. 9, 4, 18 illum ... tristem circa coronam iudici -ari. SEN. dial. 3, 18, 2 extra causam -antibus commovetur *ira*. TAC. ann. 3, 37, 2 in urbe inter coetus et sermones hominum. SOL. 32, 31 per quas *harundines caesas* ... -atur *hippopotamus*. *β locat. vel abl.* (*v. etiam l. 43*): LIV. 31, 11, 7 magnam partem *perfugarum* ... palam Carthagini -ari. 34, 61, 4 Carthagine. *γ adv.*: LIV. 24, 23, 6 ubi ne suspecti -rentur *eqs.* OROS. hist. 3, 12, 30 miseranda ubique facies et atrocissimum miseriarum genus -batur.

2 *absolute*: LIV. 2, 36, 6 -tum totiens ⟨in⟩ somno Iovem. 24, 24, 2 dum ... -retur miles. 35, 15, 6 legatus ... ne ... incommodus -retur. 40, 7, 4 cum incautior -retur *speculator*. SEN. dial. 4, 25, 3 quid est ..., cur ... in rabiem agat ... -tus canis ...? PLIN. nat. 21, 178 species vanas imaginesque conspicuas -ari (24, 164 TAC. ann. 16, 29, 2. *cf.* PLIN. nat. 24, 164 -antibus miraculis). PLIN. epist. 5, 9, 2 sedebant iudices ..., -bantur advocati. AVIEN. orb. terr. 854 (*enumerantur gentes Taurum cingentes*) -atur ... trux Sarmata, bellica ... suboles. *tropice*: PLIN. nat. 24, 163 terrorem minasque serpentium -ari. TAC.

[Johann]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ann. 14, 10, 2 -batur ... maris ... gravis adspectus. *translate* (*alia v. sub 1 passim*): Liv. 6, 17, 4 non -tam esse memoriam noctis illius (Tac. ann. 14, 63, 2). Val. Max. 5, 6, 2 nullum ... pietate Curtii erga patriam clarius -atur exemplum. Tac. hist. 5, 17, 1 quocumque oculos ... intenderet, captivitatem, clademque et dira omnia -ari. ann. 15, 54, 3 cum ... immensa pecunia et potentia -bantur. Plin. epist. 2, 11, 12 -batur ... causae difficultas.

B *singularia*: **1** *de sono*: Lvcr. 4, 1062 si abest, quod ames, praesto simulacra tamen sunt illius et nomen dulce -atur ad auris. **2** *pro subi. est enunt.*: Sidon. epist. 3, 2, 3 -atur ... mentibus singulorum, quod ... abrupisti tot repagula.

II *significantius, sc. notione se aliquo convertendi, obviam progrediendi sim.*: Decl. in Catil. 117 supplices ac congratulantes ... ad genua ... sese -turos (*var. l.* prosternentes) fore *matronas et liberos*. Itin. Alex. 35 Alexandro venienti -ari decreverant *indigenae*. Mart. Cap. 6, 675 (*in descriptione terrae*) Aegyptus introrsum ad meridiem tendit, donec a tergo Aethiopes -entur.

deriv.: ? obversatio.

compos.: circumobversor.

1. obversus, -a, -um *v.* obvertere.

2. obversus *adv. ab* ob *et* versus *sec.* adversus; *cf.* obvertere, 1. obversus *nec non* obversari. [*in var. l. p. 314, 36. 37. 39.*] *i. q. adversus*: Rvfin. apol. adv. Hier. 2, 37 numquid maledictionem consecutus fores, si -s incedens levi palliolo rescripti tui contexisses opprobrium nostrum ...?

? **3. obversus** *praep. v. p. 314, 33.*

***obverto**, -tī, -sum, -ere. *ab* ob *et* vertere. *scripturam* ovvert- *testatur* Mar. Victorin. gramm. VI 19, 6. Gloss. -o: in aliam partem verto. -it: convertit. *legitur inde a* Plavto (*bis*), *singulis locis ap.* Trag. inc., Sisennam, Cic. Arat. *et in* Bell. Afr., *bis ap.* Lvcr., *saepius ap.* Verg., Ov., Liv. [*confunditur in codd. passim c.* ab-, ad-, convertere *et c. simplici, praeterea e. g. c.* observ-. *loco manco*: Plavt. Cas. 923. Tac. ann. 16, 35, 2 -sis (conv- *L*) in Demetrium ⟨...⟩.]

i. q. adversus aliquid vel aliquem vertere, convertere, flectere sim. (*indicatur, quo -atur, per dat. passim inde a* Plavto [*v. e. g. l. 45*], *acc. directionis p. 314, 30. 60, praep.* ob *l. 52*, in *c. acc. inde ab* Ov. [*v. e. g. l. 53. p. 314, 25. 45*], ad *inde a* Liv. [*v. e. g. l. 59. p. 314, 27. 51*], adversus *p. 314, 30, c. adv.* eodem *l. 67*, huc *l. 67*, illuc *l. 67* introrsus *p. 314, 60*, invicem *p. 314, 58. 74*, paulum *p. 314, 70*, quo *l. 65*, quocumque *l. 64*):

I *transitive* (*v. etiam p. 314, 17. vi causativa q. v. l. 55*):

A *usu communi* (*fere vi locali, in imagine e. g. l. 59. 60*, -ere mentem *l. 66*, audaciam *l. 58*): **1** *indicatur, quo*: **a** *dat.*: Plavt. Pseud. 1021 ne in re secunda ... mihi -at cornua. Verg. georg. 2, 271 terga -erit *vitis* axi *i. polo arctico*. Aen. 6, 3 pelago proras (Gloss. IV 455, 45 *ad l.*: ita dirigunt naves, ut ad pelagus proras prospiciant. *cf.* Arvs. gramm. VII 496, 13 [*inter* exempla elocutionum] -o navem loco [*affert* Verg.]). Ov. met. 11, 475 -it lateri pendentes navita remos. Itala Matth. 5, 39 (Tert. patient. 8 p. 13, 9) verberanti te ... etiam alteram genam -e (*gr.* στρέψον αὐτῷ, *Vulg.* praebe illi. *cf. l. 75*). **b** *praep.*: Trag. inc. 94 quem aspectabant, cuius ob os ... ora -bant sua. Ov. met. 12, 467 faciem ... -sus in agmen utrumque arma ... concussit (12, 605 arcus -it in illum. Liv. 9, 35, 2 signa in hostem. Val. Max. 9, 14, 1 quocumque ... accesserant, ora hominum in se -bant. Cvrt. 8, 4, 5 nec ... destinare, in quam regionem -rent *pugnantes* corpora. Rvfin. Orig. in exod. 12, 2 terga in faciem legentis. *translate*: Ps. Vigil. Thaps. c. Arian. 1, 12 p. 194^{C} audaciam suam in ... calumniae -ere quaestionem). Sol. 10, 1 (*in imag.*) nunc ... locus ... ad ... Europae gentes vela -ere (Rvfin. hist. 7, 24, 3 [*in imag.*] ad ... Nepotem stilum suae intentionis -it *Dionysius* [*gr. πρὸς δν ... ἐνίσταται*]. Ps. Rvfin. Ios. bell. Iud. 2, 11 p. 672 posteriora sua -it ad faciem Iudaeorum [*gr. 2, 224 προσαπέστρεψεν τοῖς Ἰουδαίοις τὴν ἕδραν*]). **c** *adv.*: Lvcr. 4, 166 speculum quocumque -imus oris (*v. app. crit.*), res ibi respondent simili forma atque colore. Ov. met. 2, 470 quo simul -it saevam cum lumine mentem (*i. fere 'vultum'*), ... dixit *eqs.* Cvrt. 4, 15, 1 eodem suum *agmen*. Prvd. psych. 192 huc illuc frendens -it *equus* terga.

2 *absolute*: Verg. Aen. 3, 549 cornua velatarum -imus antemnarum (Clavd. Don. *ad l.* p. 336, 26 -imus velatas antemnas, ut cursum navibus mutaremus. *in navigatione etiam*: Ov. met. 3, 676 obstantes ... vult -ere remos. Clavd. Don. Aen. 10, 290 p. 331, 17 proras [*Verg.*: advertit]. *v. etiam l. 46. 49. 60. p. 314, 9*). Liv. 27, 18, 16 flectere cornua *aciei* et -ere ordines. Stat. silv. 5, 1, 174 illum *maritum* ... circumdat *Priscilla* ... ulnis immotas -sa genas (*cf. l. 51*).

B *singularia*: **1** *fere i. q. in contrarium vertere, invertere*: Cic. Arat. 132 cum coeptant tutos contingere portus, -unt navem ... nautae adversamque trahunt ... ad littora puppim: sic conversa ... Argo *eqs.* (*gr. 345 ἐπιστρέψωσι κορώνην*). Ps. Rvfin. Ios. bell. Iud. 6, 1 p. 772 si quando ... ex utraque parte appetebatur ..., -bat socios suos (*gr. 5, 22 ἀντέστρεφε*). Avell. p. 244, 13 ut dicerent 'hoc quod ante saecula est, factum est in ultimis' ..., deinde -rent, quod et hoc, quod est in ultimis, ante saecula est. **2** *fere i. q. obtendere, opponere*: Tert. resurr. 43 p. 88, 26 exhortatio fastidiendae vitae huius -itur. Rvfin. Orig. in Rom. 2, 13 p. 909^{A} huic ... moleste persistenti -imus et nos illud, quod ... propheta dicit: *eqs.*

II *mediopassive* (*ambigue e. g. l. 5. 7.* -sus *v. l. 16*):

A *proprie*: Sisenna hist. 20 sicut steterat, manipulos -i iussit (*inf. item*: Liv. 6, 24, 7 circumagi signa -ique aciem ... in hostem. Cvrt. 4, 15, 21 ni equites ... aversos *barbaros* ... caedendo in se -i coegissent. Plin. nat. 14, 133 latus cellae vinariae aut certe fenestras -i in aquilonem oportere). Ov. epist. 18, 191 caeruleas quotiens -or ad undas. Avson. 417, 128 p. 282 P. prora -itur (*var. l.* adv-) amni. *fere pro obversari*: Epit. Alex. 112 vis veneni linguam debilitabat tenebraeque oculis -bantur (oberrabantur *E*, -versabantur *Thomas*).

B *translate fere i. q. se opponere*: Stat. Theb. 11, 484 quid belli -eris ausis ...?

III *reflexive* se -ere: Ov. met. 5, 231 ad quam *Medusam* se trepido Phineus -erat (*var. l.* conv-) ore.

p. p. p. **obversus**, -a, -um (*genere verbi maxime aut mediopassivo aut indifferenter usurpato. vis transitiva servari videtur e. g. in abl. absol. sim. l. 50. 71. 72*; -us *aliquid v. p. 313, 53. 75*): **A** *usu communi* (*fere vi locali, translate vel in imagine infra l. 28. 38. 59*): **1** *de animantibus*: **a** *indicatur, quo*: Bell. Afr. 71, 1 Caesar ... copias ... condocefacere, ... quemadmodum -i adversariis (*sic edd. inde ab Aldina*, -os *codd.*) ... resisterent (*c. dat. etiam*: Stat. Theb. 8, 485 hunc turmis -um ... adgreditur. 9, 112 in ... eadem sese vestigia semper -us cunctis profert recipitque *Hippomedon pugnans*. Mart. Cap. 6, 605 nobis -i antipodes). Liv. 6, 7, 3 ante signa -us in aciem, ordines interequitans: '*eqs.*' (Tac. ann. 4, 28, 3 reus ... -us in filium ... vocare ultores deos). Sil. 10, 110 -am spectans *aquila* ora ad Phaethontia prolem (Tac. hist. 3, 83, 1 [*transl.*] milite ad sanguinem et caedes -o. ann. 4, 54, 2 -us ad matrem ... ait *eqs.*). Flor. epit. 1, 22, 16 Romanis adversus haec omnia -is. Apvl. met. 2, 28, 5 tunc orientem -us incrementa solis augusti tacitus imprecatus ... studia praesentium ad miraculum ... adrexit (*v. etiam infra l. 60 et cf. l. 53; at sunt qui praep.* obversus *c. acc. sec.* versus *accipere malint, propter enuntiati structuram non sine quodam iure*). **b** *non indicatur, quo*: Verg. Aen. 9, 622 nervo (*abl.*) ... -us equino contendit telum. Plin. nat. 8, 166 equas favonio flante -as (*var. l.* -us) animalem concipere spiritum. 9, 175 refugere *pisces* in suas cavernas et in his -os (*var. l.* -us) stare. Tac. hist. 3, 11, 4 (*transl.*) -is militum studiis. Cypr. Gall. gen. 128 deiectos ... procul sacratis dimovet hortis -osque (-usque *G*) locat *sc. deus primos homines* (*Vulg. gen. 3, 24* collocavit ante paradisum). num. 600 -us et instans cornipedem terret *angelus* (*Vulg. num. 22, 22/23* stetit ... contra Balaam; angelum stantem in via). *pl. masc. pro subst.*: Tac. ann. 12, 14, 2 profligatis -v⟨er⟩sis (obusis *ML*, obviis *Andresen*).

2 *de rebus*: **a** *indicatur, quo*: Ov. fast. 5, 381 Pelion Haemoniae mons est -us in austros (Liv. 44, 11, 3 -a *Cassandrea* in regionem Magnesiae duobus ... promunturiis. Sen. nat. 1, 17, 1 inquirant *philosophi*, quid ita facies nostra nobis et quidem in nos -a reddatur *speculo*. Mela 1, 109 in Caspium pelagus -i *montes*. Plin. nat. 17, 23 in aquilonem -as vites et arbores poni. Tac. hist. 4, 16, 3 haud procul a ... Rheno et -is in hostem navibus. ann. 4, 67, 2 aestas [*i. insula aestate*] in favonium -a). Liv. 2, 10, 5 -is comminus ad ineundum proelium armis ... miraculo audaciae obstupefecit hostes (Colvm. 9, 7, 5 domicilia *apium* ... -a ... ad hibernum orientem componi debebunt). Sen. Phaedr. 932 orbem ... nostris pedibus -um *sc. antipodas* (*c. dat. etiam*: Plin. nat. 3, 8 Atlantico oceano -a *ora*. 6, 164 fauces ... hiberno orienti -as. Sol. 38, 10 occidenti. 52, 50 soli. 56, 10 [*inde* Mart. Cap. 6, 702] promuntorio. Pallad. 3, 18, 2 partes notentur, quibus -ae steterant *plantae*. Oros. hist. 6, 11, 9 colles sibi invicem -os. *v. etiam l. 47*). Sen. dial. 1, 6, 5 (*transl.*) non fulgetis extrinsecus, bona vestra introrsus -a sunt. Colvm. 8, 3, 1 frons *cellarum* orientem sit -a (*cf. l. 30*). **b** *non indicatur, quo*: Lvcr. 2, 807 cauda ... pavonis, larga cum luce repleta est, ... mutat ... -a *sc. luci* colores. Fest. p. 213 Pectuscum Palati dicta est ea regio urbis, quam Romulus -am posuit. Germ. 28 -a refulgent ora feris *i. ursis*. Sen. apocol. 7 (*vers.*) iugum, quod Phoebus ortu semper -o videt. Stat. silv. 3, 2, 94 omnia Chalcidicas turres *i. Neapolim* -a salutant. Cypr. Gall. gen. 173 aedibus (*? i. horto Eden, cf. Vulg. gen. 4, 16*) -is. exod. 419 Magdala tellus ... -o confinis Bellisephoni (*Vulg. exod. 14, 2* quae est ... contra Beelsephon). num. 187 -o de cardine respicit auster. Sidon. carm. 22, 153 (*describitur domus*) -is paulum ... cornibus alae. Clavd. Mam. anim. 3, 10 p. 171, 14 tramites ... -o poste claudere. Pass. Theclae epit. IV 3 p. 152, 10 leaena sedente supra se virgine -o capite lambebat pedes eius.

B *usu singulari fere i. q. contrarius*: Apvl. flor. 18 p. 89 sophistarum argumenta -a invicem. Clavd. Mam. anim. 3, 12 p. 176, 9 quid -um vero quidve diversum.

deriv.: obversio. *Johann.*

obvia, (-ae) *f. ab* in obviam *sim. fictum, cf. p. 317, 9 et var. lect. p. 317, 12.* Gloss. II 233, 3 *ἀπαντή* -a. 463, 22 *ὑπαντή* -a.

***obviam** *adv. ex* ob viam. *scrib.* ob(b)i- *e. g.* Itala psalm. 151, 6 (Veron.). Ioh. 12, 18 (gat.; *ibid. 11, 20* obiavit) *et in var. l. saepius, maxime* Vvlg. ov(v)i- *e. g.* Itala gen. 29, 13 (Lugd., *qui ubique hanc formam adhibere videtur*). exod. 18, 7 (Monac.). Ioh. 12, 13 (cod. r). *cf. p. 319, 19. de notione*: Pavl. Fest. p. 147 '-m' ad viam. Char. gramm. p. 271, 1 B. '-m' pro 'obvius' (*afferuntur exempla iunc-*

[Hermans-Ehlers]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

turarum q. s. -m esse, venire, fieri; *cf.* ASPER *p. 316, 37*). GLOSS. *ἀπαντη⟨τι⟩κῶς. εἰς ὑπαντήν. ἐξ ἐναντίας.* *legitur inde a* NAEV., PLAVTO, ENN. scaen., TER. *aliisque scaenicis*, CATONE (*certis exemplis l. 20. p. 316, 22*); *in dactylis substituitur* obvius. [*pedem.* obya; *sard. centr.* obia, *sept.* ávia. *cf. M.-L. 6026. Wagner II 181. G.*]

fere i. q. adversum (*tam in neutram quam in bonam vel malam partem; vix recte trad.* -m contra CAES. Gall. 7, 28, 1 [c. *om. U, del. Faernus; aliter p. 319, 33*]): **I** *ponitur per se* (*saepe accedit dat., ?gen. sec.* in -m *p. 316, 68*): **A** *iuncturae verbales* (*in prosa* -m *antecedere solet; sequitur e. g. in* CIC. *orationibus bis tantum* [fit -m *p. 316, 24. 25; antecedit 17ies*], *ap.* SALL. *nonnisi* Iug. 14, 25 [*antecedit 14ies*], *ap.* LIV. *11ies* [*antecedit 81ies*]): **1** *cum verbis motum significantibus*: **a** *variis*: NAEV. carm. frg. 44 censet eo venturum -m Poenum (PLAVT. Epid. 165. *al.* TRABEA com. 4 TER. Eun. 843 SISENNA Miles. frg. 5 QVADRIG. hist. 57 CIC. Verr. II 5, 129. *et passim*). PLAVT. Cas. 618 cui ... -m eveniant morae. Men. 1057 praecucurristi. Pseud. 1242 deferam *minas*. CATO or. frg. 1, 12 (43 M.) exercitum -m duci (*Paul. Fest.*, obvium [*cf. p. 320, 58*] *Fest. et edd. incertum an recte. huc potius pertinet etiam* LIV. 21, 50, 7 classem ornatam -m duxit). orig. 83 imperator Poenus ... -m Romano exercitu progreditur (LIV. 7, 10, 12 [prae- *var. l.*]. 24, 36, 6. *al.* SVET. Claud. 24, 3. GELL. 9, 11, 6 *ex libris annalibus*. AMM. 29, 5, 46). TER. Hec. 359 pueris curre ... -m ([DON.: p. occurrere]. VVLG. gen. 29, 13. *cf. p. 320, 33*). Haut. 249 abi ... illis -m (VVLG. I Macc. 5, 39; *gr. ἐπορεύθη ... εἰς συνάντησιν*, rec. L in -m, rec. B prodivit ... -m). Eun. 256 concurrunt. Ad. 311 (*vix ad* obvius *p. 320, 52*) familiam dari mihi -m. GRACCH. or. frg. Gell. 10, 3, 5 advenit. RHET. Her. 4, 51, 64 illi -m pergam (CAPITOL. Max. Balb. 2, 5 LACT. mort. pers. 45, 7 HIL. ad Const. 1, 6, 2 DICT. 2, 32. 3, 7. *al.*). CIC. Verr. II 2, 65 mihi -m ... processerunt (Sest. 68 Phil. 2, 78. 106. *al.* GALBA Cic. fam. 10, 30, 1 HIRT. Gall. 8, 51, 3. SALL. Iug. 53, 5 instructi ... -m procedunt [obvius *quater*]. LIV. 6, 25, 7. *al.*). 2, 172 ut huic ... -m prodirent (Mur. 68. 73 Phil. 2, 58 *et saepius in epistulis*. BELL. Alex. 58, 4 SVET. Tib. 72, 1. *al.*). Planc. 96 (*an ad* obvius *p. 319, 24?*) cum ... paene insula mihi sese -m ferre vellet (IVST. 5, 4, 14 AMM. 22, 8, 14). Att. 3, 8, 1 illi -m misimus ..., ut ... veniret (6, 7, 2 litteras [*cf. p. 320, 46 et* fam. 2, 12, 3 epistulas]. 12, 5, 4 Tironem. *al.* SALL. Iug. 106, 1 R. GEST. div. Aug. 12 LIV. 10, 12, 2. 21, 9, 3. *et saepe*). fam. 12, 23, 2 Brundisium erat profectus -m legionibus (CAES. Gall. 7, 12, 1 BELL. Afr. 88, 7 LIV. 22, 11, 5. *al.*). CAES. civ. 1, 18, 2 -m ... Antonio exierunt (LIV. 8, 12, 1. 35, 4, 2. 42, 1, 7 [obvius *semel*]. SEN. nat. 6, 32, 12. *al.*). NEP. Alc. 6, 1 descendisset. LIV. 1, 15, 3 -m egressi, ut ... acie decernerent (3, 26, 11. *al.* CVRT. 5, 1, 19. *et saepius*). 2, 50, 4 acta *pecora*. 5, 23, 4 ordinibus -m effusis (7, 36, 7. *al.* VELL. 2, 45, 5. 2, 112, 4 PANEG. 5, 8, 1). ASCON. Mil. p. 33, 9 contendisse. *al.* *c. praeverbio* ob-: PLAVT. Amph. 985 qui -m obsistat mihi (Capt. 791 obstiterit. *cf. p. 316, 43*). Asin. 404 quisque -m huic occesserit irato (412. Pseud. 250 [acc- *codd., item* Trin. 1138]. Stich. 672). Epid. 214 *meretrices* -m ... occurrebant ... amatoribus (POMPON. Atell. 125 LIV. 4, 40, 3. IVST. 1, 6, 13 [*inde* OROS. hist. 1, 19, 9]. HIER. epist. 39, 3, 2 PAVLA *ibidem* 46, 13, 1 SYNON. Cic. p. 422, 21. *cf. p. 316, 71*). Pseud. 592 qui oculis meis -m ... obicitur (LIV. 22, 6, 4 se ... obiecerat). ENN. scaen. 136 ut ... liberi ... morti occumbant -m. TER. Ad. 322 (*locus ne Sostrata quidem compellata ad* obvius *pertinere vid.*) opportune te obtulisti mi -m (SVLP. SEV. chron. 1, 45, 1. *cf. p. 317, 7*). *vix constat de* TER. Phorm. 52 -m conabar tibi (DON.: 'conabar' absolute [*probatur vol. IV 349, 61*]. an *ἔλλειψις* est, ut desit 'ire'?).

c *spiritualiter*: Plin. epist. 5, 8, 1 *historiam scribam*, quia mihi pulchrum in primis videtur non pati -ere, quibus aeternitas debeatur, aliorumque famam cum sua extendere. Lact. inst. 2, 9, 5 quod homines faciat -ere atque perire peccatis *diabolus*. Prvd. c. Symm. 2, 184 *deus* negat interitura meorum per mortem monumenta operum: 'non -et', inquit, 'interior qui spirat homo *eqs.*' Pavl. Nol. carm. 15, 25 te mala nostra abolente -imus mundo, nascamur ut in bona Christo (*cf. epist. 40, 11 p. 355, 8* morimur peccatis).

2 *exolescentibus* (*cf. p. 350, 8*): Cic. phil. frg. I 9 ne genus humanum temporis longinquitate -ret ([*Xen. oec. 7, 19 τοῦ μὴ ἐκλιπεῖν ζῴων γένη*. g. humanum *etiam* Lvcr. 2, 174 Lact. inst. 2, 10, 24]. Ps. Apvl. Ascl. 4. CE 1560 B, 2 [*s. IV*] flende iaces in Basso iterum defuncte Catervi: -dit ore genus, nomine posteritas). Verg. *p. 350, 28*. Ov. met. 1, 240 -dit una domus (*i. gens Lycaonis*), sed non domus una perire digna fuit. Sen. Oed. 110 -is, Cadmi generosa proles, urbe cum tota. Plin. nat. 10, 186 adhuc latet, quonam modo illa multitudo (*sc. murium, qui messes populati sunt*) repente -at (*ἀφανισμόν dicit Arist. hist. an. 6, 37 p. 580 b 21*).

B *de rebus*: 1 *variis*: a *incorporaliter*: Plavt. Most. 350 -dit spes nostra, nusquam stabulum est confidentiae (Hor. carm. 4, 4, 70 -dit, -dit s. omnis et fortuna nostri nominis Hasdrubale interempto). Truc. 456 dolus ne -at morte pueri. Cic. carm. frg. 33, 27 B. (Tusc. 2, 21 *sec. Soph. Trach. 1075*) ecfeminata virtus *Herculis* adflicta -dit (Lavs Pis. 27 Homer. 92. CE 69, 2 pueri v. indigne -dit). Sull. 88 omnia . . . amissa sunt, omnia generis, nominis, honoris insignia atque ornamenta unius iudicii calamitate -erunt. Mil. 100 vos . . . obsecro . . ., ut vestra beneficia . . . aut in huius salute augeatis aut in eiusdem exitio -sura esse videatis. Phil. 14, 35 nomen populi Romani (leg. 1, 34 amicitiae. Novell. Theod. 1, 3 latoris). Brut. 94 videtur Laeli mens spirare etiam in scriptis, Galbae autem vis -isse (*cf.* Ov. trist. 1, 6, 32 si quid et in nobis vivi fuit ante vigoris, extinctum longis -it [excidit *pars codd.*] omne malis). leg. 2, 11 ut, quod est rectum verumque, (aeternum quoque) sit neque cum litteris, quibus scita scribuntur, aut oriatur aut -at. 2, 48 ne morte patris familias sacrorum memoria -ret (Lael. 104). parad. 27 mos patrius -erat (Colvm. 12 praef. 10 cum . . . non solum exoleverit, sed etiam -erit . . . matrum familiarum mos). Tusc. 1, 109 vita -ens (*cf. p. 348, 44*). Cato 76 studia -unt (Qvint. decl. 316 p. 245, 11 hae amicitiae, hae propinquitates, . . . haec s. laudesque . . . -ent atque labentur). nat. deor. 1, 11 non . . . hominum interitu sententiae quoque -unt (*cf.* Cod. Theod. 4, 8 [9], 5, 2 -unt cum personis delicta). ad Q. fr. 3, 5, 4. Pvblil. B 28 bene cogitata si excidunt, non -unt (*cf.* Greg. Tvr. glor. mart. 4 p. 489, 30 aeternitatis bona nullo -sura fine perfruetur). Lvcr. 2, 790 causa . . . -dit. Stat. Theb. 12, 819 livor -et. Mart. 6, 85, 7 (*de Camonii Rufi morte*) heu qualis pietas, heu quam brevis -dit aetas (*cf.* Qvint. inst. 6 prooem. 10 [*de filio mortuo*] celerius -ere festinatam maturitatem). Decl. in Catil. 28 famam . . . neque temere umquam nasciturum esse neque temere -suram. *al.* *per oxymoron*: Sacr. Leon. 1137 *in resurrectione Christi* mors -dit redemptorum et orta est vita credentium.

b *corporaliter*: *α de igne, undis*: Lvcr. 1, 668 -et ad nihilum . . . funditus ardor *ignis* (*cf.* Sen. Oed. 308 subito refulsit lumine et subito -it *flamma*. Petron. 22, 6 tricliniarches . . . lucernis -entibus oleum infuderat. *v. etiam p. 348, 80*). Stat. silv. 5, 4, 5 -dit horror aequoris et . . . maria . . . quiescunt. *β de herbis sim.*: Verg. ecl. 4, 24 -et et serpens et fallax herba veneni -et; Assyrium volgo nascetur amomum. Plin. nat. 17, 95 (*de arboribus*) quae cito -unt, velocia sunt. Min. Fel. 34, 11 flores -unt et revivescunt. Avg. gen. ad litt. imperf. p. 485, 3 quae *res* (*sc. herbae, arbores sim.*) cum oriantur et -ant, seminis successione propagantur. Ps. Apvl. herb. 130 l. 9 id, quod viderit *serpens*, arescit et -it. *per comparationem*: Plavt. Pseud. 39 quasi solstitialis herba . . . fui: repente exortus sum, repentino -di. Priscill. tract. 3, 59 (*ad Matth. 13, 39 sq.*) ut, nisi sub cauto messore, cum zezaniis frux periret et bona faceret *diabolus* -ere cum pessimis. Amm. 22, 12, 3 eum . . ., velut luxuriantes ubertate nimia fruges, bonis suis . . . -surum. *γ de flumine in mare effuso*: Ivl. Hon. cosmogr. A 20 (*cf.* B) fluvius Tagus nascitur in campis Hispaniae, -it in oceanum occidentalem (in oceano occidentali *B ter et* Cosmogr. 1, 20 p. 81, 33). *dub.*: CE 266, 3 *aqua* hinc oritur pergitque fluens, deinde -et in se (*huc trahere vid. Bücheler, 'sub terram' explicat M. Haupt ad* CIL VI 555).

2 *-it res publica sim.*: Cic. dom. 96 rem . . . publicam concidere unius discessu quam omnium interitu -ere malui (p. red. in sen. 18 fam. 4, 1, 1. 4, 5, 5 cum res p. -ret, vita excessisse *Tulliam*). Verg. Aen. 12, 828 -dit -eritque sinas cum nomine Troia (*item de Troia* Sen. Tro. 6 columen eversum -dit pollentis Asiae. *cf.* Val. Max. 5, 6 ext. 1 cuius *Codri* interitu ne Athenae -rent effectum est). Liv. 1, 48, 8 iusta ac legitima regna (Sen. Ag. 912). 5, 42, 4 spectaculum . . . -entis patriae.

C *de quibuslibet mundanis* (*in sententiis vel doctrinis de mortalitate, pernicie sim. omnium rerum prolatis*): Pacvv. trag. 92 omnium . . . idem *aether* est pater, indidemque eadem (ae)que oriuntur de integro atque eodem -unt. Cic. orat. 10 Plato eas . . . *ἰδέας* gigni negat . . ., cetera nasci -ere, fluere labi, nec diutius esse uno et eodem statu. rep. 6, 27 quodsi numquam oritur *principium*, ne -it quidem umquam. *al.* Lvcr. 3, 942 rursum quod pereat male et ingratum -at omne (*937* ingrata interiere). Sall. Iug. 2, 3 omnia . . . orta -unt et aucta senescunt. Plin. epist. 2, 10, 4 cetera fragilia et caduca non minus quam ipsi homines -unt desinuntque. *et saepius.* *n. pl.* -entia *pro subst.*: Apvl. mund. 23 pars gignentium, alia adolescentium, cetera -entium vices sustinent sorsque nascentium obitorum loco pullulat et -entium numerus nascentibus locum pandit (*gr. φθοραί*). Boeth. cons. 4, 6, 18 W. eadem *series* nascentia -entiaque omnia . . . renovat.

III *fere i. q. procidere, cadere* (*ambigue c. colore desciscendi p. 348, 47*): A *-unt animantes*: Plavt. Amph. 1066 'exsurgite' inquit *vox divina*, 'qui terrore meo -istis prae metu'; ut iacui, exsurgo. Ov. Pont. 1, 4, 15 -et, ad circi si quis certamina semper non intermissis cursibus ibit, equus (*cf. trist. 4, 8, 19* ne cadat . . . equus). Liv. 21, 35, 12 *ut* alii . . . super alios et iumenta in homines -rent (succiderent *Madvig*). Sil. 4, 591 Ligus -it arvis; sed proiecta viri lymphis fluvialibus ora sanguineum hauserunt . . . amnem.

B *-unt res*: 1 *corporaliter*: Liv. 23, 24, 7 Galli arbores ita inciderunt, ut . . . momento levi impulsae -rent (inciderent *C, cf. 9*; conciderent *Gronovius, alii aliter*). Sen. Med. 886 per omnem regiae partem furit . . . ignis: iam domus tota -it (*aliter p. 350, 69*). benef. 5, 8, 4 in orbe ac pila nihil imum est, nihil summum . . ., quia motu ordo mutatur et quae . . . -bant, oriuntur (*nisi potius ad p. 348, 56 trahendum*). Prob. Verg. georg. 2, 478 terrae . . . tremoris tres causae sunt; . . . igni, quem inesse Aetna terrae docet, exusta -unt cumque iis [s]onus ipsorum (*sc. superiorum*) subsidit. 2 *incorpora-*

[Baer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

liter: ITALA Luc. 1, 12 (Petr. Chrys. serm. 86 p. 443C) Zacharias turbatus est et pavor -dit super eum (*gr. ἐπέπεσεν, Vulg.* inruit).

-ere facere *i. q. perdere*: LACT. *p. 349, 59.* PRISCILL. *p. 350, 37.* *part. praes.* ***occidēns,** -entis *pro subst. vel adi.*:

I -s (*sc. sol*) *m. pro subst.: fem. l. 12 in versione ad verbum facta et* CHRON. Gall. chron. I p. 648, 22 *cod. L.* *plur.*: EXPOS. mundi 8 venientibus ad -es (*gr. δύσεις subesse coniecit Klotz, Philol. 65, 1906, 123*). ORIG. in Matth. ser. 47 p. 96, 11 si oportet . . . quaerere, quod non singulariter dicta est oriens neque singulariter -s, sed ita: ʻab orientibus usque ad -esʼ (Matth. 24, 27, *ubi gr. ἕως δυσμῶν*, ITALA cod. a *al.* = VVLG. u. in -em), dicemus, quoniam una oriens et una -s (*gr. μία δύσις*) *eqs.* NOT. Tir. 68, 93 (*post* oriens). *de notione*: MELA 1, 3 quo demergitur *sol*, -s vel occasus *nuncupatur*. AVG. in psalm. 95, 15 *δύσιν* -em *dicunt Graeci.* serm. 120, 2 *sol* quia in -e est, quando occidit ad -em, fecit -em vocari. ISID. orig. 3, 42, 2 (= 13, 1, 4) -s, quod diem faciat occidere atque interire; abscondit enim lumen mundo et tenebras superinducit (*ex* LACT. *p. 352, 38*). GLOSS. *δύσις*. -em: *δυσμήν*. *distinguitur* -s hibernus (*v. vol. VI 3, 2687, 68 sqq.*), aequinoctialis (*v. vol. I 1009, 62 sqq.*), solstitialis (SEN. nat. 5, 16, 5), aestivus (COLVM. 1, 6, 2 PLIN. nat. 6, 57 SERV. auct. Aen. 8, 710). *per polyptoton* HIER. in Ezech. 27, 9 in -em -is (*LXX ἐπὶ δυσμὰς δυσμῶν, hebr. et Vulg. aliter. cf.* HIER. *ad l.* p. 251B quomodo dicitur ʻcanticum canticorumʼ . . ., sic appellatur ʻ-s -isʼ, ut magnitudinem occidentalium partium significet). *legitur inde a* CIC.; *dactylis non convenit, ceterum in poesi exstat singulis locis ap.* CATVLL., HOR., SEN., AVIEN., CLAVD.; *de ratione, quae est inter* -s *et* occasus, *v. p. 337, 84 sqq.*

A *vi locali i. q. regio occidentalis* (*respicitur pars caeli vel terrae; cum vocibus q. s.* oriens, ortus *coniunctum hic illic de toto orbe dicitur, v. l. 41. 79. p. 352, 2 al. et cf.* AVG. civ. 7, 8 p. 284, 22 D. nomine orientis et -is totus solet mundus intellegi): **1** *proprie*: **a** *generatim*: *α usu vario*: CATVLL. 29, 12 fuisti in ultima -is insula *i. Britannia* (TAC. Germ. 45, 5 -is insulis terrisque). HOR. epod. 1, 13 te . . . -is usque ad ultimum sinum . . . sequemur. LIV. 33, 17, 6 -is regione (44, 31, 3. GELL. 2, 22, 13 regiones caeli orientis -isque [*cf. ibid.* 17]. IVST. 18, 3, 10). 38, 4, 2 urbs . . . -em, arx . . . orientem spectat (CVRT. 6, 6, 23 COLVM. 1, 6, 1 arb. 11). VITR. 1, 1, 10 ex astrologia . . . cognoscitur oriens, -s, meridies, septentrio. *al.* VELL. 2, 126, 3 orientis -isque tractus. SEN. benef. 7, 3, 3 cum orientem -emque lustraveris animo. epist. 92, 32 *animum* inponere dominio rerum omnium licet, . . . ut sua orientis -isque terminis finiat *eqs.* CVRT. 7, 8, 12. COLVM. 1, 6, 2 balnearia -i aestivo advertantur (*cf.* MELA 2, 85 litora, quae -i sunt adversa [2, 89]). *al.* MELA 3, 77. PLIN. nat. 9, 64 septentrionalis tantum hos *mullos* et proxima -is parte gignit oceanus (PALLAD. 1, 39, 1. *al.*). 14, 149 est et -is populis sua ebrietas (OROS. hist. 3, 20, 3). *al.* TAC. Agr. 30, 4 quos *Romanos* non oriens, non -s satiaverit. hist. 1, 89, 2 oriens -sque et quidquid utrimque virium est (*cf.* 2, 6, 1 arma [*i. bella*] . . . viribus -is coepta). ann. 13, 53, 2 -is septentrionisque litora. *al.* *respiciuntur incolae*: VELL. 2, 91, 1 pacatur -s. SEN. Thy. 353 quicquid fodit -s. PLIN. nat. 7, 112 *Pompeio* se oriens -sque submiserat. APVL. met. 6, 4, 3 omnis -s *Iunonem* Lucinam appellat. LACT. inst. 7, 15, 11 oriens dominabitur atque -s serviet. HIER. epist. 17, 2, 2 haereticum me cum -e, haereticum cum Aegypto, hoc est cum Damaso Petroque, condemnent. *al.* *β locut. praepos.*: ab: CIC. Catil. 3, 18 visas . . . ab -e faces. ad Brut. 1, 10 (9, 18 Sj.), 5 firmos . . . duces habemus ab -e (SALL. Iug. 17, 4 *Africa* fines habet ab -e fretum . . ., ab ortu solis *eqs.* VITR. 5, 10, 1 MELA 1, 15). VITR. 1, 2, 7 lumina capiuntur (1, 4, 2). *al.* SEN. nat. 1, 2, 5. 5, 16, 5. CVRT. 7, 3, 7 Bactrianis ab -e coniuncti sunt *Parapamisadae*. COLVM. 5, 6, 22. MELA 1, 21 mare, quo cingitur *Africa* . . . ab -e, Atlanticum dicimus (*cf.* 1, 25). 3, 61 India . . . ab -e Indo finita (PLIN. nat. 5, 1). PLIN. nat. 4, 19 ab -e Siculo *mari* pulsatur *Peloponnesus*. 5, 71 lacum . . . circumsaeptum oppidis, . . . ab -e Tiberiade. 6, 137 ab -e Tigri . . . terminatas *terras* (APVL. mund. 26). *al.* TAC. hist. 1, 86, 1 statuam . . . ab -e in orientem conversam. *al.* ad: CIC. nat. deor. 2, 164 qui *homines* has nobiscum terras ab oriente ad -em colunt. 3, 44 *Saturnum* volgo maxime colunt ad -em. SALL. epist. Mithr. 17 ad -em pergentibus *Romanis* finem Oceanus fecit. LIV. 29, 14, 3 facem . . . ab ortu solis ad (in *var. l.*) -em porrigi visam. 36, 15, 9 ab . . . mari ad -em verso (MELA 3, 11 litora. *cf.* VITR. 9, 1, 5 signa cum . . . versentur . . . ab oriente ad -em. MELA 3, 16 *ora* ad -em litus advertit). VITR. 1, 4, 1 moenia spectabunt . . . ad meridiem aut -em *eqs.* (6, 4, 1. 6, 7, 3. *cf.* MELA 2, 87 Baetica . . . prospicit ad -em Atlanticum *mare*). 8, 2, 7 ex Mauretania . . . caput Nili profluere ex eo maxime cognoscitur, quod ex altera parte montis Atlantis alia capita item profluentia ad -em oceanum ⟨petunt⟩ (*suppl. Krohn*; ⟨sunt⟩ alia capita *edd. vet.*). *al.* CIL X 2792 (*a. 41*) C. Octavius . . . ab oriente ad -e(m) fessus hic requiescit. CVRT. 4, 7, 19 qua vergit *regio* ad -em (PLIN. nat. 5, 27 VVLG. Ezech. 46, 19). 8, 10, 24 ad -em (ab -e *Ald.*) et a meridie. COLVM. 5, 6, 10 MELA 1, 16. *al.* PLIN. nat. 4, 58 *Creta* ad -em Criu Metopon Cyrenas versus expellit. 5, 34 ad -em . . . versus (quaquaversus E^2) harenis circumdati *Amantes* (6, 195 ad -em v. Nigroe. *cf. et p. 352, 17*). 6, 197 sita est Aethiopia ab oriente . . . ad -em (APVL. flor. 15 p. 49). *al.* CIL VI 10154 (*s. IV*) Filumenum in omni . . . certamine ab oriente ad -e(m) usq(ue) victorem. *al.* in: *c. acc.*: SALL. hist. frg. 2, 2 Sardinia in Africo mari . . . in orientem quam in -em latior prominet. LIV. 38, 29, 10 urbs . . . in -em vergit (44, 46, 5 MELA 1, 19. 3, 100). 42, 37, 3 maris in -em versi (SEN. nat. 1, 1, 12 TAC. Germ. 1, 2). SEN. dial. 6, 18, 4 nat. 7, 21, 3. COLVM. 6, 27, 7 *mons* procurrit in -em (*cf.* MELA 2, 96 excurrens). 7, 3, 24 grex in -em spectans agatur (MELA 2, 123 PLIN. nat. 18, 330. *cf.* AVIEN. ora 687 nostrum in mare et -em contuens *Rhodanus*). MELA 1, 81 TAC. Agr. 10, 2 Germ. 35, 1 ann. 3, 34, 6. *al.* *c. abl.*: TAC. hist. 1, 2, 1 IVST. 13, 5, 7. 18, 3, 11. *al.* inter: VITR. 7, 13, 2 i. septentrionem et -em (MELA 3, 50 PLIN. nat. 4, 102). 9, 2, 2 PLIN. nat. 2, 120. per: VITR. 8, 2, 6 SEN. nat. 7, 29, 3. contra: MELA 2, 79 c. (c. in *A*) -em ablatus *Rhodanus*. VVLG. exod. 36, 27 c. -em . . ., id est ad eam partem tabernaculi, quae mare respicit. Ios. 15, 10. 11. *et passim.* versus (*cf. supra p. 351, 84*): PLIN. nat. 7, 23 ab his -em v. (-e versos *var. l.*) quosdam. apud: GELL. 2, 22, 18 quattuor *venti* intersiti sunt inter primores duos a. orientem -emque. de: ANON. Vales. 14, 84 *dracones* de -e in orientem ferri . . . visi sunt. SERV. auct. Aen. 8, 710. intra: MAXIMIN. c. Ambr. 7 (*verba Ambrosii*) ut in oriente orientalium esset concilium, i. -em occidentalium (*antea*: in -e).

b *speciatim significantur*: *α ora occidentalis, Atlanticum mare* (*non negaverimus ʻoceanumʼ e contextu subaudiri posse, ut fiat adi.*): PLIN. nat. 2, 167 totus hodie navigatur -s (*Mart. Cap. 6, 617* occidentalis plaga); septentrionalis vero oceanus *eqs.* 2, 168 ab eodem -e magna pars meridiani sinus . . . navigatur hodie. *β pars imperii Romani recentioris*: CLAVD. 12, 37 oriensque regna fratrum simul -sque plaudat. NOT. dign. occ. tit. p. 103 in partibus -is. ADDIT. Prosp. chron. I p. 497, 1289 Valentinianus regno potitur -is (*cf.* MARCELL. chron. II p. 89, 465, 2 Severus, qui -is arripuit principatum). CHRON. Gall. chron. I p. 651, 533 Theodosius . . . filium -i praefecit (*cf. ibid.* 534). ISID. Vand. 74 chron. II p. 297, 5 Valentinianus iunior -is imperator. INSCR. numm. Sabatier, Monnaies Byz. I p. 110 n. 2 (*signum Christi in medio situm*) salus orientis, felicitas -is.

2 *allegorice*: LACT. inst. 1, 11, 31 ut . . . Plutoni pars -is optingeret (*cf.* epit. 12, 2). 2, 9, 5 -s . . . conturbatae illi pravaeque menti adscribitur, quod lumen abscondat, quod tenebras semper inducat et quod homines faciat occidere atque interire peccatis; (6) . . . -is tenebrae sunt, in tenebris autem mors et interitus continetur (*cf.* RVFIN. Orig. in iud. 8, 1 p. 509, 7 diceres . . . mihi allegoricis legibus, quia filii -is sunt filii tenebrarum). EVCHER. form. 2 p. 11, 18 -em, id est peccatum. p. 13, 1 -s: vitae melioris defectus. OP. imperf. in Matth. 2 p. 637 quando . . . ab -e nascitur aliquid contra orientem, divinatio (dominatio *var. l.*) mali ostenditur contra bonos *eqs.* ORIG. in Matth. ser. 47 p. 96, 7 (*ad* 24, 27) oriens quidem est lex, -s autem ʻfinis legisʼ Iohannes *eqs.*

B *vi temporali i. q. vesper*: PLIN. nat. 2, 99 soles plures simul cernuntur . . . nec noctu, sed aut oriente aut -e; semel et meridie conspecti . . . produntur, qui ab matutino tempore duraverunt in occasum. 4, 90 *Hyperboreos* serere matutinis, meridie metere, -e fetus arborum decerpere, noctibus in specus condi tradiderunt. ITALA Ios. 5, 10 (Comput. cod. Col. frg. 1 p. 241, 17) fecerunt filii Israhel pascha . . . ad vespera in -e (*gr. ἀφ' ἑσπέρας ἐπὶ δυσμῶν, Lugd.* a vespere in occasu, *Vulg.* ad vesperum *tantum. cf. deut. 16, 6* [*Lugd., sim. Vulg.*] vespera ad occasum solis).

II *pro adi.*: **A** *c. respectu solis occidentis*: **1** *i. q. occidentalis* (*dub. l. 24. p. 351, 77.* PAVL. FEST. p. 220 ea caeli pars, quae sole inlustratur ad meridiem, antica nominatur, quae ad septentrionem, postica; rursumque dividuntur in duas partes, orientem atque -em): VARRO frg. Fest. p. 339 a deorum sede cum in meridiem spectes, ad sinistram sunt parte(s) mundi exorientes, ad dexteram -es. **2** *i. q. vespertinus*: PLIN. nat. 16, 64 tanta . . . est vis *fraxini*, ut ne matutinas quidem -esve umbras . . . serpens arboris eius adtingat.

B *c. respectu pereundi fere i. q. caducus, mortalis*: FILASTR. 66, 5 *Christus* de ipso *deo* natus est proprie sempiternus, non factus ex nihilo, ut homo et angelus aut creatura aliqua, quae est ⟨in⟩ omnibus -s (*A, suppl. Marx*; est quae omnis accidens *BT*).

p. p. p. **occāsus,** (-a, -um). *inter participia passiva notionis activae afferunt* CHAR. gramm. p. 346, 17 B. quidam . . . dicunt et ʻ-us sol', *δύνας ὁ ἥλιος*. PRISC. gramm. II 484, 1 ʻ-us' *ὁ δύνας*. 512, 21. 566, 20. *de usu*: GELL. 17, 2, 10 ʻsole' inquit (QVADRIG. hist. 3) ʻ-o'; ʻsole -o' non insuavi vetustate est, si quis aurem habeat non sordidam nec proculcatam; in duodecim autem tabulis verbum hoc ita scriptum est: ʻ. . . si ambo praesentes, sol (solis *Q et Varro ling. 6, 5. 7, 51 Fest. p. 305 Cens. 24, 3 Macr. Sat. 1, 3, 14*) -us suprema tempestas esto'.

i. qui occidit: **1** *de sole*: LEX XII tab. 1, 9 (*v. supra et cf. p. 338, 47*). LEX Plaetor. (Cens. 24, 3) praetor urbanus . . . duo lictores apud se habeto ⌊usque supremam⌋ ad solem -um ([⌊ ⌋ *Lachmann*, isque supremum *trad., alii aliter*; ad s. -um *interpreti tribuit Mommsen*]. PLAVT. Men. 1022 [solis *ex* soli *B*]). PLAVT. Epid. 144

[Baer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ante solem -um (Men. 437 [solis *codd. deficiente A, corr. Lambinus*]). Lvcil. 68 sole -o (*item* Qvadrig. *l. c.*). Gell. 3, 2, 3 quibus verbis ita videtur *Varro* dierum observationem divisisse, ut qui post solem -um ... natus sit *eqs.* ([*Macr. Sat. 1, 3, 3* solis *plerique codd.*]. 14, 7, 8 *Varro* dicit senatusconsultum ante exortum aut p. -um solem [solis *II*] factum ratum non fuisse). 3, 2, 4 *Varro scripsit Athenienses* a sole -o ad solem iterum occidentem omne id medium tempus unum diem esse dicere (*Macr. l. c. 4* a solis occasu). **2** *de homine* (*cf.* obitus *et v.* Gloss. V 125, 6 -us: occisus): Drac. Romul. 9, 219 (*Achilles secum*) cunctos hortaris in hostem, si non vilis erit veniens (*i. venditus, mensura neglecta*) -us in armis, qui ... cives dilexit *sc. Hector*.

deriv.: occasio, 2. occasus (-ūs), occidaneus, occidentalis, occiduus. *cf.* occidio.

compos.: 1. praeoccido, superoccido.

occiduālis, -e. *ab* occiduus, *cf.* occidentalis. *i. q. ad occasum pertinens, occidentalis*: Firm. math. 2, 8, 1 stellae quinque ... matutinae sunt aut vespertinae aut -es *eqs.* Prvd. psych. 832 aurorae de parte tribus plaga lucida portis illustrata patet, triplex aperitur ad austrum portarum numerus, tris -bus offert ianua trina fores *eqs.* (*sc. partibus vel plagis, fere pro subst.; cf. apoc. 21, 13* ab occasu portae tres). c. Symm. 2, 598 omnibus in terris, quas continet -is oceanus roseoque aurora inluminat ortu. Iord. Rom. 249 *populos* -i axe iacentes (*cf. Flor. epit. 4, 12, 46* sub occasu).

***occiduus,** -a, -um. *ab* occĭdere; *cf.* Non. p. 100, 8 -a, quae occidant. Evtych. gramm. V 453, 30 occido -us (Gramm. suppl. 74, 17). *legitur in poesi inde ab* Ov., Manil., Sen., Lvcan., *in prosa apud* Plin. nat. (*semel*), Gell., Apvl. *et postea saepius.*

I *pertinet ad obitum siderum, fere i. q. occidens, occidentalis* (*vix 'australis' infra l. 80*): **A** *usu primario*: **1** *de sole*: **a** *adi.*: *α strictius: dicitur* -us: sol: Ov. met. 1, 63 vesper et -o quae litora sole tepescunt, proxima sunt zephyro (*huc spectat* Gloss. I p. 96 -o: occidentali). fast. 5, 558 ab -o sole (*opp.* ab eoo ... orbe. *cf.* Sol. 55, 2 ab -i solis plaga [*Plin. nat. 6, 113* ab occasu]). Sen. Thy. 822. Sil. 1, 145 -i ... solis opes et vulgus Hiberum Baeticolasque viros. Gell. 19, 7, 2 sole iam fere -o. Paneg. 10, 2, 1. Ivl. Val. 3, 11 (*Hist. Alex. M. I p. 105, 4 Kr. ἑσπέρας ... δύνων*). 3, 25 (*gr. p. 113, 3 ὅταν μέλλῃ δύνειν*). Avien. orb. terr. 943 ab Colchis ... -um ad solem (*gr. 762 ἐς δύσιν, Prisc. periheg. 736* occasum versus. *cf.* Symm. or. 3, 11 a cubilibus surgentis aurorae ad metas solis -i). *al.* Phoebus, dies *sim.*: Ov. met. 14, 416 sparserat -us Tartessia litora Phoebus (Manil. 3, 367 Stat. Theb. 5, 477 Avien. Arat. 322). fast. 4, 832 oriens -usque dies (Avien. ora 321 in -um d. Orient. comm. 2, 362 nascens -usque). Calp. ecl. 5, 35 premetur mane, quod -ae mulsura redegerit horae ([*cf. Verg. georg. 3, 401* sole cadente]. Cet. Fav. 29 p. 311, 5 *angulus horologii* -as h. notabit). Val. Fl. 5, 615 -o libat cratera parenti *Aeetes*. Stat. Theb. 4, 283 Titana. Symm. or. 1, 5 Mario adhuc supererat fulgor -i sideris, in te iam radiabat flamma nascentis (Amm. 23, 6, 12 *sinus* -o obnoxius sideri Sedvl. carm. pasch. 5, 192 *opp.* eous [*cf.* op. pasch. 5, 15 -us ... limes]). Prvd. cath. 3, 88 luce sub -a (*cf.* Cypr. Gall. gen. 91 sub -o ... lumine solis. exod. 602 lampade). Clavd. 7, 180 (*in imagine de Theodosio*) ignem. Macr. Sat. 1, 3, 14 inde (*sc. post meridiem*) ... vocatur tempus -um. *β latius* (*respicitur regio occidentalis*): Ov. fast. 1, 314 praeceps -as ille *cancer* subibit aquas (trist. 4, 3, 4 Coripp. Ioh. 1, 115. *cf.* Stat. silv. 5, 2, 55 fluctibus [Avien. Arat. 1026. 1209]. Prisc. periheg. 334 oceanum [*gr. 335 πρὸς ἑσπέρου*. Mart. Cap. 6, 629]. Avien. orb. terr. 748 gurgitis [*al.*]. *sim. saepius*). Lvcan. 3, 294 quidquid ab -is Libye patet arida Mauris usque ... eoa ad litora (*de hominibus ut* Amm. 31, 10, 18 gentes. Evstath. Basil. hex. 4, 4, 3 Hiberos [*gr. ἑσπερίους*]). 4, 63 in -um ... orbem (Ivl. Val. 2, 2 [*Hist. Alex. M. I p. 64, 9 Kr. τὰς πρὸς τῇ δύσει πόλεις*]. Clavd. rapt. Pros. 2 praef. 38 Sidon. epist. 2, 2, 1. Sigism. Alc. Avit. epist. 93 *opp.* eoo. *al.*). 4, 672 cardine ab -o (Clavd. 5, 274 -o maneas sub c. caeli [solis *var. l.*]. CE 1368, 10 [*a. 521*] -i cardinis oceanus. Ven. Fort. carm. 2, 12, 6 *opp.* orientis). 10, 242 caelo. Calp. ecl. 4, 42 ubi ... dicitur -as impellere Baetis harenas (*cf.* Avson. 417, 68 p. 279 P. -i ...ripa Tagi). Val. Fl. 2, 620 montibus (*cf.* Rvt. Nam. 2, 30 iugis [*opp.* eoo vertice]). Stat. Theb. 1, 200 primaeque -aeque domus *solis* (silv. 1, 4, 73). Gell. 2, 22, 12 venti (*opp.* orientales. *inde* Apvl. mund. 13). Apvl. mund. 6 -arum partium mare ([*gr. πρὸς δύσιν*]. 11 *zephyrus* cum de aestivis -is p. surgit [*gr. ἀπὸ τῆς θερινῆς δύσεως*]. Porph. Hor. carm. 1, 36, 4. 2, 17, 20 oceani. Arnob. nat. 1, 2 Amm. 22, 3, 7. 23,6, 29. 26, 10, 8. *al.*). Zeno 1, 1, 5 solis cursus ac lunae ab -i carce ris receptaculo orationis freno refrena. Avien. Arat. 703 axes (ora 253. orb. terr. 673 [*gr. 500 ζόφον*]. 766. Verec. satisfact. 185 *opp.* eoo). ora 380 plagam (Amm. 18, 3, 9. 23, 6, 13. *al.*). Prisc. periheg. 508 minorem -am Syrtim (*gr. 479 ἑσπερίην*). Coripp. Ioh. 6, 224 finibus -is equitum iam currere turmas et Tripolis vastare casas *eqs.* (*de regione australi dici temere putat Petschenig, cf. p. 339, 16; item* 6, 257 Libyae sufferre calores -os, *v. Diggle-Goodyear ad l.*). *al.* *i. q. Romanus*: Arator act. 2, 1066 meruit ... venustas nominis -i (*sc. Romae*) de lumine crescere verbi (*sc. Christi*).

b *subst.* (*de regione; accedit* solis *l. 5. 15*): *α neutr. sg.*: Apvl. mund. 14 *ventus* ex -o venit (*cf. Gell. 2, 22, 22* est occidentalis). Ivvenc. 4, 147 orientis ab oris usque sub -um (occasum K^1) caeli vergentis in orbem (*cf.* Chron. Alex. chron. I p. 110, 191 ab oriente usque ad -um solis). Prvd. perist. 3, 6 proximus -o locus. Bachiar. fid. l. 89 orientem et -um. Max. epist. Migne suppl. 1, 1094 insinuata orientalibus in -um positi laudaverunt. Chron. Alex. chron. I p. 114, 224 -um ... sine regno erat. Isid. Goth. 1 chron. II p. 267, 2 ab -o usque ad Indos (Isid. nat. 43, 1 a Zephyri parte, id est ab -o. orig. 14, 3, 1. 10. Gloss. Verg. ed. Hagen A 674 p. 473 ab -o Africae iuxta Gaditanum fretum). Isid. orig. 5, 35, 8 autumnus -o *datur* (*opp.* orienti, meridiano, septemtrioni). *β neutr. pl.*: Ivl. Val. 2, 25 p. 89, 3 ad -a ... migraturi *dei* (*Hist. Alex. M. I p. 77, 13 Kr. εἰς δύσιν. cf.* Svlp. Sev. dial. 1, 2, 1 a summo ... solis egressu usque in eius -a venisti). Chalc. comm. 94 ab eois ad -a (109. 112. 120) referantur *planetae*, demum ab -is ad eoa. 110 Lucifer a sole factus vicinus -is. 124 in eois vel in -is. Hyd. chron. II p. 18, 49 Gallaeciam Vandali occupant et Suevi sita in extremitate oceani maris -a.

γ fem. pl. (*sec. gr. δυσμαί*): Prisc. Lyd. solut. 10 p. 100, 12 ab ortu ... in -as (partes *add. M*) locatur *sol* (*Arist. meteorol. p. 361 a 9 ἐπὶ δυσμὰς δὲ καὶ ἐπ' ἀνατολὰς ἀεὶ φέρεται*). p. 103, 3 *venti* spirant ab -is (*nisi neutr.*).

2 *de stellis* (*cf. de luna p. 353, 76*): Manil. 3, 281 *Laniger* (*opp.* surgens). 292 Aries. Clavd. 26, 209 Pleiade (Rvt. Nam. 1, 187). Pavl. Nol. carm. 19, 223 astris.

B *usu secundario de nocte*: Calp. ecl. 3, 82 metere -a ferales nocte (sole *Maehly*) lupinos. Stat. Theb. 3, 33 sub -as versae ... noctis habenas astrorumque obitus. 10, 84 (*de aede Somni*) super -ae nebulosa cubilia noctis.

II *pertinet ad interitum, perniciem sim., fere i. q. in finem vergens, caducus, mortalis sim.* (*c. respectu solis -i l. 47, cf. et l. 11*): **A** *adi.*: Ov. met. 15, 227 senectae (*cf.* Apvl. apol. 36 senectute. Clavd. Don. Aen. 10, 515 p. 359, 14 aetate [Petr. Chrys. serm. 87 p. 444^B Cassiod. var. 5, 25, 1]. Pavl. Nol. carm. 10, 289 corporis aegri, temporis -i *homo* [Cypr. Gall. gen. 124 in -o venientis t. mortis. deut. 287 Prosp. epigr. 101, 9. *aliter p. 353, 54*]). Plin. nat. 7, 161 rara ... esse dicunt longiora tempora *vitae* ..., quoniam... ingens turba nascatur scansili annorum lege -ă ... non fere ita genitis LIIII annum excedentibus. Chalc. comm. 131 divinum quidem et immortale genus animalium caeleste sidereum, temporarium vero et -um passionique obnoxium terrenum. 137 ratione carentes et -as animae portiones (*cf.* Pavl. Nol. epist. 13, 25 p. 105, 8 animas ... in corpore ... -as). 162 quae sciuntur partim divina esse et immortalia, partim -a et ad tempus. 306 aeterna est ... origo rerum eademque immortalis; nam si -a, deerit ei condicio interitus. Pavl. Nol. carm. 27, 18 tibi sol ... micat ... neque conditur umquam casibus -is aeterni splendor honoris. carm. app. 1, 105 mundum (Prosp. epigr. 14, 2). epist. 45, 2 in -is mortalibus. Mart. Cap. 1, 76 senis. Novell. Valent. 36 (35) pr. iam iamque -i corporis (*i. collegii*) functionem ita salubri dispositione constituit, ut *eqs.* (Rvst. Help. benef. 53). Leo M. serm. 82, 6 p. 426^A vitae (Prosp. in psalm. 114, 9). Ps. Leo M. humil. 4 p. 165^A honores (*cf.* Prosp. carm de ingrat. 417 [406] vanam ... decoris -i speciem mortali perdit in aevo). Prosp. epigr. 65, 14 factum est aeternum, quod fuit -um. Ps. Prosp. carm. de prov. 939 res. Max. Tavr. serm. 55, 1 M. peccata. Sedvl. carm. pasch. 4, 272 Lazarus -a tumulatus sorte (*cf. op. pasch. 4, 21* humana finem condicione sortitus).

B *subst.*: **1** *neutr. pl.*: Cypr. Demetr. 3 p. 353, 11 quicquid fine proximo in -a et extrema devergit. Chalc. comm 76 illa aeterna et beata generatorum et -orum causa sic esse disposita. Ambr. in Luc. 5, 66 flere -a et ea quae aeterna sunt quaerere, lugere saecularia *eqs.* Prosp. epigr. 83, 10 mentem obstructam vanis -isque gravem (103, 12. in psalm. 143, 4 ut, qui *homo* factus fuerat in aeternis, esset in vanis, id est in -is et non permanentibus). Ps. Prosp. vocat. gent. 1, 4 p. 650^C in terrenis -isque. Max. Tavr. serm. 54, 1 M. in -is ... constituti eramus senio peccatorum. 55, 1 -a vitae nostrae. **2** *neutr. sg.*: Ambr. in Luc. 7, 169 sub ipsum anni vergentis occasum, hoc est saeculi iam senescentis -o. Ps. Ambr. paenit. 28 p. 1001^A hoc quod aut primum putatur aut medium, imminentis -i meta limitet sitque debitus finis ... vocatio *dei*. Hier. in Gal. 1, 17 p. 329^A veteris testamenti iam in -o positi sacramenta. Pavl. Nol. carm. 31, 306 non ... in vacuum revocamur morte soluti, exsortes animae carnis ab -o. Vinc. Vict. Aug. anim. 3, 10, 13 antequam renascantur in Christo, praeveniuntur -o *infantes*. *cf.* Prosp. epigr. 3, 8 aeternus ... est ... deus ..., nil recipit varium, nil habet -um (39, 6). **3** *masc. sg.*: Ps. Evseb. Gallic. hom. p. 620^D (*ad psalm. 117, 23*) hic est dies, in quo factus est dominus; genuit posterior antiquum, -us sempiternum (*sc. homo Christum*).

deriv.: occidualis. *compos.*: inocciduus. *Baer.*

βωλοκόπος: **occillātor** (-ilia-) Gloss. II 260, 50 (*v. Goetz-Loewe ad p. 355, 2; postea*: *βωλοκοπῶ*: occo]. III 261, 11). *ab* occillare.

occillo, -āre. *ab* occare. -ilare *infra*, -ilio Gloss. II 260, 57 *βωλοστροφῶ*: occo, -o (-ulo *var. l., v. Goetz-Loewe ad* Plavt.), pastino, repastino. *i. q. (quasi) occando pertractare, perfringere*:

[Löschhorn]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

PLAVT. Amph. 183 aliquem hominem allegent, qui mihi advenienti os -et probe (*huc spectare vid. glossa Labbaei e Vulcanio hausta* -ilare: *συγκόπτειν, nostro quidem arbitrio non satis fide digna*).

deriv.: occillator. *Löschhorn.*

occino *v.* occano.

***occipio,** -cēpī, -ceptum, -ere. *ab* ob *et* capere, *cf.* incipere. *de origine*: DON. Ter. Andr. 504, 2 'epi' melius quam 'incepi'; dicitur ab occipitio, est enim 'epi' quasi 'caput rei institui'. *v. etiam l. 41. p. 356, 16.* *de scriptura et formis*: obc- PLAVT. Aul. 467 (*codd. Nonii p. 171, 31*). SALL. hist. frg. 3, 25 GLOSS.^{L} III Abstr. OB 2, -cup- PLAVT. Stich. 760 (*codd. Nonii p. 5, 22*). Trin. 1053 (*codd. rec.*, cupias *P*). DICT. 5, 10 (*R*). *perf.* -coep- LIV. 1, 7, 6 (*L*). ITALA II Macc. 12, 37 (cod. P). *al.; inde fortasse* hoccoepi(t) *cod. L Nonii* CAECIL. com. 163 TVRPIL. com. 15. *pass. non legitur nisi perf.* (*v. l. 65. 73*). *formae aoristi q. d.* -cepso PLAVT. Amph. 673 (*codd. Nonii, v. l. 17*, -pto *codd. Plauti*). Cas. 1001, -cepsit PLAVT. Asin. 794. *de notione*: NON. p. 148, 7 -epso coepero (*ad* PLAVT. *l. 15 inde* GLOSS. V 645, 13). GLOSS. -it: ἄρχεται. incipit. -epit: coepit vel accepit. incepit, initiavit. incoepit. *legitur inde a* PLAVTO (*72ies*, incipio *17ies*, coepi *23ies*), CAECIL., CATONE, TER. (*14ies*, incipio *27ies*, coepi *33ies*), TVRPIL., CALP. hist., SISENNA, SALL. hist., LIV., PHAEDR., TAC., APVL.; *in poesi rec. non nisi apud* AVSON. *et* CYPR. GALL. (*v. Hofmann, Mélanges Ernout 191 sq., sed de* LVCR. *v. l. 31*). [*confunditur in codd. c.* accipere LIV. 1, 7, 6. 1, 49, 1. *al.* (*restituitur* SISENNA hist. 25, *e coni. dub.* VENVL. dig. 45, 1, 137 pr. *Donellus, cf. Basil.* πράξας), incipere PLAVT. Rud. 377 (*Non. p. 362, 31, cf.* DON. *ad* TER. Ad. 206), *perf.* -episse *c.* coepisse TER. Andr. 504 LIV. 1, 49, 1. PHAEDR. 3, 16, 7 (coepit *def. Hofmann l. c. 191, 2; sed falso testatur* -epi ARVS. gramm. VII 502, 22 *ad* TER. Hec. 194). -it *pro* ilico TER. Eun. 622 *legit* DON. *ad l. e coni. vix probab. pro* officit LVCR. 5, 889 (*v. Martin ad l.*).]

i. q. incipere (*accedit* ab *l. 62. p. 356, 11. 16. 17. 18*, ex *l. 56*, unde *l. 53* [inde LIV. 1, 49, 1]; *opp.* pergere *l. 72. 83. p. 356, 7. 9. 10* [*aliter*: pergere -ere AVG. c. acad. 1, 4, 12], *item* desistere *l. 62; per pleonasmum pendet ab* exordiri *infra l. 53, cf. et* -ere principium *l. 73*, initium -it *p. 356, 18*): **I** *de suscipientibus, instituentibus sim.* (*fere animantibus; rebus v. l. 56. 66. 83*): **A** *indicatur, quid incipiatur*: **1** *per inf.* (*verbi incohativi v. l. 58. 69*): **a** *act. vel dep.*: *α -unt animantes*: PLAVT. Amph. 107 amare -epit Alcumenam (Bacch. 565. Cist. 68 a. -ere amarum est. *al.* TER. Ad. 327 [DON.: augmenta mali metuenda sunt, ut in principiis *eqs.* SCHOL. Bemb.: occulte coepit]. *al.*). 1091 parturire. Asin. 590 si clamare -erint *asini* (PHAEDR. 3, 16, 7 *cicada* [*var. l.* coepit *v. l. 28*]. DICT. 6, 15. SCHOL. Hor. sat. 2, 5, 55 sq. corvus). Aul. 380 mecum cogitare (TER. Eun. 636. *cf.* DICT. 2, 5 deliberare secum). Capt. 467 facere (Truc. 468. 469). Cas. 908 quaerere (APVL. apol. 1. *cf.* PLAVT. Merc. 199 rogitare. APVL. met. 5, 15, 3 sciscitari). Curc. 43 ita uti -epi dicere (Poen. 470 Rud. 1065. 1098 perge ut -isti d. 1119). Epid. 303 ire (Mil. 119 quo i. -eram. Trin. 457. 885 TER. Phorm. 862. SALL. hist. frg. 3, 25 socordius i. miles -ere [-cep- *trad.*]. *cf.* DON. Ter. Eun. 469, 2 abire). Merc. 337 quam rem agere -epi (Persa 114 Pseud. 602. LIV. 1, 7, 6 a. porro armentum -epit [acc-, coep- *var. ll.*]). Pseud. 399 neque exordiri primum, unde -as, habes. Stich. 380 ut -epi narrare (579. TER. Andr. 504 [DON. *supra l. 7*]. Haut. 319 DICT. 3, 9. 6, 5). CAECIL. com. 163 placere -epit. CATO agr. 149, 1 pabulum frui -ito ex kal. Septembribus. *et saepius.* *β -unt res* (*nota* esse *l. 59*): CATO agr. 156, 2 ubi -et fervere *aqua* (*ibid. iterum; opp.* desistet). SISENNA hist. 104 subito mare persubhorrescere caecosque fluctus in se provolvere leniter -epit. ARNOB. nat. 1, 2 postquam esse nomen in terris christianae religionis -epit (BOETH. in top. Cic. 5 p. 370, 31 quidquid ortum est, quia -epit [acc-, coepit *var. l.*] e., aliquando etiam esse desistat). AVR. VICT. Caes. 41, 16 a quis *Persis* bellum erumpere -erat. *γ impers.*: PLAVT. Amph. 724 animo si male esse -erit.

b *pass.* (*iuxta act. l. 69; pendet e forma pass.* PLAVT., TER.): PLAVT. Pseud. 919 hoc volo, quod -ptumst agi (TER. Eun. 22 -ptast a. *fabula*). ARNOB. nat. 7, 39 civitatem -isse ... vastari (*antea*: inciperent). ITIN. Alex. 52 ni ... decipi ... -oepisset. AVR. VICT. Caes. 42, 14 tentari ... -erat *res publica*. DICT. 3, 22 *Priamus* paulatim animo deficere ac dissolvi membris, dein obmutescere -it.

2 *per acc.*: PLAVT. Capt. 98 -epit quaestum hunc (TER. Andr. 79). Merc. 118 tres ... res agendae sunt, quando unam -eris. Mil. 749 nunc, quod -epi, opsonatum pergam (*item pron.*: TER. Haut. 649 hoc -ptumst). Stich. 75 principium ego quo pacto cum illis -am (*v. C. F. W. Müller, Nom. u. Akk. 44*). 760 cantionem (*cf.* ITALA II Macc. 12, 37 [cod. P] hymnos [*gr.* καταρξάμενος, *Vulg. et aliae verss.* incipiens]). CALP. hist. 36 Roma ... septimum -it (acc- *trad.*) saeculum. SALL. hist. frg. 2, 87 pugnam. LIV. 3, 19, 2 magistratum (3, 55, 1. 4, 37, 3 [acc- *trad.*]. *al.* TAC. ann. 3, 2, 3. 6, 45, 3). SOL. 9, 10 principatum (acc- *var. l.*). DICT. 2, 18 deditionem (acc- *var. l.*).

3 *per abl.*: APVL. flor. 13 p. 46 *aves* vario tempore et vario modo occinunt et -unt carmine.

B *non indicatur, quid incipiatur*: **1** *forma* 'ut -epi' *sim.* (*cf.* quod -epi *l. 72*): PLAVT. Amph. 277 perge, nox, ut -isti, gere patri morem meo (Pseud. 1007 ut -isti, p. ... experirier. Trin. 162 ut

-isti, p. porro proloqui). 873 ut -epi semel, ... adsimulabo. Cas. 898 memora ordine, ut -eras. Epid. 236 tu, ut -isti, loquere (Rud. 1093 sine me, ut -epi, loqui. *cf.* Trin. 897 ita, ut -epi ..., dicam). Mil. 1144 porro, ut -istis, date operam. Most. 527 tu, ut -isti, ... fuge. Persa 518 ut -isti, ... nosce rem. **2** *alia*: PLAVT. Amph. 673 si -epso (-pto *trad., sed v.* NON. *p. 355, 17*). 1102 lavere iussit ...; -epimus. Asin. 115 pergam, quo -epi (*cf. p. 355, 49*). Cas. 1001 si umquam ... aut amasso ... aut -epso modo. Epid. 434 quando -eram (Merc. 169. *cf.* 618 perge, excrucia ..., quandoquidem -isti semel). Most. 64 porro pergite, quoniam -istis; bibite *eqs.* Pseud. 1277 -epi denuo (*sc. saltare*). APVL. met. 7, 18, 3 -ens a capite ... me compilabat. 9, 14, 1 fabulam ... adferre decrevi, et en -o.

II *de rebus (statu, tempore) orientibus* (*vix addas p. 355, 83; de* LVCR. *v. p. 355, 31*): PLAVT. Cist. 529 ubi odium -erit (*vix* odium *obi.*). TER. Ad. 289 modo dolores ... -unt primulum (SCHOL. Bemb.: occulte capiunt). LIV. 29, 27, 6 a meridie nebula -epit (acc- *var. l.*). TAC. ann. 12, 12, 3 hiems. APVL. apol. 51 *quibus* a dextro morbus -at. SOL. 56, 4 aestus ... ab occidente. DICT. 2, 9 initium noni *anni*. 3, 10 -ente vespera. 5, 12 -ente luce (AMM. 19, 2, 12). CASSIOD. Ios. antiq. 18, 340 subito malorum illos occupavere principia, quae huiusmodi causis -unt (*gr.* ἐκ τοιᾶσδε αἰτίας *tantum*).

deriv.: occepto.

occipitium, -ī *n.* *ab* ob *et* caput. -cc- *testatur* GRAMM. suppl. 294, 14; *?* -cipium Ps. SORAN. quaest. med. p. 366, 16, *cf. p. 358, 2.* *plur. adhibent* AMM. *l. 52 sqq.*, MACR. *l. 72* NOT. Tir. 78, 38 -um. *de notione*: Ps. SORAN. quaest. med. p. 366, 16 quod ... retrorsum est *in capite*, -um *dicitur*. ORIBAS. syn. 8, 3 Ab add. p. 264 l. 20 in [en]inio (menimo *trad.*) ... hoc est de retrocapite, quod -um dicimus (*cf. Aa p. 204 l. 16* in in[it]io. *cetera v. vol. VII 1, 1636, 63 sqq.*). ISID. orig. 11, 1, 27 -um capitis pars posterior, quasi 'contracapitium' vel quod sit capiti retrorsum (GRAMM. suppl. 294, 14). GLOSS. ἰνίον. ὀπισθοκράνιον. βρέγμα. posterior pars capitis. summitas capitis. summa pars capitis vel posterior, sicut prima dicitur frons. vertex capitis. locus post auriculas, quod Graeci bregma dicunt. snecca (*pro* hnecca *anglosax.*). [*e coni. dub.*: PHAEDR. 5, 8, 2 (corpore *trad., quod def. Krischan, WSt. 67, 1954, 94*).]

1 *i. q. pars capitis posterior* (*locustarum v. l. 75; opponitur* frons *v. l. 44. 69. 79*, facies *l. 81, distinguitur* cervix *l. 61. 74. 77. 80. 84*, tergum *l. 55* [*sed v. aliter l. 42*], summum caput *v. l. 68; pro ipso capite poni vid.* DON. Ter. Andr. 504, 2 *in deriv. verbi q. e.* occipio, *v. p. 355, 8*): **a** *locutiones proverbiales et sermonis cottidiani* (*hic illic laxius de tergo, e. g. l. 46. 48. 53*): PLAVT. Aul. 64 quae in -o quoque habet oculos (*cf. 44* circumspectatrix). CATO agr. 4 frons -o prior est (*i. domini praesentia plus valet quam absentia. cf.* PLIN. nat. 18, 31 frontem ... domini plus prodesse quam -um. *v. Otto, Sprichw. p. 147*). VARRO Men. 459 -um ... deo ostendo (*de abeunte ut*: rust. 1, 8, 6 dominus ... vidit -um vindemiatoris *sc. finita vindemia*). frg. Non. p. 245, 17 ne post -um (*sc. Caesaris*) ... exercitus ... relinquerentur (AMM. 30, 4, 19 VEG. mil. 3, 14. *cf.* CELS. 8, 10, 2^{B} ab -o ipsius *laesi* minister ... porrecto ... bracchio ... baculum tenet). MIN. FEL. 38, 2 auram ... naribus ducere, non -o capillisve solemus haurire. AMM. 16, 12, 16 finitimis ... -a conculcantibus. 24, 6, 12 eius *aciei* ... -is pertinacius haerens *miles* (31, 15, 1. *cf.* 29, 4, 2 -is incumbentes gladios). 31, 7, 13 fugientium -a ... et terga. **b** *in serm. medicorum*: CELS. 3, 18, 16 -o inciso cucurbitulam admovere (3, 23, 7. *cf.* 7, 7, 15^{E} qui novem lineis cutem capitis inciderent; duabus in -o *eqs.* [*disting.* super aures, inter verticem et frontem]. SORAN. p. 93, 7 pungendum ... in -o. p. 93, 11 -o aperiendum est caput [*cf. gr. p. 142, 17 Ilb.* κατὰ τὸν τοῦ βρέγματος τόπον]). 4, 2, 2 dolor ... circa tempora vel -um (SORAN. p. 54, 16 d. cervicis et -i [*gr. p. 105, 19 Ilb.* βρέγματος]. CAEL. AVR. chron. 1, 1, 5 *d.* occupat ... oculorum radices et -um). 4, 2, 8 cucurbitulas temporibus et -o admovere (4, 11, 5. *adde l. 56. de eadem curatione*: 6, 6, 9^{B} SCRIB. LARG. 46 CAEL. AVR. acut. 1, 8, 57. 2, 11, 80. 3, 5, 59 CASS. FEL. 1 p. 3, 16. 29 p. 50, 11. ORIBAS. syn. 8, 5 Aa p. 211, 2 de retro in -o [*gr. 8, 4, 2 ἰνίον*]). 6, 4, 2 incipit ab -o *ophiasis*. 8, 1, 1 *calvaria* simplex ab -o et temporibus, duplex usque in verticem a fronte. 8, 1, 2 -um a summo capite diducit *sutura*. 8, 13 (qui) nervi sunt sub -o. APVL. apol. 43 fronte et -o conquassatus (*sc. morbo comitiali*). SORAN. p. 45, 14 (*gr. p. 91, 24 Ilb.* βρέγματος). p. 91, 11 (*gr. p. 140, 29 ἰνίον*). MACR. Sat. 7, 10, 2 pars anterior capitis humidior -o est (*cf.* 7, 10, 5 siccitas -i. *ibid.* sicca sunt -a). 7, 10, 4 calvum. CAEL. AVR. chron. 1, 4, 76. ORIBAS. syn. 8, 3 Aa add. p. 204 l. 19 (*sim.* Ab p. 265 l. 2) in -o, ... in cervice. **c** *vario usu*: PLIN. nat. 11, 107 vox *locustarum* ... proficisci ab -o videtur. QVINT. inst. 11, 3, 160 umeris ... ad -um ductis. SVET. Tib. 68, 2 capillo pone -um summissiore, ut cervicem etiam obtegeret (*cf.* LACT. opif. 7, 10 -um ... contectum *capillis*. HIER. adv. Iovin. 2, 21 comae in -um frontemque tornantur). Cal. 35, 2 -o raso. ARNOB. nat. 6, 11 ergone dii ... habent aures et tempora, cervices, -um ...? 6, 16 solas sine -is facies (*sc. diductis simulacris*). CHALC. comm. 241 -um ... videmus in speculo, quod habetur a tergo; quod non fieret, nisi radius visualis ... angulo facto desineret in -i sedem. AMBR. hex. 6, 8, 44 cervicem meam nescio, non novi -um. HEGES. 3, 12, 2 ut -um ...

[Heck]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

excuteretur (*sc. saxo. gr. 3, 245* κραvίον). HIER. epist. 64, 13 in -o ... constrictus est taenia *pilleolus.*

? **2** *i. q. caput supinum* (*sc. per analogiam vocum tamquam oppositarum q. s.* praecipitium, praeceps, *quae situm capitis* 'pronum' *significant; cf. etiam* occipiti supinato *l. 23*): APVL. met. 1, 4, 4 (*describitur praestigiator, qui lanceam per fauces ingessit*) pone lanceae ferrum, qua bacillum inversi teli ad -um per ingluviem subit, puer ... insurgit (*Helm: 'quod capiti lanceae opponitur, extremam partem ferri'; Robertson intellegit extremam partem totius lanceae; quae interpretationes actioni descriptae parum convenire videntur; 'Kopfbeuge' verterunt Brandt-Ehlers*).

deriv.: occiput.

occiput, -itis *n. ab* occipitium *retrograde formatum, v. Stolz-Leumann 210* (*a* caput *derivant* PHOC. gramm. V 421, 29 GRAMM. suppl. 123, 31). *inter neutra in* t *terminata enumerat* PRISC. gramm. III 526, 8. *adhibetur abl.* (*semper* -i) *praeter l. 23. 24, nom. non nisi apud gramm. et* GLOSS. GLOSS. -t: *ὀπισθοκέφαλον. βρέγμα.* GLOSS.^{L} Corp. o 113 hrecca (*pro* hnecca *anglosax.*). [*e coni. dub.*: GERM. 148 (*Burmannus; gr. 147* κρατί).]

i. q. occipitium: PERS. 1, 62 quos vivere fas est -i caeco, posticae occurrite sannae. AVSON. 12, 8 p. 324 P. -i calvo es (*item de Occasione*: PAVL. NOL. epist. 16, 4). CAEL. AVR. acut. 1, 1, 24 dolore capitis vel -is. SIDON. epist. 3, 13, 7 -i supinato. 8, 9, 5 vers. 28 tonso -i. ALC. AVIT. carm. 1, 97 -i submissa suo descendere cervix incipit. *Heck.*

occīsio, -ōnis *f. ab* occīdere. *?* -caes- GLOSS. V 651, 9 (*v. s.* occo). *plur. l. 38, dub. p. 358, 5.* GLOSS. *σφαγή. κατασφαγή. legitur apud* RHET. Her., CIC. *et inde ab* APVL., VLP., TERT., ITALA; *in poesi nonnisi* COMM. instr. 2, 21 (25), 11 (*mensura neglecta*). [*confunditur c.* occasio (CIC. Flacc. 85 Att. 15, 11, 2. *al.*), occidio (*q. v.*).]

i. q. actio occidendi (*distinguitur* caedes *p. 346, 41* [*iuxta pos. infra l. 37. 39*], occidio *v. p. 343, 80,* mors *v. l. 44 ; de notione q. e.* 'internecio' *vix constat, v. p. 344, 11. 14*): **I** *vigente vi verbali*: **A** *moriuntur animantia*: **1** *morte corporali*: **a** *usu communi*: RHET. Her. 4, 22, 31 Gaio Gracco ... occis(i)o est oblata (*antea*: indigna nex). 4, 41, 53 est -o facta *eqs.* (CIC. inv. 2, 14 gladio. Caecin. 41 caedes et -o). CIC. inv. 1, 37 parentis -o. APVL. met. 6, 26, 1 vulnera et fortissimorum -es (*plur. ut* ITALA II Macc. 5, 13 [rec. L, *cf.* X] caedes iuvenum ..., virginum et parvulorum -es [*gr. σφαγαί, aliae verss.* trucidatio, perditio, iugulationes, *Vulg.* neces]. OP. imperf. in Matth. 41 p. 861 CIL VIII 1887). VLP. dig. 9, 2, 23, 2 propter -em ... defecit condicio. TERT. resurr. 28 p. 66, 7 *carni* anima per -em erepta referenda est per vivificationem. *al.* ITALA exod. 5, 3 (Lugd.) ne forte occurrat nobis mors aut -o ([*gr. θάνατος ἢ φόνος, Vulg.* pestis aut gladius]. SALV. gub. 7, 4 morte atque -e finimur. AVG. in psalm. 43, 2 l. 9 ut stragem -is et mortis paterentur sancti eius. *al.*). Iudith 9, 3 (Lucif. non parc. 10) dedisti principes eorum in -em ([*gr. εἰς φόνον, Vulg. deest*]. VVLG. Is. 34, 2). *al.* VOPISC. Car. 15, 6 atrocitatem -is. LACT. inst. 6, 20, 16 nihil distat, utrumne ferro an verbo potius occidas, quoniam -o ipsa prohibetur. SERV. Aen. 6, 107 *necromantia et sciomantia* sine hominis -e non fiebant (OROS. hist. 4, 6, 4). *et saepe. de immolatione*: PS. PHILO antiq. 32, 3 si ... pro iniquitatibus hominum pecora constituta sunt in -em *eqs.* SCHOL. Verg. Bern. georg. 2, 382 convivia rusticorum in -e hircorum sunt comoediae. AVG. c. Petil. 2, 37, 87 p. 72, 16 pascha, quod a Iudaeis celebratur in -e agni, praenuntiabat domini passionem (in psalm. 90 serm. 2, 8 l. 34 serm. 210, 2, 3. LEO M. epist. 16, 6 multorum agnorum -o illius immolatione finita est. *al. cf.* AVG. serm. coll. Morin p. 691, 20 ovis [*al.*]). HESYCH. in lev. 1, 5/9 p. 796^{B} ('immolabit ... vitulum *eqs.*') bovis. **b** *hebraismi*: -o gladii (*i. gladio facta*): ITALA num. 21, 24 (Lugd. *al.*) percussit eum Istrahel in -e g. (*gr. φόνῳ μαχαίρας, Vulg.* in ore g.; *eadem locutio graeca vertitur* deut. 20, 13 [Lugd.; *Vulg. ut supra*]. VVLG. Hebr. 11, 37 [*Itala cod. e al.* mactatione]). Ios. 11, 11 (*ibid.; gr. ἐν ξίφει, Vulg. aliter*). *gen.* -is *pro adi.* (*cf.* occisorius): ITALA psalm. 43, 22 (Veron. *al., cf.* VVLG.) oves -is (*gr. πρόβατα σφαγῆς,* HIER. psalt. sec. Hebr. grex -is. *cf.* VVLG. Zacch. 11, 4 pecora -is). VVLG. Ezech. 21, 14 hic est gladius -is magnae.

2 *morte aeterna*: TERT. resurr. 35 p. 76, 28 aeterna ... -o in poenam *eqs.* (*cf.* SALV. eccl. 1, 34 vitia letali gladio animas et perenni -e iugulantia). scorp. 5 p. 155, 7 *deus voluit* mortem morte dissolvere, -em -e dispargere. COMM. instr. 2, 21 (25), 11 (*fort. ad* Iac. 5, 5 in luxuriis enutristis corda vestra in die -is) o malo nutriri (*Dombart,* nutrivi *trad.*) in -e praedicti.

B *pereunt res*: ZENO 1, 5, 4 pretiosae virginitatis festa utrisque dulcis -o. LEO M. serm. 72, 5 interfectio cupiditatum, -o vitiorum. MAX. TAVR. serm. 35, 1 M. (*ad deut. 32, 39*) hac pia -e domini (*sc. qui in nobis scelera occidit*) cernimus plerosque esse conversos.

II *metonymice*: **A** *de occisoribus*: PETR. CHRYS. serm. 31 p. 287^{A} Iudaei ... viperinum germen, genitricis (*i. synagogae*) mors, genitoris (*i. Christi*) -o. **B** *de occiso*: MAX. TAVR. serm. 78 p. 690^{B} -is dominicae membra ponuntur (*i. domini occisi. antea*: super altare domini corpus offertur).

occīsito, -āre. *ab* occīdere (occisus). GRACCH. or. frg. Fest. p. 201 homines liberi nunc in oppido -antur (FEST. *ad l.*: saepe occiduntur).

PS. SORAN. quaest. med. p. 367, 13 *colli* pars quae ante est, gula vocatur, posterior autem cervix; concava autem pars **occiso** (*in* occipo *corr. m. 2 et add.*: pilulam vel occipitium). *obscurum.*

occīsor, -ōris *m. ab* occīdere (occisus). GLOSS. *σφαγεύς. v. etiam* GLOSS. III 209, 15 isfagis ('*σφαγαί? -es σφαγεῖς?' Goetz*) occisiones.

i. qui occidit: **1** *animantia*: PLAVT. Mil. 1055 mi Achilles, ... urbicape, -r regum. CYPR. epist. 66, 10 -es ac venditores *Ioseph.* SCHOL. Hor. epod. 17, 12 ('homicidam Hectorem') hominum atque hostium -r ... virorum -r. ADNOT. Lucan. 2, 121 *caput Antoni* in mensa poni iussit *Marius* et -em accumbere. PS. AMBR. act. Seb. 21, 80 Saturnum filiorum -em (PETR. CHRYS. serm. 127 p. 550^{A} *Herodes* interemptor plebis, -r f. CHRYSOST. ad neoph. 10 W. sui filii ... -em [*gr. τὸν ἀποκτείναντα*]). PETIL. Aug. c. Petil. 2, 32, 72 p. 61, 13 non Iohannis occisi, sed -is Herodis. 2, 86, 190 -em fratris Cain. AVG. serm. coll. Morin p. 468, 25 medicus *Christus* de suo sanguine faciebat -bus medicamentum (*cf.* FVLG. RVSP. rem. pecc. 2, 17 p. 567^{D}. 568^{A}). LIB. geneal. chron. I p. 182, 442 cum -bus et occisis. PETR. CHRYS. serm. 152 p. 606^{C} arridebat parvulus -i. VICT. VIT. 2, 22 aderant ... ovium -es (*cf.* CASSIOD. Ios. c. Ap. 1, 249 peremptores et -es *sacrorum animalium* [*gr. θύτας καὶ σφαγεῖς*]). FVLG. RVSP. rem. pecc. 2, 16 p. 567^{C} *Iudas*-i suo tempus conversionis admit occisus. **2** *res*: PS. CYPR. singul. cler. 39 p. 215, 2 *castitas* triumphator et -r dissolutionis. ENNOD. carm. 2, 7, 1 *Christus* -r mortis, dux vitae. FVLG. RVSP. serm. 10, 4 noli ... esse peccatorum factor et eris -r.

cf. occisorius.

occīsōrius, -a, -um. *ab* occīdere (occisus), *cf.* occisor. *i. q. ad occidendum destinatus*: TERT. anim. 33, 1 quod animae humanae pro vita et meritis genera animalium sortiantur, iugulandae quaeque in -is et subigendae quaeque in famulatoriis *eqs.*

n. pro subst.: GLOSS. III 326, 13 *σφαγίς* -um. *Baer.*

occistiāns (PACVV. trag. 321) *v.* 1. occido.

occlāmito, -āre. *ab* ob *et* clamitare. *i. q. clamando obstrepere*: PLAVT. Curc. 183 quin tu is dormitum? :: dormio; ne -es.

1. *occulto, -āvī, -ātum, -āre. *intens. ad* occulere. *scribitur in codd.:* ocult- STAT. Theb. 2, 535 *L.* 10, 482 *f.* LEX Sal. Merov. 89. obcult- CONC.^{S} I 5 p. 150, 24. occolt- PSALT. Rom. 34, 8 (cod. 421 *man. sec.*). *?* opscult- CE 45, 2 (= CIL IV 2360), *v. Stowasser, WSt. 25, 1903, 266;* oscult- *i. e. 'auscult-' intellegere maluit Bücheler; at tituli imago* opsult- *exhibet, unde Zangemeister ad* CIL 'opsultat *i. e. insultat'.* *de formis:* -assis: PLAVT. Trin. 627. *perf.* -ēre (-erunt *passim*): LIV. 41, 18, 12. *formae breviores:* -arunt: PAVL. FEST. p. 75 (*sed v. Lindsay ad l.*). PLIN. nat. 28, 232. -arat (-erat *saepius*): CIC. Verr. II 2, 91. -asse(n)t (-isset *vel* -issent *non invenimus*): CAES. Gall. 6, 43, 3 NEP. Lys. 2, 3 PLIN. epist. 4, 11, 11 TERT. adv. Marc. 4, 25 p. 504, 5 *et* 6 VVLG. Tob. 2, 5. -asse (-isse *nusquam*): RHET. Her. 2, 3, 5 CIC. Sest. 50 LVCR. 2, 634 CAES. Gall. 7, 38, 5 PLIN. nat. 21, 56. *al.* *de notione:* SYNON. Cic. p. 425, 3 fugitat (flagitat *N*). -at se. potestatem sui non facit. delitescit. latebris continetur. GLOSS. *κρύπτω. κατακρύπτω. ἀποκρύπτω.* -vit: abdidit, abscondit. *legitur inde a* PLAVTO, CAECIL., TER., RHET. Her., CIC., CAES. [*in codd. variat vel confunditur c.* occulere *in variis formis passim,* -tus *c.* occultus *v. p. 363, 52, praeterea* -tus *c.* celatus FRONTIN. strat. 2, 5, 44, occupatus CAES. Gall. 6, 43, 6 LIV. perioch. 49 p. 60, 23, -antis *c.* latitantis VLP. dig. 42, 4, 7, 9, -andus *c.* occupandus DECL. in Catil. 61, -ando *c.* osculando TERT. orat. 18 (-tum est *falso ut vid. pro* osculatus est ARNOB. in psalm. 130 p. 532^{C}), -antur *c.* obscurantur MART. CAP. 8, 854, -erint *c.* occiderint COD. Theod. 9, 29 (= Iust. 9, 39) rubr., -etur *c.* ex- *et* conculcetur PLIN. nat. 2, 164. *loco corrupto:* CIC. Att. 8, 14, 3. *ex falsa versione:* MVTIAN. Chrysost. hom. 8, 2 p. 293/4 videntur . . . -are se ipsos (*opp.* oboedientiam, *gr. ἀφηνιάζειν, quod confudisse vid. c. ἀφανίζειν; cf. Wilhelmsson, Stud. zu Mutian. 50 et Lundström, Übersetzungstechn. Unters. 69*).]

i. q. occultum facere, reflex. (v. p. 377, 51 et sub II passim) et mediopass. (v. p. 377, 65 et sub II passim) nec non act. pro reflex. (v. p. 377, 77) i. q. occultum fieri vel esse vel manere. *interdum per fraudem, cf.* -are astu *p. 376, 56,* dolo *p. 378, 48,* fraude (fraudibus) *p. 376, 22.* NOVELL. Maior. 5 pr., mentiendo *p. 378, 49, praeterea* -are callide *p. 377, 21,* nequiter PLIN. nat. 21, 179, scelerate *p. 376, 22. -ant imprimis animantes; res variae e. g. p. 376, 40. 377, 31,* tenebrae *p. 378, 11, per oxymor. -at* lux *p. 378, 13. ἀπὸ κοινοῦ -atur* vox *p. 376, 13.* *iuxtaposita notabiliora (v. etiam p. 376, 65): synon.:* abdere *p. 376, 42.* TAC. hist. 1, 88, 2, abscondere *passim,* celare *p. 376, 57. 74. 377, 44.* CIC. off. 3, 38. IVVENT. com. 1 cela, -a, tege, tace. PORPH. Hor. carm. 1, 24, 7, contegere *p. 376, 42.* RVFIN. Greg. Naz. orat. 1, 19, 2, deponere TERT. adv. Val. 25 p. 201, 20, operire (tenebris, velamine) *p. 376, 50. al.,* opprimere CIC. S. Rosc. 121 orat. 49, obtegere *p. 378, 52,* obvelare CHROMAT. in Matth. 5, 4, 2, premere *p. 377, 16,* recondere *p. 378, 74,* seponere CIC. Att. 11, 24, 2, supprimere *p. 376, 84.* tegere *infra passim et* IVVENT. com. 1 *v. l. 71.* *oppos.:* aperire *infra passim et* QVINT. decl. 307 p. 209, 16, demonstrare AVG. serm. 187, 44, detegere *p. 379, 58,* manifestare *passim,* in manifestum producere IREN. 1, 15, 6 (1, 8, 17 H.), ostendere *passim,* praebere inspiciendum *p. 376, 25,* proferre in medium *l. 376, 20,* propalare *p. 377, 74,* revelare *p. 376, 83,* RVFIN. Greg. Naz. orat. 1, 19, 2 COD. Iust. 9, 41, 8. *per abundantiam plus minus audacem* -tum latere *p. 378, 76,* -are latebrose *p. 379, 64* (*cf.* latebris *p. 378, 32. 72,* in latebra *p. 379, 7,* viis latebrosis *p. 378, 36,* inter latebrosas convalles *p. 379, 36,* adytis latentibus MART. CAP. 1, 93), in absconditis VVLG. Ier. 23, 24, in absconso tabernaculi *p. 379, 3,* arcanis secretis *p. 378, 50* (secretis sub antris *p. 379, 45*); *cf. praeterea e. g.* SIL. 9, 99 sepulcro . . . condit membra -ta. HOMER. 708 abdiderant -antes sua corpora (PRVD. c. Symm. 1 praef. 52 -bat . . . se . . . abditum [additum *N*] virus). STAT. Theb. 10, 482 -ta . . . delituit virtus. PANEG. 4, 5, 3 -andis, quae . . . latent (*cf.* AMM. 17, 13, 13 latitantes -bantur).

I *nude:* **A** *usu communi:* **1** *act. et pass.* (*nisi quaedam fort. mediopassive intellegas, ut e. g. l. 14. 48. 51. 52*): **a** *corporaliter* (*v. etiam p. 377, 34*): *α c. acc. rerum:* PLAVT. Curc. 95 tace, -emus lumen et vocem. Most. 288 (*interpol.?*) purpura aetati -anda est (*cf.* TERT. cult. fem. 2, 6 l. 22 senectus cum plus -ari studuerit, plus detinetur). CIC. Sest. 50 corpus paludibus -asse demersum (LIV. 41, 18, 12 PLIN. nat. 8, 85 [*var. l. et Mayh.* occulto]. *cf.* PLIN. nat. 8, 62 -to eo *capite* [HIL. trin. 6, 7 *opp.* patebit]. RVFIN. hist. 3, 23, 18 dexteram [*gr. ἀποκρύπτων*]). Rab. Post. 45 pecuniam (TAC. hist. 2, 13, 2. *cf.* LIV. 6, 14, 11 thensauros [RVFIN. hist. mon. praef. p. 389/390 *opp.* proferre in medium]. TAC. hist. 2, 29, 1 spolia . . . et aurum, [et] pretia laborum. PAVL. dig. 47, 2, 1, 2 *depositum.* COD. Theod. 9, 42, 5 scelerate . . . facultates. 16, 5, 34, 1 fraude. *al. sim.*). fin. 5, 46 ut, si quae in membris prava . . . sint, -ent homines (*sim.* PORPH. Hor. sat. 1, 2, 83, quod reprehensibile est magnopere -ant. IVST. 38, 8, 10 quasi astu inspicienda praeberentur, quae omni studio -anda pudibundo viro erant). CAES. Gall. 7, 45, 7 tectis insignibus . . . -tisque signis militaribus (SALL. Iug. 68, 4). 7, 73, 7 pars scrobis ad -andas insidias viminibus . . . integebatur. VAL. MAX. 2, 6, 2 ad dissimulandum et -andum vulnerum . . . cruorem. FRONTIN. strat. 2, 5, 27 strictis . . ., quos -erant, gladiis (*cf.* AVSON. Mos. 252 -ti . . . ferri *de hamo.* RVFIN. hist. 2, 20, 5 -tis pugionibus [*gr. ὑποκρύπτοντας*]). TAC. ann. 4, 35, 4 libros . . . cremandos censuere patres; set manserunt, -ti et editi. APVL. apol. 82 litteras illatenus . . . legendas praebebat, cetera supra et infra scripta -bat (*opp.* ostendebat). IVVENC. 1, 479 praecelsis inpostam rupibus urbem -are (*Matth. 5, 14* abscondi). AVSON. 452, 3 p. 396 P. *lacrimas.* 453, 3 p. 396, 8 ea *nave* . . . sedulo -ta. 458, 3 p. 399 quam potest tutissime -at *dona.* AMM. 16, 8, 4 velamen purpureum. HIER. virg. Mar. 14 p. 198^{B} *idola* (*cf. gen. 31, 34* abscondit idola). RVFIN. hist. 3, 6, 7 (*gr. συγκαλύπτουσαι*). *subi. est res* (*cf. p. 377, 31*): CIC. fin. 5, 58 a natura -tas *res* et latentes indagare (off. 1, 127 quae . . . n. -vit [*antea:* contexit atque abdidit]. PLIN. nat. 21, 56 id *semen thymi. cf.* 15, 92 quae . . . -vit cura naturae). PLIN. nat. 33, 3 quae -vit atque demersit *terra.* 35, 68 ut . . . ostendat *pictura* . . . etiam quae -at. *subi. est res, qua aliquid -atur* (*cf. p. 378, 11*): VERG. ecl. 2, 9 virides . . . -ant spineta lacertos.

β c. acc. animantium (*exempla dedimus inde a* VVLG. *selecta*): CIC. Verr. II 5, 65 quid accidit, cur tanto opere iste homo -retur, ut eum ne casu quidem quisquam aspicere posset? (FEST. p. 334. AVG. civ. 6, 7 p. 260, 18 D. [*antea:* tenebris operiuntur, *opp.* proferuntur in lucem]). 5, 67 quam ob rem ita pirata iste -tus est quasi eum aspici nefas esset? VERG. Aen. 2, 45 inclusi ligno (*i. equo Troiano*) -antur Achivi (*cf.* CLAVD. DON. Aen. 2, 15 p. 149, 21 *viros* equus *Troianus*). CVRT. 4, 4, 15. PLIN. nat. 10, 93 -andis habiles *nidi hirundinum* pullis. FRONTIN. strat. 3, 10, 1 *milites.* TAC. hist. 2, 98, 1 plures . . . suomet astu -ti. 4, 1, 2 PAVL. dig. 48, 19, 40. APVL. met. 9, 40, 4 (*syn.* celatus). ITALA II par. 22, 11 (Complut.) eum (*gr. ἔκρυψεν, Vulg.* abscondit). HIL. myst. 2, 8, 2 *exploratores* suscepit et -at. VVLG. Hebr. 11, 23 -tus est *Moyses natus* mensibus tribus (*gr. ἐκρύβη*). PRVD. c. Symm. 1, 46. COD. Theod. 7, 13, 21 refugas. 9, 29 (= Iust. 9, 39) rubr. latrones vel aliis criminibus reos (9, 29, 2 = Iust. 3, 39, 1). *al.* *subi. est urbs:* AVG. conf. 5, 10, 19 plures . . . eos *haereticos* Roma -at.

b *incorporaliter sc. utcumque celando vel dissimulando, maxime tamen reticendo sim.* *iuxtaposita selecta: synon.:* dissimulare *passim* (*cf. l. 29*), reticere *l. 82. p. 377, 8,* tacere CIC. Verr. II 2, 91 dom. 30 HIL. c. Aux. 9 AVG. in psalm. 5, 7 l. 25. *oppos.:* confiteri *l. 76, p. 377, 41.* HESYCH. in lev. 16, 21 p. 1000^{B}, dicere *l. 81.* AVG. in psalm. 5, 7 l. 25, divulgare *l. 84. p. 377. 13,* indicare AVG. in euang Ioh. 123, 5, nuntiare AVG. civ. 8, 21 p. 352, 6 D., prodere CAES. Gall. 6, 20, 3, profiteri APVL. apol. 11, promulgare APVL. *ibid.*, recitare *p. 377, 36.* TAC. ann. 6, 38, 3.

α c. acc. rerum (*exempla notabiliora*): PLAVT. Aul. 277 probrum atque partitudo prope adest ut fiat palam; quod celatum atque -tum est usque adhuc, nunc non potest. Capt. 299 nobilitatem . . . et genus et divitias (*antea:* est confessus verum). TER. Hec. 869 quī hoc -ari facilius credas dabo (*i. indicabo*). CAECIL. com. 172 famam. RHET. Her. 2, 3, 5 sua flagitia (CIC. p. red. in sen. 16 AVR. VICT. Caes. 33, 29). 4, 41, 53 -andi . . . maleficii spe (CIC. S. Rosc. 122. Sull. 7 *opp.* aperiri illustrarique. Cael. 53). CIC. S. Rosc. 86 (*syn.* dissimulari). 121. Verr. II 1, 80 causam (*antea:* negas, *opp.* dicis. Flacc. 87 *syn.* reticendam. HIL. in psalm. 67, 21 p. 296, 21 vel c. vel ratio [*opp.* revelari]. AVG. conf. 3, 9, 17). 2, 55 res (Cluent. 73 *p. 364, 53.* ad Brut. 2, 6, 2 non divolgandam potius quam -andam [*antea:* suppri-

[Johann-Sz.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

menda ... erat]). Sull. 42 non -vi, non continui domi *tabulas*, sed statim ... pervulgari ... imperavi (Att. 6, 1, 8. *cf.* Lact. inst. 1, 6, 13 libri *Sibyllini* a Romanis -antur [*var. ll.* absconduntur, occuluntur]). 78 libido (Tac. ann. 16, 32, 3 avaritiam ac l. [*opp.* reclusa]. *v. etiam infra l. 32 et cf.* Cic. off. 1, 105 -at et dissimulat appetitum voluptatis). 86 facinus -ari, ... scelus ... tegi (Tac. ann. 14, 4, 2 Vlp. dig. 29, 5, 3, 29. *al. cf.* Sall. Catil. 23, 2 scelera [*syn.* reticere. *al.*]). dom. 21 sceleris rationem (*cf. p. 376, 82*). Cael. 75 nihil (de orat. 1, 172 n. -bo et ... vobis exponam. Att. 10, 4, 8. ad Q. fr. 2, 14, 2 ut ... n. -ans, n. dissimulans ... rescribam. Plin. nat. 25, 1 *syn.* abscondere et supprimere. Tac. ann. 14, 21, 3. Clavd. Don. Aen. 4, 175 p. 378, 3). Phil. 2, 25 cuius ... nomen est -tum? -tum dico? cuius non statim divolgatum? (Ov. Pont. 1, 1, 18 Clavd. Mam. anim. 1, 2 p. 25, 14). 12, 21 dolorem. part. 115 indicia facti (fam. 15, 2, 6 Tac. hist. 4, 16, 1). fin. 2, 77 ut in fronte ostentatio sit, intus veritas -etur (Min. Fel. 5, 13 -atur et premitur). ac. 1, 2 Att. 1, 18, 2. Caes. Gall. 1, 27, 4 fugam (Vell. 2, 75, 3). civ. 3, 102, 3 fugae consilium (Frontin. strat. 1 praef. 1, 1 tit. Tac. hist. 4, 14, 1. ann. 14, 44, 1 [*v. app. crit. et Wölfflin, Ausgew. Schr. 58 sq.*]. Apvl. met. 8, 2, 5. *cf.* Sall. Iug. 90, 3 incepto suo -to. Sil. 2, 479 coepta). Sall. Iug. 15, 4 vitia ... callide (Hier. epist. 54, 8, 2). Liv. 24, 5, 14 arcana. Plin. nat. 28, 232 quod veluti mysterium -arunt *magi* (*cf.* Hil. c. Aux. 9 mysterium impietatis diu -tum). 29, 53 -andis fraudibus (Hermog. dig. 19, 1, 49 pr.). Qvint. inst. 4, 1, 9 eloquentiam (*cf.* 8, 3, 2 artes altiores. 10, 1, 20 *orationis* virtutes). Frontin. strat. 1, 5, 13 sollicitudinem suam. Tac. hist. 3, 54, 1 nuntios cladis -ans (4, 75, 1). ann. 1, 24, 1 tristissima quaeque. 4, 29, 2 odium (*cf.* Svet. Nero 33, 2 invidiam). *al.* Plin. epist. 6, 19, 2 quamquam -retur, pro comperto habebatur. Tert. nat. 2, 14, 12 meritum (Vita Hil. Arel. 16 l. 23). Qverol. p. 13, 15 R. totum -ant. Amm. 26, 4, 2 -ans quae cogitabat. *al. subi. est res* (*cf. p. 376, 40*): Cic. Rab. Post. 11 -at *tabella* libidinem *iudicis*. Att. 3, 15, 6 multa -ant ... litterae. Plin. nat. 2, 159 ipsa se obducit *terra* et scelera quoque mortalium -at. *-antur res corp.* (*vix corporaliter*): Stat. Theb. 12, 135 per aversos ducit ... calles -atque vias. Tac. hist. 4, 24, 3 litterae, quas ..., quia -ari nequibant, pro contione recitavit (Gell. 17, 9, 6 dissimulare et -are l. publice ... missas).

β c. acc. animantium (*cf. supra l. 26*): Cic. Phil. 2, 26 in tot hominibus ... neminem -antibus meum nomen latere potuisse. Tac. ann. 11, 22, 1 conscios non edidit, incertum an -ans. Tert. adv. Marc. 2, 2 p. 336, 5 confessus est seductionem, non -vit seductricem.

γ enunt. sim. (quod *c. pron. praepar.* Cod. Iust. 11, 48, 4, 1): *interrog.*: Plavt. Pers. 222 quid ais? certum(n)est celare, quo iter facias, pessuma?:: offirmasti(n) -are, quo te immittas, pessume? Plin. nat. 28, 18. Tac. ann. 4, 19, 3 silente reo vel ... non -ante. Cypr. epist. 11, 7 dissimulare ... singula et ... -are. *c. inf.* (*cf. Löfstedt, Syntactica II 157*): Plavt. Pers. 493 est res quaedam, quam -bam tibi dicere. *acc. c. inf.*: Hil. trin. 7, 22 non -at *Christus* ex patre esse se natum.

2 *reflex.* se -are (*v. etiam sub II passim*): **a** *corporaliter*: Plavt. Mil. 582 aufugiam et me -bo. Cic. S. Rosc. 95 cum ... fugerent ac se -rent. Caes. Gall. 6, 43, 3 si qui ... se (*om. h*) -ssent. Vlp. dig. 42, 4, 7, 9 *bis.* Schol. Cic. Bob. p. 148, 36 -antem se ... extrahere domo. Vvlg. II Macc. 10, 37. Luc. 1, 24 -bat se *Elisabeth* mensibus quinque (*gr. περιέκρυβεν ἑαυτήν*). Pallad. hist. mon. II 14 p. 368^{B} se -are et latere (*gr. p. 59, 10 B. διαλαθεῖν αὐτόν tantum*). **b** *incorporaliter*: Qvint. inst. 11, 2, 7 (*de facultate reminiscendi*) quaedam requisita se -ant et eadem forte succurrunt. Tert. adv. Marc. 4, 41 p. 562, 8 (*ad Luc. 22, 67 sqq.*) eius fuit -asse se, cui ultro debebatur agnitio (*opp.* confessionem, confesso). Prvd. psych. 794 (*antea*: latet). Avg. in euang. Ioh. 63, 2 altius est perscrutandum ... dictum *dei*, qui se aliquantum manifestat, ut inveniamus, et iterum -at, ut inquiramus.

3 *mediopass.* (*v. etiam sub II passim et cf. l. 82. p. 376, 11*): **a** *corporaliter*: Plin. nat. 9, 22 abduntur ... -anturque *delphini* (*de bestiis etiam*: 9, 59 capite abscondito totos se -ari credentium *mugilum*. 9, 95 *syn.* latent. 10, 26. 10, 47 victus -atur silens *gallus*. 10, 72 *bis.* 10, 87 *opp.* prodit). 25, 19 nec ... -to eo *dracunculo* apparet *serpens* (*antea*: exserenti se terra ... rursusque ... in terram condenti). Amm. 20, 11, 21. **b** *incorporaliter*: Pavl. dig. 49, 14, 13, 5 dum rem -ari sperat. Avg. epist. 211, 11 si ... vulnus haberet in corpore, quod -ari vellet, dum timeret secari *eqs.* Clavd. Mam. anim. 1, 2 p. 26, 2 pagina propalatur eiusdemque auctor -atur (*var. l.* occulitur). p. 26, 3 nemo ... studet -ari (*var. l.* occuli), nisi qui formidat agnosci.

4 *act. pro reflex. vel mediopass.* (*v. et p. 378, 22. dub.*: Stat. Theb. 2, 535 [*Tydeus ad viros armatos*] unde, viri, quidve -atis in armis?): Vlp. dig. 11, 4, 3 fugitivos inquirere scrutarique cubilia atque vestigia -antium.

B *specialia*: **1** *c. not. obscurandi, obumbrandi, invisibilem aciendi* (*quaedam mediopassive accipi possunt*): Cic. nat. deor. 2, 51 tum -antur tum rursus aperiuntur *stellae* (Plin. nat. 2, 59. *ibid.* donec ... -et *sol* illas *s.* 2, 61. 18, 218 -antur s. et conspici desinunt.

cf. Vitr. 9, 1, 4 pars ... signi ... subiens sub terram -atur [*antea*: ab ... umbra obscurantur]. Plin. nat. 2, 13 sidera -at *sol.*). Plin. nat. 2, 164. 2, 216 ut lunam mundus ostendat -etve (*cf. infra l. 60*). 18, 246 vergiliae vesperi -antur (*postea*: incipiunt abscondi). 18, 248 canis vesperi -atur (*opp.* oritur, *postea*: absconditur. *ibid. iterum*). Tert. anim. 41, 2 -⟨ta⟩ luce (*sic Rigalt.*, -⟨ta⟩ sua l. *Hartel*, occulta salute *Gelen. al. c. cod. AB. antea*: obumbrari [*v. etiam p. 376, 13*]). Amm. 20, 3, 4 sol -atur. Ps. Avg. serm. ed. Mai 37, 2 (*de solis defectione*) orbis tenebris obvolutus -vit vultum suum. Serm. RevBén. 57, 1947 p. 124, 76 -ta nube paulatim altiusque subducta. *-ant* tenebrae: Amm. 27, 2, 8 -antibus t. barbaros. Gennad. dogm. 10 cum adhuc (*sc. ante mundi originem*) t. ipsam aquam -rent et aqua terram absconderet *eqs.* *per oxymoron -at* lux: Avg. in euang. Ioh. 58, 3. quomodo l. -at, quod videns indicat? **2** *c. not. conservandi*: Stat. Theb. 1, 531 pudorem. **3** *c. not. insidiandi: transitive fere i. q. clam parare, erigere*: Itala psalm. 34, 8 (cod. 136 Cas.) venatio, quam -vit, conprehendat eum (*gr. ἡ θήρα, ἣν ἔκρυψαν*, Psalt. Rom. captio, quam -erunt, *Vulg.* captio, quam abscondit). 140, 9 (Veron.) custodi me a laqueo, quem -erunt mihi (*gr. ἀπὸ παγίδος ἧς συνεστήσαντό μοι, Psalt. Rom. et Vulg.* quem statuerunt mihi. Psalt. Rom. 9, 16 *et* 30, 5 *Vulg.* absconderunt *vel* statuerunt). *act. pro reflex. vel mediopass. fere i. q. insidias tendere*: Itala psalm. 55, 7 (cod. 136 Cas.) adversus me omnes adinventiones eorum in malo; inhabitabunt et -bunt (*gr. παροικήσουσι καὶ κατακρύψουσιν, Vulg.* inhabitabunt et abscondent).

4 *c. not. excipiendi, continendi*: Ps. Soran. epit. 50 corion anguion ..., qui -at infantem (*cf. Soran. 48* infantem ... continet, *49* infantem spatio suo teneat). *ibid.* anguia bene dicuntur eo, quod sanguinem -et.

II *c. additamentis*: **A** *indicatur, qua re vel quo modo vel ubi aliquid -etur*: **1** *abl.* (*loc.*): **a** *reflex.* se -are: Plavt. Aul. 718 fures ..., qui vestitu et creta -ant sese. Cic. Manil. 7 latebris (Tac. hist. 3, 84, 4). Caes. Gall. 5, 19, 1 locis ... impeditis ac silvestribus sese (se *β*). 6, 31, 3 insulis (*var. ll.* in i. *vel* in silvis). Sall. Iug. 12, 5 tugurio mulieris ancillae. Liv. 7, 14, 8 silvis. Tac. ann. 2, 17, 6 ramis. Amm. 14, 2, 2 viis latebrosis. **b** *aliud vel alium*: *α incorporaliter*: Rhet. Her. 4, 7, 10 ne possit ars eminere et ab omnibus videri, facultate oratoris -atur. Cic. Pis. frg. 11 ganeonem ... parietum praesidio, ... amicorum sordibus, ... ⟨lustrorum⟩ tenebris -antem libidines suas (ac. 2, 122 [*de rebus naturae*] latent ... crassis -ta et circumfusa t. *eqs. cf.* fin. 5, 51 quae naturae obscuritate -antur). Brut. 235. Lael. 65 fronte ... sententiam (*opp.* aperte). Val. Max. 9, 8, 2 maiestate sua servili veste -ta. Frontin. strat. 3, 11, 5 specie remanendi ... profectionem (Ps. Avr. Vict. epit. 42, 7). Tac. hist. 1, 69 dicendi artem apta trepidatione. ann. 3, 52, 1 dissimulatis ... pretiis -bantur *sumptus* (*opp.* vulgati). 4, 57, 1. Cypr. epist. 57, 3 aliud corde -at et aliud voce pronuntiat. Ps. Avr. Vict. epit. 38, 5 dolo ... mors (*opp.* proditum). Clavd. 26, 479 ore metum. Avg. civ. 1, 10 p. 20, 2 D. mentiendo (*opp.* verum dicendo proderetur). mag. 13, 42 animum verbis. Svlp. Sev. chron. 2, 46, 1 arcanis -ta *Gnosticorum haeresis* secretis. Chromat. in Matth. 5, 4, 2 perspicuam lucem praedicationis divinae pravis interpretationibus obtegere et -are. *al.* *β corporaliter*: Caes. Gall. 6, 43, 6 noctu (*v. app. crit.*). 7, 45, 5 silvis ... -at *legionem* (Ov. met. 2, 686 Sil. 2, 419). Sall. Iug. 49, 5 neque plane -ti (*frg. Berol.* occulti) humilitate arborum et tamen incerti. Verg. Aen. 8, 211 raptos *tauros* saxo -bat *Cacus* opaco. Hor. carm. 3, 16, 27 horreis. Pavl. Fest. p. 350 ara Ditis ... terra (Plin. nat. 19, 75). Sen. benef. 3, 37, 4 -tum (occultum *M*) sinu ferrum. Cvrt. 8, 3, 9 *gladium* veste. Petron. 123 vers. 227 penates ... gremio. Plin. nat. 2, 47 solem interventu lunae -ari lunamque terrae obiectu (*cf.* Mart. Cap. 8, 814 nullis sideribus -atur *cursus mundi extimus*). 2, 194 hiatus *terrae* ... alias remanet ostendens quae sorbuit, alias -at ore conpresso *eqs.* 9, 145 umbra. 10, 2 colla frutice (*cf.* 10, 202 ramis. 16, 199 cortice ambiente). 11, 13 parietibus ... -ta *insecta*. 33, 23 digito -antur *gemmae*. 35, 134 habitu (Ivst. 1, 2, 3 novo h. aliquid). 36, 28 auro -tus *Ianus* (*i. statua*). 37, 28 *capillamentum crystalli* caelatura. Stat. silv. 2, 6, 31 litore ... Thetis -vit Achillem. Theb. 4, 427 hanc *Latoniam* ... effictam ... -at silva tenebris (Amm. 17, 7, 13 Clavd. Don. Aen. 2, 765 p. 251, 17) Frontin. strat. 3, 13, 2 -tam balteo epistulam. Tac. ann. 3, 7, 2 venenum ... nodo crinium. 14, 35, 2 *milites* castris. Epist. Alex. p. 194, 2 latebris -ta *genera ferarum* (Clavd. Don. Aen. 2, 260 p. 183, 3). Hil. c. Const. 20 paleis ... aquas tegis et foveas cespitibus -as. in Matth. 4, 13 lucerna ... non recondenda sub modio est neque operimento -anda. Avien. Arat. 1068 -ta iugo praetentaque rupe latebunt *signa*. Amm. 15, 11, 16. *al.*

2 *praep.*: **a** in *c. abl.* (*v. etiam supra l. 34*): *α aliud vel alium*: Cic. off. 2, 25 in vestimentis telum. Lvcr. 2, 634 Iovis ... vagitum (*i. Iovem vagientem*) in Creta. Caes. Gall. 7, 85, 6 in terra (*var. l.* terram). Val. Max. 9, 10 ext. 1 in qua *domo* (Vvlg. Tob. 2, 9 Interpr. cod. Theod. 9, 29, 2). Stat. Theb. 10, 333 in alto sanguine (*i. in occisorum acervo*). Frontin. strat. 2, 5, 35 in confragoso loco. 3, 10, 2 *milites* in proximo. Plin. epist. 4, 11, 11 in agris suis ... libertam. Decl. in Catil. 61 in ... antris. Apvl. apol. 53 in eo *linteolo*.

[Johann-Sz.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

met. 4, 18, 6 in ... aedibus. 6, 25, 2 in ... spelunca sarcinas. ITALA psalm. 26, 5 (cod. 136 Cas.) abscondit me in tabernaculo suo ..., -vit me in absconso tabernaculi sui (*gr. ἐσκέπασέν με ἐν ἀποκρύφῳ τῆς σκηνῆς, Vulg.* protexit me in abscondito tabernaculi sui). AVSON. 4, 1 p. 322 P. Danuvius penitis caput -tus in oris. AVELL. p. 111, 12 in quibus *foveis* demersum caput ... nititur *vulpecula* -are. *incorporaliter*: CIC. leg. 3, 34 non latebra danda populo, in qua ... tabella ... -ret suffragium. off. 2, 79 in pecuniis creditis -at suum gaudium. NEP. Lys. 2, 3 *nisi* in eo -asset voluntatem. TERT. adv. Marc. 5, 18 p. 638, 21 non deo erat -tum, sed in deo. PELAG. in Rom. 16, 26 mysterium ... in lege ... - tum (*opp.* evidenter patefactum. *cf.* AVG. bapt. 1, 15, 24 in eo ipso *testamento veteri* -batur novum [*antea*: occultum fuit, *opp.* manifestatum est, revelatum est]). RVFIN. Orig. princ. 4, 3, 11 -are ... haec ... in his, quae ..., et altius tegere. AVG. in euang. Ioh. 106, 4 quod ... non in proverbiis -atur, sed verbis manifestatur, procul dubio palam dicitur. *β reflex.* se -are: CIC. div. 1, 120 tum in hac tum in illa parte se -ent *aves*. Att. 9, 11, 1 in hortis. PLIN. nat. 9, 143 mersa ... in limo se -at *torpedo piscis*. SIL. 7, 670 in umbra. ITALA II par. 22, 9 (Complut.) in Samaria (*gr. ἰατρευόμενον ἐν Σ., Vulg.* latitantem in S.). IVST. 25, 2, 3 ut ... in proxima silva taciti se -rent. DARES 41. HYG. astr. 2, 13 p. 47, 8 in eo loco. *γ mediopassive*: PLIN. nat. 8, 85 colorem eius ... terrae habere *serpentes*, in qua -entur. TAC. hist. 2, 72, 1 *Scribonianum Camerinum* in Histria -tum. AVG. civ. 17, 6 p. 218, 17 D. in tenebroso -tus *David* antro. PALLAD. hist. mon. I 22 p. 303[C] in obscurissima cellula. *incorporaliter*: GREG. M. in Ezech. 1, 1, 1 ventura ... res -atur in futuro tempore, praesens autem cogitatio absconditur in latenti corde (*postea*: tegitur, denudatur).

b in *c. acc. (v. etiam p. 378, 80)*: BELL. Hisp. 39, 2 ad convallem exesumque locum in speluncam Pompeius se -are coepit.

c *alia*: CIC. dom. 83 latitat ..., sed ... invenient hominem apud sororem ... -antem se (CAES. Gall. 6, 17, 5 capta ⌊a. se⌋ [*om. β*] -are. TAC. hist. 3, 74, 1 SVET. Iul. 71 APVL. met. 8, 41, 4. CYPR. epist. 11, 7 a. conscientiam). CAES. Gall. 7, 38, 5 ipsos se inter multitudinem ... -asse (IVST. 38, 1, 9 ferrum ... i. fascias. AMM. 17, 12, 5 i. latebrosas convalles montium. *cf.* ORIG. in Matth. ser. 138 p. 286, 1 intra ... velum). 7, 83, 7 post montem se -vit (FRONTIN. strat. 2, 5, 44 p. quaedam promunturia. AMM. 18, 8, 3 p. tumulos. *cf.* 29, 5, 47 -tis pone terga subsidialibus globis). PLIN. nat. 2, 57 super terras -ari *solem*. TAC. hist. 3, 86, 3 per domos clientium semet -bant senatores (ann. 1, 63, 1 *milites* p. saltus. *cf. l. 47*). VLP. dig. 42, 4, 7, 13 circa columnas (42, 5, 36) aut stationes. IVST. 1, 9, 19 -to sub veste ferro (*cf. l. 45*). COD. Iust. 1, 12, 6 (*a. 466*) *res mobiles* extra terminos. *incorporaliter vel tropice*: STAT. Theb. 9, 617 secretis culpam (*i. prolem*) -are sub antris (LACT. inst. 5, 1, 14 acerbitatem saporis asperi s. praetexto suavitatis. AVG. gen. c. Manich. 2, 21, 32 sub tunicis pelliceis ... mendacia). RVFIN. hist. 5, 8, 13 per interpretationem ... veritatem (*gr. ἀποκρύψωσι*).

3 *adv.*: CIC. Phil. 2, 77 ibi (PAVL. FEST. p. 119 ASCON. Corn. p. 49, 5 AMM. 19, 5, 5). Att. 10, 10, 3 clam agam; cum paucissimis alicubi -bor (*cf.* LIV. 6, 14, 13 ubi [APVL. met. 7, 25, 6]. VEREC. in cant. 8, 1 ubicumque). APVL. met. 9, 41, 3 ilico. COD. Iust. 1, 12, 6, 5 (*a. 466*) quocumque.

B *indicatur, cui aliquid -etur*: **1** *dat. (v. et l. 10, aliter p. 378, 20)*: PLAVT. Trin. 627 noli avorsari neque te -assis mihi (*reflex. etiam*: AVG. c. Cresc. 3, 69, 79 se iudicibus. fid. et op. 22, 41 cui *potentiae* se subtrahere nequeat aut -are peccator). PLIN. nat. 2, 180 alia aliis detegente et -ante. TERT. adv. Marc. 5, 18 p. 638, 18 sacramentum principatibus et potestatibus *dei* (p. 638, 20 illi [*opp.* illi ... manifest⟨at⟩um]. p. 638, 21 *v. l. 10*. AVG. in euang. Ioh. 96, 3 eis [*opp.* produntur]. in psalm. 103 serm. 1, 14 l. 22). AVG. civ. 2, 4 p. 57, 2 D. praecepta ... populis. serm. 179, 7, 7 MART. CAP. 1, 22 (vers.). ARATOR act. 1, 470. PALLAD. hist. mon. I 31 p. 316[C] nobis. *al.* **2** *praep.*: ab (abs): PLAVT. Trin. 279 neque ... neque latebrose me abs tuo conspectu -bo (*reflex. etiam*: VVLG. II Macc. 14, 30 Machabaeus ... -vit se a Nicanore [*gr. συνεκρύπτετο τὸν N.*]. RVFIN. Greg. Naz. orat. 2, 12, 5 abscondere se atque -are a deo). TERT. adv. Marc. 4, 25 p. 504, 6. ITALA II par. 9, 2 (Complut. *al.*) non est -tus sermo a Salomone (*gr. οὐ παρῆλθεν λόγος ἀπὸ Σ., Vulg.* nec quidquam fuit, quod non perspicuum ... fecerit). PSALT. Rom. 138, 15 (*cf.* VVLG.) non est -tum (*Italae codd.* occultum, absconsum, absconditum) os meum abs te, quod fecisti in occulto. VVLG. psalm. 77, 4 quanta ... cognovimus ea et patres ... narraverunt nobis; non sunt -ta a filiis eorum (*Italae codd.* absconsum *vel* abscondita). Ier. 16, 17 non sunt absconditae *viae eorum* a facie mea et non fuit -ta iniquitas eorum ab oculis meis. RVFIN. Clement. 1, 74, 4 hist. mon. 10 p. 429[A] IOH. MED. (?) Ps. Chrysost. hom. I 978[A]. adversus: VLP. dig. 42, 4, 7, 7 quid si a. quosdam -are se consilium non est, a. quosdam est ...? (*postea*: adversus quos non latitat). *?* **3** *aliquem aliquid sec.* celare: CAEL. AVR. acut. 2, 9, 43 vehementer ... curandum (*subst. masc.*) putat -are noxia quam prohiberi (*cf. Bendz, Caeliana 30, 1*).

? p. p. p. **occultātus,** -a, -um *pro adi. q. e.* occultus (*v. etiam p. 378, 6 et cf. p. 375, 49*): CAES. Gall. 6, 34, 4 silvae incertis -tisque (*β*, occultisque *α*) itineribus confertos adire prohibebant (FRONTIN. strat. 1, 1, 9 cum ... -tis i. collegae se iunxisset *eqs.*). IVST. 39, 4, 5 cui cum -tis (*var. l.* occultis) insidiis exitium machinaretur *eqs.*

? n. sg. **occultātum,** -ī *pro subst.* in -o *i. q. in occulto*: LIV. perioch. 49 p. 60, 23 obtestationes ... adiectas, ut res in -o (*sic Rossbach*, occupato *trad.*, occulto *ed. pr. et cod. Gronov.*) ad id tempus servaretur.

adv. **occultātim.** *i. q. modo occulto*: GLOSS.[L] I Ansil. LA 412 latebratim: -m.

adv. compar. **occultātius.** *i. q. modo occultiore*: AVR. VICT. Caes. 17, 7 Commodum ... primo -s veneno petivere.

deriv.: occultabilis, occultatio, occultator.

2. occultō *v. p. 374, 5.* **occultus** *v.* occulo. *Johann-Sz.*

***occumbo,** -cubuī, -ere. [*ab* ob *et* *cumbere, *quodverbum nonnisi in compositis* (ad-, con-, de- *al.*) *servatum primitus actionem significasse videtur statum potius exprimente verbo* cubare; *cf.* occubare. *Sch.*] *in codd.* obc-, hobc-, ocumb- *passim. inf.* -cubere *trad* Ov. met. 7, 437 *N.* GLOSS. V 123, 9. *potius* occubare *subesse vid.* CE 214, 4. *perf.* - biit GLOSS. IV 546, 26. -biturus HIER. in Matth. 8, 16. SYNON. Cic. p. 419, 32 obire. -ere. p. 431, 32 interit. obit. occidit. perit. exspiravit. extinctus est. decessit. -uit. ... defunctus est. GLOSS. *καταπίπτω*. -ere: succumbere, cadere. interire. supercadere. mori. -uit: cecidit, declinavit, mortuus est. *legitur inde ab* ENN., AFRAN. (*v. l. 26*), CIC. (*bis*), VERG., OV., LIV.; *adamari vid. a* SIL. [*in codd. confunditur c.* acc-, conc-, dec-, inc-, proc-, succ- *passim; praeterea c.* occubare *p. 360, 73*, occurrere *l. 39. loco obscuro*: AFRAN. com. 18.]

I *usu sollemni i. q. cubantem fieri, occidere, cadere sim.* (obviam -ere *l. 39*, in *aliquid p. 381, 41; aliquem* -ere facere *l. 51*. VVLG. Ioel 3, 11): **A** *c. coloribus specialibus*: **1** *intereundi sim.*: **a** *de animantibus morientibus* (*imprimis de hominibus; de bestiis* DRAC. laud. dei 2, 282. *adhibetur maxime de cadentibus in pugna sim., raro de eis, qui naturali morte obeunt, v. p. 381, 21 sqq.; nota abundantias*: CYPR. GALL. deut. 283 functus ... -uit. ISID. vir. ill. 42 -uit ... veneno ... exstinctus. CE 1447, 3 exuit -ens ... corpore vitam. *v. etiam infra l. 81*): *α proprie*: Ⓘ *in locutionibus q. s.* morti (-em, -e) *sim.* -ere: *dat. (cf. etiam l. 50)*: ENN. scaen. 136 ut ... pro vostra vita morti -ant *liberi nostri* obviam (VERG. Aen. 2, 62 certae -ere [occurrere *P*[1]] m. *v. etiam infra l. 75*). OV. met. 15, 499 neci (PHAEDR. 4, 2, 14). *acc.*: ENN. ann. 398 -unt ... letum ferroque lapique (SIL. 13, 380). CIC. Tusc. 1, 102 pro patria mortem (*var. l.* morte) ... -ere (LIV. 2, 7, 8 dimicans. 3, 50, 8 miseram, sed honestam m. 26, 25, 14 pugnantes [31, 18, 6]. CVRT. 4, 15, 24. 8, 2, 8 pro mea gloria. *v. et l. 46. 47. 48*). SVET. Aug. 13, 2 cum ... voluntariam -isset necem (voluntaria ... nece *X*). *abl. (v. l. 42 et supra)*: LIV. 1, 7, 7 morte (-em *Wesenb.* 29, 18, 6. 38, 58, 6 pro re publica [mortem *edd. vet.*]. LVCAN. 4, 165. LACT. inst. 5, 19, 25 [*var. l.* mortem]. LIV. perioch. 4 p. 9, 6 ob rem p(ublicam)). LVCAN. 2, 198 infesto ... -ere (*var. l.* succ-) leto (*vix dat. ut*: VAL. FL. 1, 633 STAT. Theb. 1, 595. 5, 693. GREG. TVR. Franc. 6, 35 multos -ere [*var. l.* succ-] l. [*var. l.* lecto, *cf. p. 384, 65*] se fecisse testatae sunt *mulieres maleficae*. vit. patr. 8, 7 dignus est l. ... scelestus -ere).

Ⓘⓘ *modo libero*: Ⓐ *accedunt additamenta modum vel causam sim. indicantia*: ENN. ann. 17 cum veter -uit Priamus sub Marte Pelasgo (*cf. l. 74*). VERG. Aen. 1, 97 Iliacis ... campis (7, 294. *cf. l. 80*). OV. ars 3, 18 ante annos ... suos. met. 7, 437 per te ... Vulcani -ere prolem *sc. Peripheten per Theseum* (*cf.* CASSIOD. Ios. antiq. 17, 276 a ... militibus [*gr. ἐφθάρησαν*]). 12, 207 ferro (SIL. 17, 583 STAT. Theb. 9, 509. *v. etiam l. 41 et cf.* LVCAN. 9, 129 armis [*syn.* perit. VAL. FL. 3, 169]). LVCAN. 9, 567 in armis (HOMER. 775 [*var. l.* procumbit]. *cf.* SVLP. SEV. chron. 2, 13, 6 in negotio. 2, 20, 2 in bello. 2, 23, 5 in proelio. Mart. 20, 3 in acie. GREG. M. dial. 3, 26 p. 198, 3 in passione [in euang. 17, 2]. *v. etiam l. 67*). PLIN. nat. 7, 151 pro patria (DARES 37 victi. *v. etiam l. 42 et cf. l. 38. 44. 47*. SVET. Aug. 12 pro libertate [HEGES. 4, 7 p. 253, 23]. TERT. anim. 55, 5 pro deo ... non in ... febribus et in lectulis, sed in martyriis. CLAVD. DON. Aen. 2, 60 p. 155, 12 pro cunctis. HIER. epist. 22, 39, 3 pro redemptore. GREG. M. in euang. 3, 3 p. 1088[B] pro Christo). VAL. FL. 6, 126 dextrā ... -ere prolis (6, 309. SIL. 5, 562 haud alia ... d. [12, 645]. ANTH. 457, 1 d. ... sua [*syn.* occidēre]. *cf.* APVL. met. 4, 11, 5 manu socia). 6, 286 caris -ite natis (*c. dat. vel abl. auctoris ut*: SIL. 5, 261 Rullo ... -is. CLAVD. 26, 75 -uit *Otus* Phoebo). SIL. 1, 143 certamine (*cf.* SVET. Nero 2, 3 acie. CLAVD. DON. Aen. 2, 675 p. 239, 26 Mar[i]te [*corr. Georgii*, morti *edd. princ.*]). TAC. hist. 4, 60, 2 in vestigio (*opp.* palantes). FLOR. epit. 4, 12, 42 ex volnere (*cf.* AVIEN. Arat. 185 ab ictu). AVR. VICT. Caes. 29, 2 militum arbitrio. AMM. 27, 10, 4 fraude ... ministri. HEGES. 1, 42, 2 *Antipatris* factione. IORD. Get. 178 dolo. *c. adv.*: CIC. Att. 3, 15, 4 honeste (*opp.* viveremus. *cf.* CLAVD. DON. Aen. 1, 90 p. 32, 15 gloriose in campo [*syn.* interire]. PROSP. chron. I p. 476, 1329 interempti ... mirabiliter). VERG. Aen. 10, 865 pariter (STAT. Theb. 6, 175. *cf.* SIL. 9, 408 simul). *c. partic.*: LIV. 23, 24, 11 dimicans (SVET. Tit. 4, 3 FLOR. epit. 3, 3, 18. *v. etiam supra l. 43 et cf.* LIV. 26, 38, 13 pugnantes [*v. etiam*

[Heine]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

p. 380, 43]. VELL. 2, 27, 5 concurrentem). 29, 2, 15 obruti telis -erunt (*c. partic. perf. etiam*: SIL. 4, 584 lapsi. 5, 540 transfixi. APVL. met. 4, 4, 4 non fusti tantum ⟨percussus⟩, sed machaera perfossus. VOPISC. Car. 18, 2 victus [IVST. 13, 8, 8]. IVST. 1, 9, 8 vulneratus. *v. etiam p. 380, 81. sim. al.*).

Ⓑ *alia selecta: pertinet ad milites sim.* (*maxime in pugna cadentes*): OV. fast. 6, 364 vidimus ... per atria ... -isse senes *a Gallis caesos* (*cf. infra l. 62*). EPICED. Drusi 286 (*de Druso iuvene*) in patriam meritis -uit ... senex. SIL. 1, 417 tu quoque ... -is, Hiarba (*more epico in descriptione pugnae ut*: 4, 200 -it Sarmens *eqs.* 5, 402 -it Bogus *eqs.* 10, 150. *al.*). 17, 265 egregiae -ēre animae. 17, 493 -it late inter tela iuventus. TAC. ann. 12, 38, 3 ni ..., -issent *copiae*. AMM. 16, 12, 50 -entium gemitu. COMMENT. Lucan. 4, 215 non se dedit, sed liber -it. HEGES. 1, 1, 2 inulti -ēre (SVLP. SEV. chron. 1, 28, 6). RVFIN. hist. 4, 2, 1 magnus ... numerus gentis ... -uit (*gr. διαφθείρει*). *al. pertinet ad caede peremptos*: OV. epist. 9, 141 semivir -uit in letifero Eueno (*Heinsius*, veneno *P*) Nessus. PLIN. nat. 3, 98 in qua *urbe Pandosia* Alexander Epirotes -erit. SVET. Cal. 59 in qua *domo* -erit *Caligula*. DRAC. Orest. 174 (*Clytaemnestra ad Aegisthum*) prior -at *Agamemnon* quam *eqs. pertinet ad quamlibet mortem, naturalem non nisi Latinitate cadente, ut vid.* (*cf.* IORD. Get. 257 non vulnere ..., non fraude ..., sed gente incolume ... sine sensu doloris -uit *Attila*): VAL. FL. 7, 427 (*Iason ad Medeam*) -ere tandem possumus. VVLG. num. 20, 30 (*de Aaron*). AVG. civ. 6, 1 p. 246, 1 D. intra annos ... iuventutis. IORD. Get. 171. GREG. M. moral. 30, 60 ex Aegypto populus eductus in eremo -uit. CE 1212, 16 qui semel -uit, nulla querella iuvat. 1376, 14 terdenis ⟨lus⟩tris proximus -uit. INSCR. christ. Diehl 1310, 10 conspicuus vixit, flebilis -uit. INSCR. christ. Rossi II p. 69 n. 38 -uit felix n(ono) Kalendis.

β tropice: GREG. M. moral. 2, 79 tres sorores (*sc. caritas, spes, fides*) -unt. *ibid.* intra conscientiam spem, fidem charitatemque paene -ere (*opp.* vivunt. *de peccantibus ut*: 4, 52 quid ... aliud est peccare quam -ere ...?).

b *de sideribus sim. occidentibus*: ITALA Marc. 1, 32 (gat.) cum -isset sol (*gr. ἔδυσεν, Vulg.* occidisset. HIER. epist. 13, 2 VVLG. gen. 15, 12. *al.* RVFIN. hist. mon. 9 p. 424^{B} [*antea*: mergi]. *per allegoriam*: EPIST. pontif. 360 Migne 20, 790^{B} s. iustitiae Christus. PETR. CHRYS. serm. 86 p. 443^{B} *opp.* exsurgeret). IVST. 37, 2, 3 cum oreretur -retque *stella cometes*. CASSIOD. hist. 2, 20, 4 de summitate ... montis ignis fulgens veluti sidus in proximum flumen ... -bat.

c *de aliis rebus evanescentibus*: ANTH. 938, 4 armorum crescit per carmina Fama nec sinit aeternis -ere scripta coronis (*sc. gloriae*; ruinis *vel* lituris *Burman*, tenebris *Bücheler*). PRVD. ham. 304 ingenuas naturae -ere leges captivasque trahi regnante libidine dotes (*i. sensus*).

2 *succumbendi sim.* (*at cf.* AVG. serm. 340, 1 [= CAES. AREL. serm. 232, 1] nobiscum si non portat *Christus onera nostra*, succumbimus; si nos non portat, -imus): EPIST. pontif. 322 Migne 20, 591^{A} [= AVG. epist. 182, 3] necesse est diaboli laqueis inretitus -at *homo gratia divina privatus*. GREG. TVR. vit. patr. 1, 1 p. 664, 21 saepius ab amicis dei superatus -uit *diabolus. fere i. q. errore victum veritate absistere*: CASSIOD. hist. 7, 19, 7 Eunomius *haereticus* sophismata ... faciens non sentiebat -ere (*Socrat. 4, 7 p. 473^{C} σοφίσματα ποιῶν οὐκ ἠσθάνετο tantum*).

B *notione cadendi, ruendi fere mera*: CASSIOD. in psalm. 61, 4 etsi non impellatur, -it *paries inclinatus* (*postea*: in casum vergit). *de hominibus aegrotis sim. fere i. q. procumbere* (*cf. l. 62*): GREG. TVR. glor. mart. 86 solo proiectus -uit (*postea*: ad terram ruit). vit. patr. 19, 4 p. 740, 17 ad ... tumulum prostratus -uit (*var. l.* accubuit; *antea*: ad ... tumulum ... prosternitur). Mart. 4, 14 dum humoris saevi iaculo sauciatur, debilitatus -uit.

II *vi durativa i. q. occubare, iacere* (*de aegrotis, cf. l. 61; ad originem notionis v. e. g. supra l. 7*): GREG. TVR. glor. conf. 22 cum anhelus -ret puerulus (*antea*: in valitudine corruit). glor. mart. 70 cum ... iam quarti mensis spatio lectulo anhelus -ret (Mart. 3, 44. *cf. l. 64*). Iul. 17 p. 572, 5 cum vidissent *famuli* eum extra solito plus -ere *eqs.*

deriv.: occubitus. *Heine.*

occupātīcius ager dicitur, qui desertus a cultoribus propriis ab aliis occupatur PAVL. FEST. p. 180 (FEST. p. 181 -s *contextu parum sano; frustula servata indicant explicationem longiorem secutam esse; v. ZSavSt. 84, 1967, 356*). *ab* occupare.

ˢoccupātio, -ōnis *f. ab* occupare. ocup- CIL III 13569, 27. GLOSS. -o: *πρόληψις. κατάληψις. ἀσχολία.* GLOSS.^{L} III Abstr. DI 67 distentio: -o (*v.* GLOSS.^{L} I Ansil. DI 1157 *et vol. V 1, 1516, 63*). *legitur sing. et plur. inde a* RHET. Her. (*bis*), *saepius exhibent* CIC., SEN. *philos.*, PLIN. epist., *quater* CAES., *binis locis* VITR., TAC., SVET., *singulis* BELL. Alex., SALL., NEP., LIV., VAL. MAX., PLIN. nat., MART. (12 praef.), QVINT., TERT.; *deest in poesi; saepius legitur in prooem. et epist.*

i. q. actio occupandi vel status occupati: **1** *de distentione, negotio sim. indicatur detentus per gen. vel pron. poss.; per adi.*: TAC. ann. 2, 87 divinas (*i. Caesaris ut*: SVET. Tib. 27 sacras. ANON. de mach. bell. 5, 2 augusta). *syn.* negotium CIC. S. Rosc. 22 Mur. 39 VITR. 5 praef. 3, studium CIC. part. 1 off. 1, 28; *opp.* otium CIC. acad. 2, 4 SEN. dial. 10, 16, 3. 10, 17, 6 (*cf. oxymora l. 25 sq.*), requies LVCC. Cic. fam. 5, 14, 1, quies SEN. dial. 11(12) 17, 2 epist. 73, 10, vacatio SEN. dial. 12 (11), 7, 2 PAVL. NOL. epist. 24, 12.

(in) -e occupare VVLG. eccles. 1, 13 NOVELL. Theod. 19 pr. *gr. resp. ἀσχολία, (v. etiam l. 76).*

a *exempla selecta*: RHET. Her. 1, 17, 27 si ... tardius haec ... absolventur, ... nostris ... -bus adsignare debebis (*cf.* CIC. Att. 4, 2, 1 tribuas). 3, 24, 40 a ceteris studiis abducimur nonnumquam -e (SEN. dial. 11 [12], 17, 2). CIC. inv. 1, 36 animi assidua et ... ad aliquam rem adplicata -o (2, 31 PLIN. epist. 7, 2, 1). S. Rosc. 22 cum ... multi -em eius *Sullae* observent tempusque aucupentur. Verr. II 5, 83 si te impediebat ista ... -o (Att. 3, 22, 1 PLIN. epist. 3, 5, 18. *pass.*: CIC. off. 1, 28 fam. 10, 28, 3. *al.*). nat. deor. 1, 51 nullis -bus ... implicatus (FIRM. math. 5, 1, 19. 5, 3, 18). Att. 1, 14, 1 summis (1, 19, 1 s. atque incredibiles). 2, 23, 1 quanta -e distinear (fam. 12, 30, 2. *al. act.*: SALL. [?] rep. 2, 11, 6). 3, 20, 2 te ab omni-e expedisti (*cf.* 16, 16, 2 relaxaris. SEN. epist. 19, 1 subduc te istis -bus. 22, 9 -es evadere). fam. 6, 5, 1 sine ... exceptione aut laboris aut -is aut temporis. 7, 33, 2 maximarum quasi concursum -um (*cf.* PLIN. epist. 2, 8, 3 agmen). LIV. 10, 45, 3 *Etruria* quae ... -em populi Romani pro occasione rebellandi habuisset (*cf.* SEN. epist. 107, 1 servi -es tuas occasionem fugae putaverunt). SEN. benef. 6, 15, 2 mercedem ... -is suae (*cf.* epist. 22, 9 pretia [69, 4]). dial. 10, 12, 2 *occupatorum* non otiosa vita dicenda est, sed desidiosa -o (*cf.* PLIN. epist. 9, 6, 4 otiosissimis -bus. SIDON. epist. 5, 7, 2 in otio -es). 12(11), 18, 8 honesta (epist. 124, 21. *cf.* FIRM. math. 5, 3, 23 bonas). *et saepe.*

b *determinatur res detinens* (*iuxta gen. detenti* CAES. civ. 3, 22, 4, *v. Doberenz-Dinter ad. l.*): *α per gen.*: CIC. Verr. II 5, 83 conviviorum mulierumque. Rab. Post. 41 maximarum rerum (CAES. Gall. 4, 22, 2 TAC. dial. 21, 5). de orat. 1, 1 ambitionis. 1, 21 urbis ac vitae (ARNOB. nat. 2, 16). 1, 252 iuris ... perdiscendi (*cf. gen. gerundii*: SEN. epist. 15, 2). ac. 2, 4 rei militaris. CAES. Gall. 4, 16, 6 rei publicae (COD. Theod. 11, 31, 9 actuum. NOVELL. Theod. 2, 1 rerum). BELL. Alex. 34, 2 belli (COD. Iust. 8, 53, 36, 1). VLP. dig. 4, 8, 15 negotiorum (*cf.* COD. Theod. 10, 1, 7 officii). HERMOG. dig. 42, 1, 53, 2 maioris causae. TERT. uxor. 2, 4 l. 7 familiae. FAV. EVL. 28, 2 W. (= p. 22, 2 H.) iudicationum. PELAG. in Eph. 4, 5 saeculi (RVFIN. Orig. in lev. 6, 1 p. 359, 3 NICET. symb. 13 p. 52, 4 ORIG. in Matth. 17, 17 p. 634, 25. *cf.* CAES. AREL. serm. 211, 5 mundi). APRING. 1, 10 actionis. *dub.* (*nisi ad l. 77 sqq.*): EVSEB. VERC. epist. 2, 2, 1 avidus ad legendum animus -e lacrimarum tenebatur. *β per adi.*: CAES. civ. 3, 108, 6 publicas (VITR. 5 praef. 3 -bus ... p. et privatis negotiis. SEN. epist. 73, 10 *opp.* quies. 88, 41 -o p., ... -o privata, ... -o cotidiana. *al.*). MART. 12 praef. urbicas. COD. Iust. 2, 18, 8 (*a. 218*) militares (9, 9, 15, 1 *a. 242*). PELAG. in I Tim. 5, 13 ('otiosae') nulla ... cura domesticae -is adstrictae. RVFIN. Orig. in gen. 10, 1 p. 93, 16 mundanis (VITA Hil. Arel. 5 l. 24 LEO M. serm. 88, 3). NICET. vigil. 8 p. 65, 13 carnalibus. *γ per praepos.*: Ps. ASCON. Verr. p. 213, 23 in petendo honore (SIDON. epist. 5, 7, 2 in otio. INTERPR. Paul. sent. 2, 20, 7 in peregrinis). HESYCH. in lev. 19 praef. p. 1019^{B} circa verbum dei.

c *locutiones praepositionales notabiliores*: *α sensu temporali*: CIC. Mur. 39 in ipsa -e delectationes alias ... habere (SEN. epist. 9, 7 oblectamentum habet in ipsa -e. 104, 7 in -bus mediis. ARNOB. nat. 2, 16 agimus). MART. 12 praef. inter illas ... urbicas -es (AMM. 28, 6, 9). *β sensu causali*: CIC. de orat. 1, 21 in hac tanta -e (1, 81 praesertim in hac nostra vita nostrisque -bus. Att. 16, 16, 9 fam. 11, 15, 1 PORPH. Hor. epist. 2, 2, 1. 65). Tusc. 4, 6 propter ... -em ... hominum (fam. 7, 1, 5. 7, 8, 1. 7, 10, 1 CAES. civ. 3, 108, 6. *al.*). COD. Iust. 9, 9, 15, 1 (*a. 242*) per -es militares (9, 9, 21, 1 *a. 290. al.*). *γ sensu adversativo*: CIC. de orat. 3, 82 te illa ... potuisse in tuis tantis -bus perdiscere (Brut. 253 maximis [orat. 34]. fam. 3, 11, 4 summis). QVINT. decl. 311 p. 224, 23 inter tot -es (PLIN. epist. 7, 12, 5 rideres. 10, 56, 1 maximas. *al.*).

2 *vario usu*: **a** *de obsessione, possessione sim.* (*v. ZSavSt. 84, 1967, 356*): CIC. dom. 5 obsessione templorum, -e fori, oppressione curiae (*item locorum*: off. 1, 21 vetere. LIB. col. I p. 231, 12 ex -e [p. 233, 4. 234, 16]. VEG. mil. 3, 8 itineris. AVG. civ. 4, 3 p. 149, 15 D. terrarum. COD. Theod. 5, 15, 15 privatis. 15, 1, 50 -em basilicae ... vetustae. *cf.* 9, 42, 3 corporum). AVG. util. cred. 7, 15 celebritate ... atque ... -e populorum (*sc. quos fama obtinet*). **b** *de oppressione, afflictione sim.*: VAL. MAX. 5, 1 pr. *liberalitas* inopia, ... *humanitas* -e, ... *clementia* ancipiti fortuna ⟨pressis⟩ (*v. app. crit.*) praestatur (*cf. Cantel ad l. 'erga oppressos'*). VVLG. (= ITALA) Sirach 40, 1 -o magna ... et iugum grave (*gr. ἀσχολία*). CHROMAT. beat. 3, 2 inter ... saeculi -es et asperitates. *in re med.*: SERV. auct. georg. 3, 498 oblivionem ... factam ... -e morbi. THEOD. PRISC. log. 15 sensus -e demersis *lethargicis* (*de eadem re*: CAEL. AVR. acut. 2, 5, 25 mentis). **c** *de anticipatione* (*rhet.*): SVLP. VICT. rhet. 55 p. 348, 36 occurritur ... deprecationi ... -e. p. 349, 14. **d** *de collocatione* (*pecuniae*): CASSIAN. conl. 22, 1, 2 faenoris (*sc. collocati in usum, cf. p. 388, 39*).

cf. anteoccupatio.

[Heck]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

occupātīva: *καταληπτικά* GLOSS.^{L} II Philox. oc 17. *ab* occupare.

occupātor, -ōris *m.* *ab* occupare. [*falsa varia lectione* HYG. grom. p. 87, 5 *v. s. v.* occupatorius.] *i. qui occupat*: **1** *proprie de eo, qui rem vel locum possidendi causa occupat*: LEX met. Vipasc. frg. 2, 2 qui ... convictus erit prius coxisse venam quam pretium solvisse, pars -is commissa esto *eqs.* 2, 13 ⟨occupat⟩ori puteorum (*de re v. Rostowzew, Stud. z. Gesch. d. röm. Kolonates 356 sqq.*). COD. Theod. 9, 42, 19 possessiones, quae ... retentae sunt ab -bus. NOVELL. Valent. 8, 1, 4 si quos -es ... cum quibuscumque personis de eadem domo in praeiudicium domini inire voluerunt (*cf. 1* invasor). **2** *translate de eo, qui potestatem alienam usurpat*: PS. AMBR. act. Scb. 2, 8 qui erunt vestrae -es familiae? (*antea*: pervasores). AVELL. p. 693, 9 exclusis -bus (*sc. alienae ecclesiae*) hi (*i. sacerdotes remoti*) ... ad proprias revertantur ecclesias.

deriv.: occupatorius.

occupātōrius, -a, -um. *ab* occupator. *explicant* SIC. FLACC. grom. p. 102, 1 -i ... dicuntur agri, quos quidam arcifinales vocant; ... quibus agris victor populus occupando nomen dedit. PS. AGENN. grom. p. 53, 4 -us ager dicitur eo quod ... occupatus est a victore populo (*v. Thulin ad l., qui inde putat interpol.* HYG. grom. p. 115, 4 L.). *i. q. ex occupatione* (*sc. partus, sive de agro sive de iure, cf. ZSavSt. 84, 1967, 356*): HYG. grom. p. 78, 5 ut laciniis (ex line *trad., corr. Schulten*) arcifinalem vel -am licentia⟨m⟩ tribueret *Domitianus.* p. 87, 5 quod de -is ageretur agris ([*var. l.* occupatores]. SIC. FLACC. grom. p. 101, 14 [*del. Thulin*]. 115, 17. PS. AGENN. grom. p. 64, 3. *v. etiam supra. deest vox q. e.* ager: HYG. grom. p. 78, 9 [occupaturi *trad.*]. SIC. FLACC. grom. p. 118, 8 ut ad -orum condicionem recideriint. PS. AGENN. p. 55, 30). SIC. FLACC. grom. p. 117, 3 ut *agri quaestorii* ⟨ad⟩ -a⟨m⟩ condicione⟨m⟩ recidant.

1. occupātus, -a, -um *v. s.* 1. occupo.

2. occupātus, *abl.* -ū *m.* *ab* occupare. [*falso trad. pro* occubitum, *ut vid.*: SCHOL. Iuv. 6, 83.] *i. q. occupatio, detentio*: CLAVD. MAM. epist. 1 p. 199, 5 (= SIDON. epist. 4, 2, 3) ecquo tumet (tum et *L*, tam ex *cett.*) -u umquam uspiamve implicabere ... ?

occupio *v. s.* occipio.

1. *occupo, -āvī, -ātum, -āre. [*ab* ob *et* *kap-ā- *iuxta* kap- (capio, captum), *cf.* anti-cipare. *Sch.*] occ- *postulatur* GRAMM. suppl. 294, 18 (= 297, 15), ocup- CIL XIII 2200, 12, *?* oqup- LEX agr. (CIL I^2 585) 25, -cop- CIL XIII 2477, 1; *per compendium* occup CIL III 10050, 17 IV 1096, 3. *formae aorist. q. d.* PLAVT. Asin. 818 -assit. Most. 1097 -assis; *perf. brev.* -arat (-arit *sim.*) *inde a* TER. Hec. 5 (-arunt BELL. Hisp. 33, 1. *al.*; *formae plenae*: -verunt CIC. prov. 3. *al.*, *ceterae inde a* CIC. orat. 50), -asset (*sim.*) *inde a* VARRONE (Men. 513; *inf.* -asse *inde a* LIV. 1, 47, 10; *formae plenae inde a* CIC. Rab. perd. 35, -visse CIC. Lig. 17. *al.*). NOT. Tir. 30, 35 -at. *de notione*: NON. p. 354, 29 -tus inpeditus, ut graece dicitur *ἀσχολεῖ*, id est vacuus non est (*ceterum distinguit notiones*: p. 355, 10 -are est proprie praevenire. p. 355, 26 detinere. p. 356, 1 invenire, tenere vel possidere. p. 356, 7 conlocare). DIFF. ed. Beck p. 73, 4 inter -tum et districtum: -tus in una re potest esse, districtus in pluribus. GLOSS. -o: *φθάνω. καταλαμβάνω. προκαταλαμβάνω. προκαταγγέλλω. ἀπασχολοῦμαι.* -at: *προλαμβάνει.* -vit: praevenit. -tus sum: *ἀσχολοῦμαι.* -tus: *πολυάσχολος.* -tis: *ἀπασχολουμένοις, ἀκαιρουμένοις. al. legitur inde a* LIV. ANDR., NAEVIO, PLAVTO, ENNIO, CATONE *per totam latinitatem; notabile vocem deesse apud* PERS., IVV. [*confunditur in codd. c.* occubare PLAVT. Most. 1094 VERG. Aen. 10, 384. *al.*, occultare LIV. 27, 3, 8 (*falso trad.* CAES. Gall. 6, 43, 5), occurrere CIC. Verr. II 3, 67, praeoccupare CAES. Gall. 6, 41, 3. *al.* *dub.*: DIRAE 74 TAC. hist. 4, 15, 2.]

i. q. **capere**, *capiendo obtinere sim.* *syn. vel iuxta pos.* capere CIC. dom. 102 NEP. Ages. 6, 2 LIV. 3, 18, 1. *al.*, obsidere CIC. leg. agr. 2, 75 SEN. epist. 19, 11. *al.*, opprimere CIC. div. 2, 148 SEN. dial. 3, 8, 3, tenere CIC. dom. 102 HOR. carm. 4, 11, 21 SEN. suas. 3, 1. *al.* *pro obi. ponitur abl. p. 384, 53.*

CAPVT PRIMVM: *de* ***variis modis*** *capiendi, possidendi, prehendendi sim.* *a cap. tertio distinguenda putavimus quaedam, ubi accedit* prior, *e. g.* CATO orig. 83 CAES. civ. 1, 66, 4 LIV. 25, 36, 16 OCTAVIA 531 (*cf.* ocius SEN. Herc. O. 858).

I *-antur loca sim.*: **A** *ab animantibus*: **1** *sedendi, considendi causa*: LIV. ANDR. trag. 11 *sedes* tertias natae -ant. PLAVT. Most. 1094 hanc aram -bo (1097 ne -assis ... a.). Truc. 963 lectum (MART. 3, 82, 5). CIC. Phil. 13, 18 subsellia (SPART. Did. 4, 7). Brut. 290 locus in subselliis -atur (fin. 3, 67 *in theatro.* VITR. 5, 10, 4 *in balneo.* SEN. benef. 7, 12, 3. 4. *al.* CIL IV 1096^{a}, 2. *al.*). VAL. MAX. 5, 1 ext. 1 solium regium. PETRON. 70, 11 totum triclinium. VAL. FL. 1, 354 (*per synecdochen de sede in nave*) laevom Telamon pelagus tenet, ... -at Alcides aliud mare (*cf.* 1, 461 transtra). CIL IV 1096, 3 (*obi. suppl. ut*: 1115 MART. 5, 14, 2). *al.* *cf. conscendendo vehicula*: CAES. civ. 3,111, 3 navis longas (3, 111, 4). BELL. Hisp. 40, 6 scaphas. HOR. epod. 16, 24 ratem. OV. met. 2, 150 currum.

ocellus, -ī *m. ab* oculus *deminutive. afferunt inter deminutiva*: Diom. gramm. I 326, 7 Prisc. gramm. II 109, 17 Gramm. suppl. 70, 18. *scrib.*: occ- Plavt. Trin. 245 *BCD.* -ill- CIL IV 1780; -il- *fortasse* Tab. devot. Audollent 134A, 8 (*v. app. crit.*). *litteris graecis* Ps. Diosc. *sub C.* *balbutiendo* o-o-ocellus Plavt. Most. 325. *vocativum* -e *v. sub B* (*ibid. nom. pro vocat.*). Not. Tir. 46, 39. *in poesi inde a* Plavto, Catvllo *saepius, in oratione prosa, ut vid., non nisi* Cic. Att. 16, 6, 2 Plin. nat. 21, 20 CIL IV 1780 Tert. pall. 3, 3 Ps. Diosc. Vind. 3, 69 p. 80, 13. [*confund. in codd. c.* oculus: Plavt. Poen. 366. *falsa var. l.* -ill- Plavt. Persa 11 Caes. Arel. serm. 6, 6 p. 36, 14.]

i. q. oculus (deminutivum aut per blanditiam sim. aut metri gratia pro voce q. e. oculus *ponitur)*: **A** *de ipso oculo (plur. praeter* Pers. 1, 18 Ivv. 6, 109. 578 Pavl. Nol. carm. 23, 181 Verec. satisfact. 10): **1** *usu communi*: Plavt. Cas. 136 sine tuos -os deosculer (*cf.* Catvll. 45, 11 saviata). Catvll. 43, 2 nec nigris -is (*cf.* Mart. Cap. 9, 902 roseis. 9, 918 purpuratis). Lygd. 6, 47 per ... suos fallax iuravit -os (*item de iurando*: Prop. 1, 15, 33 -i, per quos saepe mihi credita perfidia est; hos tu iurabas, si quid mentita fuisses, ut tibi ... exciderent. Ov. am. 3, 3, 9 radiant ut sidus -i, per quos mentitast perfida ... mihi). Prop. 1, 1, 1 me cepit -is (*cf.* 2, 26, 13 si ... tuos vidisset Glaucus -os, esses Ionii facta puella maris). 1, 3, 19 intentis haerebam ... -is (*aliter*: 1, 19, 5 nostris puer *Amor* haesit -is). 1, 5, 11 non illa *puella* relinquet -os (*cf.* 2, 26, 41 illa meis ... non ... desit -is). 1, 9, 27 seducere -os (*cf.* 2, 6, 29 ingenuos corrupit -os. 2, 22, 7 quaerunt sibi vulnus -i. Ov. am. 2, 19, 19 nostros rapuisti ... -os). Ov. am. 1, 8, 37 deiectis gremium spectabis -is (epist. 11, 35 gremio ... pudor deiecit -os). 1, 14, 37 non bene consuetis a te spectaris -is *speculo*. Ivv. 6, 109 semper stillantis -i *lippitudine* (*item de -i valetudine*: 6, 578 prurit frictus -i angulus. Pavl. Nol. carm. 23, 181 si ... dissiliat membrana fluentis -i). Tert. pall. 3, 3 emissici -i *chamaeleontis*. Carm. de alphab. 36 ne atra figura ... tenebris offuscet -os.

2 *spectat ad*: **a** *affectum*: *α de oculo animae speculo*: Plavt. Rud. 422 in -is hilaritudo est (*cf.* Lydia 5 adridet -is). Catvll. 64, 60 maestis ... -is ... prospicit. Ciris 132 cupidis. 238 cepit -os *furor*. Priap. 73, 1 obliquis. Ov. am. 2, 8, 15 iratos. 3, 1, 33 limis. 3, 2, 83 argutis. ars 2, 453 torvis. 2, 691 amentis. Pers. 1, 18 patranti *rem Venerem* fractus -o. CIL IV 7698b, 1 blandos. *huc, ut vid., per prosopopoeiam*: CIL IV 1780 quid faciam vobis, -i lusci? *β de oculis flentibus, siccis*: Catvll. 3, 18 flendo turgiduli rubent -i (*cf.* Ov. am. 3, 6, 79 tumidis). Prop. 1, 16, 31 compescere -os. 1, 17, 11 siccis (Mart. 1, 92, 1 non s.). CE 965, 5 (*a. p. Chr. 10*) umor labetur -is. Ov. am. 3, 6, 57 madidos lacrimis corrumpis -os (ars 1, 129 teneros. *cf.* Ivv. 6, 8 turbavit). epist. 5, 45 flentis. Verec. satisfact. 10 stillaret -us.

b *somnum*: Catvll. 50, 10 nec somnus tegeret quiete -os. Prop. 1, 3, 33 compositos ... patefecit -os (2, 15, 7 somno lapsos.

[Kuhlmann]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

cf. MART. CAP. 8, 805 reclusis). 1, 10, 7 quamvis labentes premeret ... somnus -os (VEREC. satisfact. 212 ante fugit pressos requies quam tangat -os). 2, 1, 11 poscentes somnum declinat -os (*cf.* OV. am. 3, 5, 1 somnus lassos submisit -os). 2, 25, 47 cum ... una *femina* tuis insomnia portet -is. OV. fast. 3, 19 quies ... victis obrepsit -is. CE 943, 1 non somnus claudit -os (1811 *manco initio; eodem loco repertum*).

c *mortem* (*per metonymiam* CE): CIRIS 348 super morientis *amore* alumnae ... frigidulos ... -os (*cf.* CE 452, 2 morientes texit -os). PROP. 2, 13, 17 quandoquidem ... mors claudet -os. OV. am. 3, 9, 49 madidos fugientis pressit -os.

B *per synecdochen blandiendo*: **1** *de hominibus* (*non nisi sing.*): PLAVT. Asin. 664 da, meus -us, mea rosa, mi anime, mea voluptas ... argentum mihi (*nom. pro vocat. ut*: 691 Most. 325 Poen. 366. *cf.* 385, *quem versum seclusit Leo*). Most. 167 volo ... placere ... meo -o. Trin. 245 ocelle mi (*item vocat.*: CATVLL. 50, 19. *cf. sub 2*). Truc. 579 erus meus, -us tuus. CIL IV 8347, 2 quid agit tibi dexter -us? **2** *de locis* (*accedit gen. rei, super quam laudando tollitur*): CATVLL. 31, 2 paene insularum, Sirmio, insularumque -e. CIC. Att. 16, 6, 2 -os Italiae, villulas meas.

C *per similitudinem*: PLIN. nat. 21, 20 -is radicis, ut harundo, unum genus *rosarum* inseritur. DRAC. laud. dei 1, 248 aliis *avibus* pennae solidantur -is (-i *var. l.*). *in nomine herbae*: Ps. DIOSC. Vind. 3, 69 p. 80, 13 *κέρβι ὠκέλλουμ* (*i. ἐλαφόβοσκον*).

deriv.: ocellati, ocellulus. *cf. Onom.* *Kuhlmann.*

? **oceloe** *iuxta alias lectiones de genere quodam concharum* ISID. orig. 12, 6, 49 (*v. etiam s. v.* celoe. *cf. Sofer, Etym. d. Isid. 167 sq.*).

ochīa, -ae *f.*, *ὀχεία*. *de coitu bestiarum*: CHIRON 750 de equarum abortus et mixtiones naturaliter quemadmodum debeant facere, et quando, quod appellatur graece ochiai, necesse erit scire te et hoc: *eqs.* (*cf. Hippiatr. gr. I p. 78, 7 ὀχεῖον*).

ochīma, *ὄχημα*. GLOSS. V 524, 22 -a: vehiculum (573, 52).

ōchra, -ae *f.*, *ὤχρα*. *scrib.* ocr- CELS. 5, 18, 19. *al.*; *litt. graec.* VITR. *i. q. sil* (*de re cf. Schramm, RE XVII 2, 1772 sqq.*): **1** -a Attica (Attice): VITR. 7, 7, 1 sil quod graece -a dicitur (*EGH, ceteri litt. graec.*); haec vero multis locis ... invenitur, sed quae fuerat optima A. ideo nunc non habetur *eqs.* CELS. 5, 14 A. vel Syrice (*Marx, qui affert Plin. nat. 33, 159. 160; trad.* Astyrice *v. vol. II 989, 66*). 5, 18, 19 -a, quae A. nominatur. PLIN. nat. 37, 179. DIOSC. 5, 118 p. 216, 20 de -a: -a eligenda est melinu colore habens et sine lapide; est vero talis A. (*gr. 5, 93 ὤχραν*). **2** *nude ponitur*: CELS. 5, 7 exedunt corpus ... -a, calx *eqs.* 5, 8 adurunt ... chrysocolla, -a *eqs.* PLIN. nat. 1, 35, 16. 35, 30 *colores* ceteri finguntur ... e vilioribus -a (-e, -ea *var. ll.*), cerussa usta *eqs.* 35, 35 rubrica ... nascitur et in ferrariis metallis, ea et fit -a exusta in ollis novis luto circumlitis (*sic Mayhoff* [*cf.* ISID. orig. 19, 17, 13 fit quoque et -a exusta rubrica in ollis *eqs.*], ex ea fit -a *plerique codd.*; *cf. Theophr. frg. 2, 53 γίγνεται* [*sc. μίλτος*] *δὲ καὶ ἐκ τῆς ὤχρας καταυαιομένης*). 35, 39 -am (ccham *duo codd.*) Iuba tradidit in insula Rubri maris Topazo nasci (*sim.* ISID. orig. 19, 17, 13). ORIBAS. syn. 2, 45 La p. 114, 2 Mø. quae purgant vulnera: elaterion, ... -a *eqs.* (*ibid.* As: ogra. *gr. ὤχρα*). 6, 4, 4 Ab -a ... terra dicitur, quam tinctores utuntur et siligineo colore ex ea tingunt. ISID. orig. 16, 4, 28 chrysites colore similis -ae. 16, 11, 7 tres sucos reddit *trichrus*, ab radice nigrum, e medio sanguineum, e summo -ae (ocreae, ocrem *var. ll.*; *cf.* PLIN. *s. v.* 1. ochrus).

1. ōchrus, -a, -um, *ὠχρός* (*resp. gr.*). *scrib. etiam* ocr-, agr-. *i. q. ochrae colorem habens*: PLIN. nat. 37, 183 tres sucos reddit *trichrus*, ab radice nigrum, medio sanguineum, summo -um (-am *dh*, candidum *L*, hocrae *F*, *cf. l. 56*). ORIBAS. eup. 4, 113 ocron ... id est subrobeam si sit (*de fluxu sanguinis ut* syn. 9, 46, 1 La quod si -a colore sit). syn. 1, 2, 5 Aa p. 34, 1 Mø. media *urina*, quam Greci ocra vocant, digestionem esse significat (6, 4, 4 La agra).

2. ōchrus, -ī *m.*, *ὦχρος*. *i. q. cicer*: ORIBAS. syn. 4, 17, 9 La ocri id est cicer (*inter cibos ut* 4, 22, 1 La acri. *gr. ὦχροι*).

ochth- *v.* octh-.

ocies *v.* octoges(s)is.

ocillus *v.* ocellus.

ōcimastrum, -ī *n. ab* ocimum (*cf.* mentastrum). *species herbae*: Ps. DIOSC. Vind. 3, 43 p. 55, 13 *ἄκινος· Ῥωμαῖοι ὠκιμάστρουμ.* 4, 28 p. 191, 20 *ὠκιμοειδές· οἱ δὲ καὶ ταύτην ἔχιον καλοῦσιν, ... Ῥωμαῖοι ὠκιμάστρουμ.*

ōciminus, (-a), -um, *ὠκίμινος*. *i. q. ex ocimo confectus*: DIOSC. 1, 54 p. 30, 18 M. de -u: oleum -um conficitur sic (*gr. 1, 49 ὠκιμίνου σκευασία*).

ōcimoīdes, -is *n.*, *ὠκιμοειδές* (*respondet in Diosc. gr.*). *i. q. ocimi simile*: **1** *de clinopodio*: PLIN. nat. 1, 24, 87 *medicinae ex* clinopodio ... sive -e III. 24, 137 clinopodium alii cleopiceton, ... alii -es (cim- *E*, -ydos *X*) appellant. DIOSC. 3, 105 p. 422, 20 clinopodion, quem multi clionicon aut ocimides ... dicunt. **2** *de cardo silvatico*: Ps. APVL. herb. interpol. 110 l. 12 Graeci ... -es, Latini cardus varianus *eqs.* (*sec. Ps. Diosc. Vind. 3, 9 p. 16, 17, cf. Diosc. 3, 9 p. 381, 4* ocimo). **3** *de echio*: DIOSC. 4, 27 p. 20, 22 de -es: -es multi et stecion (*i. ἔχιον*) dixerunt aut fileterion; folia habet similia ocimo *eqs.*

***ōcimum,** -ī *n.*, *ὤκιμον* (*quod resp. in graecis*). *de origine*: VARRO ling. 5, 103 quae in (h)ortis nascuntur alia peregrinis vocabulis ut graecis -um, menta, ruta. FEST. p. 180 -um graecum et a celeritate nascendi est dictum (*cf. infra l. 77*). ISID. orig. 17, 10, 16 pepo, melipepo, -um graeca nomina sunt, et origo eorum Latinis incerta. *scrib. hic illic* ocy-, ozi-, oqu-; *litt. graec.* Ps. DIOSC. Vind. 4, 141 p. 285, 14 *ὤκιμουμ ἀκονάτικουμ*. *de genere*: CHAR. gramm. p. 91, 19 B. -um consuetudo (*inde fluxisse vid.* GLOSS. V 574, 1 ocinum: consuetudo) neutraliter dicit; sed Aemilius MACER ait: *'eqs.' (v. infra). item gen. masc.* Ps. APVL. herb. interpol. 110 l. 20 -os. APIC. 5, 193 (*v. infra l. 70*). ORIBAS. *passim*. GLOSS. NOT. Tir. 104, 42 -um. GLOSS. -um: *ὤκιμον τὸ λάχανον. μισόδουλον.* basilico. -us: genus herbae. *cf. vol. III 588, 79.* [*confunditur c.* ocinum: VARRO rust. 1, 23, 1 PLIN. nat. 1, 18, 42. *falso transl. ex graeco*: PLIN. VAL. 5, 26 l. 5 (*Alex. Trall. II 407, 19 τρωξίμου*).]

nomen herbae hortensis (*de re cf. Steier, RE XVII 2, 2380 sqq.*; silvestre PLIN. nat. 20, 124, aquaticum *l. 9*, viride *infra l. 70; plur. metri causa* PERS. 4, 22 COLVM. 10,.319 SER. SAMM. 437, *ceterum* COLVM. 11, 3, 29): **1** *vario usu*: MACER carm. frg. 11 inter praeteritas numerabitur -us herbas. PRIAP. 51, 18 nec ... ad cucurbitas quemquam ad -umve cucumeresque ... venire credo. PERS. 4, 22 pannucia Baucis cum bene distincto cantaverit -a vernae. **2** *de natura, cultura sim.*: VARRO rust. 3, 16, 13 serere, quae maxime secuntur apes; ea sunt rosa ..., -um *eqs.* COLVM. 5, 12, 3 *in areolis* velut -i semen cytisi autumno serito (PLIN. nat. 19, 119 s. ... cortice obductum ... -i. *cf.* 19, 181 *semina* infirmiora ... sunt atriplici, -o *eqs.*). 10, 319 proscisso riguoque insparsa novali -a comprimite et gravibus densate cylindris. 11, 3, 29 coriandrum ... et -um, ita uti sata sunt, sua sede immota permanent. 11, 3, 34 his diebus -a seruntur, quorum cum semen obrutum est, ... inculcatur ... cylindro (arb. 28, 3 PLIN. nat. 19, 154 PALLAD. 5, 3, 4). PLIN. nat. 19, 98 quibusdam surculosae *radices*, ut -o. 19, 100 -um ... particulatim et ab imo incipit *florere*, qua de causa diutissime floret (*sim. de flore* 21, 100 PALLAD. 5, 3, 4). 19, 117 in horto satorum celerrime nascuntur -um *eqs.* (*cf.* 19, 121 *nascuntur* quaedam semine et surculo ut ruta ... -um). 19, 123 singula genera sunt -o *eqs.* 19, 176 -um senectute degenerat in serpyllum (*sim.* PALLAD. 5, 3, 4). *ibid.* -um sub canis ortu pallescit. 19, 177 ferro ... non expedire tangi ... -um. 19, 183 horae rigandi matutino atque vespera, ... -o tantum et meridie. *comparatur c. aliis herbis*: SCRIB. LARG. 192 ixia ... odorem habet ... -i. PLIN. nat. 19, 157 eadem (*sc. rutae*) et -o natura. 20, 144 mentastrum ... specie foliorum, quae sunt figura -i (*item comparantur folia herbarum*: 21, 178 *trychni*. 22, 43 *herbae urceolaris*. 24, 81 *cisthi*. 25, 38 *linozostis*. Ps. APVL. herb. interpol. 49 l. 22 *herbae heliotropiae [Diosc. 4, 190, 1]. al. ap. eundem*). 21, 174 *Acinos* eadem ... erat quae -um. 23, 131 *erinon* cauliculis ... -i similitudine. 26, 57 flore -i *pycnocomon*. 26, 162 utramque (*sc. arsenogonon et thelygonon*) -o similem. **3** *de usu* (*fere in arte medicinali vel coquinaria; fusius* PLIN. nat. 20, 119 sqq. Ps. APVL. herb. 118 DIOSC. 2, 127 p. 227, 5 sqq.): CELS. 2, 22, 2 acria sunt ... nimis austera ..., item allium, ... -um *eqs.* (*sim. inter cibos* 2, 29, 1. 2, 31 quaecumque in horto nascentia boni odoris. 3, 22, 11. ORIBAS. syn. 4, 1, 2 [*gr. plur.*]. 4, 15, 15. 4, 17, 10 [La eucymus]. 4, 19, 3 [La cocymon]). 2, 33 *inter medicamenta, quae reprimunt et refrigerant.* PLIN. nat. 19, 122 in usum ... -um (ARNOB. nat. 7, 16). 20, 119 -um ... Chrysippus graviter increpuit inutile stomacho, urinae *eqs.* 20, 120 quo *die* ederit -um. *ibid.* manipulo -i cum cancris x marinis ... trito (32, 55. *inde* ISID. orig. 12, 6, 17. 51. *cf.* PLIN. nat. 32, 53 triti *cancri* cum -o [DIOSC. 2, 8 p. 189, 9]). 28, 169 sebum vituli cum ... -i suco genarum vitiis aptissimum (28, 175 [*inde* PLIN. med. 1, 6, 11 MARCELL. med. 9, 12]. 28, 185. 30, 139. *al.*). GARG. MART. med. 22 de virtute -i penes medicos opinio incerta est. SER. SAMM. 437 -a ... linuntur. PLIN. med. 1, 1, 1 ⟨-um⟩ cum rosaceo aut myrtino aut aceto fronti imponitur (*suppl. Rose sec. Plin. nat. 20, 121; inde* MARCELL. med. 1, 74 Ps. APVL. herb. 118 l. 3). 1, 8, 2 -o ex vino optimo trito ([*inde* Ps. APVL. herb. 118 l. 6]. 2, 4, 3 [*inde* MARCELL. med. 21, 12]. 2, 6, 1. *al.*). MARCELL. med. 1, 28 -um viride vel semen eius ex aqua tritum (APIC. 5, 193 teres piper ... -um viridem [viride *Vollmer*]). *al.*

deriv.: ocimastrum.

[flores et **ocinos** et minores DIOSC. 4, 121 p. 58, 17 (*gr. 4, 125 ἄνθη λευκοΐοις ὅμοια, μικρότερα δέ*). *corruptum; fortasse legendum*: f. ut leucoiu, sed m.]

ōcinum, -ī *n.*, *ὤκινον* (*vox gr. non nisi in lat. servata*). *de origine*: VARRO rust. 1, 31, 4 -um dictum a graeco verbo *ὠκέως*, quod valet cito, similiter quo⟨d⟩ ocimum in horto; hoc amplius dictum -um, quod citat alvom bubus (*inde* NON. p. 550, 25 -um quod ocimum dicimus). PLIN. nat. 17, 198 -um ... antiqui appellabant pabulum umbrae patiens, quod celerrime proveniat. [*confunditur c.* ocim-, *v. infra* VARRONEM *et* PLIN.; *cf. supra l. 11*] *genus pabuli* (*fusius* PLIN. nat. 18, 143): CATO agr. 27 sementim facito, -um, viciam, faenum graecum, fabam *eqs.* 33, 3 in vinea vetere serito

[Teßmer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

-um (occ- *A*), si macra erit. 53 *optimum faenum bubus dandum* per ver cum arabunt, antequam -um des (54, 3 ubi -um tempestivum erit, dato primum, manibus carpito *eqs.* 54, 4). 60 *inter boum cibaria.* VARRO rust. 1, 23, 1 ad pabulum quae pertinent, in quo est -um (*Keil coll.* 1, 31, 4; ocimum *trad.*). 1, 31, 4 omne pabulum, primum -um (*sic* NON. *l. c.*; ocimum *trad.*) . . . secari (*quae sequuntur v. supra*). PLIN. nat. 1, 18, 42 *inter pabularia* (ocimo *vel* ocymo *trad., emend. Mayhoff sec.* 18, 143). *Teßmer.*

ōcior, -ius (*v. l. 25*) *adi. defectivum* (*prius legitur adv., cf.* SERV. auct. Aen. 4, 294 ocius velocius; et nota, quod habeat adverbium, et nomen illius non facile reperiatur. *de superl. v. l. 29*). [*cf. gr. ὠκίων ὤκιστος, ind.* áśīyas- áśiṣṭha-, *avest.* āsyah- āsišta-; *apud Latinos positivi* (*ὠκύς,* āśú-, āsu-) *vestigia certiora non apparent nisi in* acupedius *et fort.* accipiter; *ad* ociter *v. p. 416, 15. Sch.*] *de origine*: PRISC. gramm. II 562, 9 -ior quasi ab oco, quod in usu non est, licet a Graeco est *ὠκέως*. III 80, 11 non . . . adverbia a nominibus, sed ab adverbiis huiuscemodi nomina nascuntur: . . . ʿ-ior' quoque ʿ-issimus' et ʿocius ocissime'; a Graeco est *ὠκύς,* ideo habuit comparationem. III 88, 13 a Graecis quoque nominibus derivantur adverbia, ut *ὠκύς* ʿocius ocissime'; habent tamen nomina ʿ-ior -issimus'. *de gradatione*: DIOM. gramm. I 324, 36 *positivo deficiente gradu* -ior -issimus. EXPLAN. in Don. gramm. IV 539, 25 aliquando conparativus *tantum invenitur,* ut -ior (*affert* VERG. Aen. 8, 223). *de formis compar.: praeter nom. sing.* -ior *leguntur abl.* -iore PLIN. nat. 2, 39. 81 (*neutr.*). 25, 123, *acc.* -iorem PLIN. nat. 2, 142. GLOSS. -ior: *ὠκύτερος.* velocior. -issimus: *ὀξύτατος.* *legitur compar. inde a* VERG. Aen., HOR. carm., OV. met., *in prosa oratione non nisi apud* LIV. *semel,* PLIN. nat. *octies, gramm. v. supra; superl.* -issimus, -a, -um *praeter grammaticos* PLIN. nat. *decies; adv. v. infra.* [*in versu interpolato* PETRON. 123 vers. 221.]

i. q. citior, celerior (*c. abl. compar. passim, c.* quam PLIN. nat. 25, 123; *accedit inf.* OV. met. 3, 616, in *c. abl.* PLIN. nat. 2, 75. 11, 263. 17, 206): **1** *respicitur velocitas* (*de ipso motu v.* LIV. *sub aβ,* PLIN. *sub b; transfertur ad* spatium [*opp.* longior] PLIN. *sub b*): **a** *praedicative*: *α pro adv. iuxta verba movendi* (*fere de animantibus, maxime de fugientibus in comparationibus poeticis*): VERG. Aen. 5, 319 Nisus emicat et ventis et fulminis -ior alis (SIL. 13, 242 v. fugit -ior *navis. cf.* VERG. Aen. 8, 223 fugit *Cacus* ilicet -ior Euro [12, 733. HOR. *v. infra.* SIL. 2, 173 incita . . . trahit ungula *equi* nubem. STAT. Theb. 6, 521]). 10, 248 fugit *Cymodocea* . . . -ior et iaculo et ventos aequante sagitta (LVCAN. 1, 230 verbere fundae -ior et . . . s. STAT. Theb. 6, 386 -ior et patrio venit *Apollo* igne suisque s. *cf.* OV. met. 7, 776 non -ior illo hasta nec . . . glandes nec . . . calamus levis exit ab arcu). HOR. carm. 2, 16, 23 sq. scandit . . . naves cura . . . -ior cervis et . . . -ior Euro. OV. met. 1, 502 fugit -ior aura illa *Daphne* levi (STAT. Theb. 6, 602 effugit . . . oculos . . . puer -ior a. Maenalius). GRATT. 204 -ior adfectu mentis pinnaque cucurrit *canis.* SEN. Phaedr. 737 sq. fugit *Hippolytus* . . . -ior . . . Coro, -ior cursum rapiente flamma (LVCAN. 5, 405 -ior et caeli flammis et tigride feta transcurrit *Caesar. cf.* STAT. Theb. 11, 483 ni . . . Tisiphone . . . caelesti . . . -ior igne adforet. *item de fulmine* VERG. *et* STAT. Theb. 6, 386 *supra*). PLIN. nat. 8, 66 etiam -ior acta *tigris.* SIL. 5, 196 quo non alius . . . dextram -ior attulerit. PRISC. periheg. 915 -ior atque vadis *Thosiges lacus* emergens cedit *Tigris* (*Dionys. periheg. 990 ὀξύτερον προΐησι . . . ῥόον, Avien. orb. terr. 1177* vim proni gurgitis urget). CLAVD. 22, 272 -ior excusso . . . sidere tendit *Roma.* *β iuxta* esse (*quod hic illic omittitur*): OV. met. 1, 541 hic spe celer, illa timore; qui . . . insequitur, . . . -ior est. 3, 616 Dictys . . ., quo non alius conscendere . . . -ior antemnas. LIV. 7, 26, 6 Romanorum cursus ad victorem etiam -ior fuit. PLIN. nat. 2, 75 -issima *stella Veneris* in occasu matutino. 2, 142 spiritum -iorem fulmine *esse certum est* (*antea*: lux sonitu velocior). 9, 20 velocissimum *animal* . . . est delphinus, -ior volucre, acrior telo. 11, 263 qualia *ova parientia animalia* -issima in venere. VAL. FL. 2, 60 tacitis ratis -ior horis.

b *attributive*: PLIN. nat. 2, 39 Mercurii sidus . . . fertur VIIII diebus -iore ambitu *quam Veneris.* 2, 81 quae recta . . . consurgunt signa, longiore tractu tenent lucem, quae . . . obliqua, -iore transeunt spatio. CLAVD. rapt. Pros. 1, 285 Aethon *equus Plutonis* . . . sagitta -ior.

2 *respicitur maturus eventus, effectus sim.* (*praematurus eventus* HOR., *cf.* ocius *IA 1b*): **a** *de variis rebus* (*? n. sing. pro subst. l. 76; pro adv.* HOR.): HOR. carm. 1, 2, 48 serus . . . redeas . . . neve te . . . -ior aura tollat (PORPH.: pro ʿocius tollat'; *σχῆμα ὑπαλλαγή*). PLIN. nat. 15, 53 *pira* -issima (*cf.* 17, 95 lentissima est pirus, -issima omnium cypirus *eqs.*). 17, 206 hunc *palmitem* praecisum . . . deprimere sulco . . .: -issimum in vite (*an de ipso palmite? sed cf. Müller, Stil des älteren Plin. 36*). 27, 4 constat omnium venenorum -issimum esse aconitum. 28, 63 vulnera . . . praeligare mirum quantum -ior medicina est. **b** *de ipsis eventibus sim.*: PLIN. nat. 2, 89 acontiae *cometarum species* iaculi modo vibrantur, -issimo significatu (*i. ocissime evenientia significantes*). 8, 168 partus *asinae* a tricensimo mense -issimus. 13, 130 -ior satias *cytisi quam ervi.* 14, 134 contagione vini . . . -issima. 16, 130 senectus *ficorum* -issima (*antea*: celerius senescere). 25, 123 venena *ranarum* . . . -iore quam aspidum pernicie.

adv. **ōcius,** *superl.* -issimē (*inde posit.* ōciter). *de origine* (*v. etiam s. v.* ocior): SERV. auct. Aen. 8, 555 tractum ex Graeco *ὠκέως* (*pendere videtur ex* FEST. *infra*). *de gradatione*: FEST. p. 181 -ius secundae collationis, et deinde tertiae -issime frequentata sunt; . . . tracta ex Graeco, id est *ὠκέως,* cuius prima significatio, ex qua procedere in comparationem debet, apud nos non est, tertiae vero conlationis, cuius maiora (rariora *Ursinus*) exempla sunt, auctor est PLAVTVS in Nervolaria (frg. 3 *v. sub II*). SERV. Aen. 8, 555 *v. IB 2c.* *scribitur compar.* otius *saepe in codd.,* ocyus CE 1560^{B}, 6 *et raro in codd.; superl.* occ- *rarius in codd.* *de formis superlativi*: PAVL. FEST. p. 195 oxime -issime (*non trad. alibi*). NOT. Tir. 75, 63 -ius. 75, 65 -ius et secius (*75, 64* secius, *lege* serius, *cf. l. 58 sq.*). *de notione* (*v. etiam* SERV. *sub IB 2c*): SYNON. Cic. p. 441, 1 sq. propere. praepropere. mature. cito. -ius. celerius. -issime. velocius. velociter. CHAR. gramm. p. 409, 6 B. quam -issime agendum est, quam celerrime. GLOSS. -ius: *θᾶττον. ὀξύτερον. ταχύτερον.* citius. velocius. quam -issime: *ὀξύτατα.* -r: *ταχέως.* velociter, celeriter (*ad* GLOSS. IV 545, 23 o[bi]citer: velociter *v. Landgraf, ALL 9, 1896, 400; item* V 544, 53. 548, 39 celeriter). *legitur compar. in poesi inde a* LIV. ANDR. trag., PLAVTO, TER., PACVV., ACC., CIC. Arat., LVCR., VERG., HOR.; *in prosa oratione apud historicos* LIV. *sexies,* CVRT. *semel,* SVET. *bis* (*haec pertinent ad IB 1 praeter* LIV. 8, 24, 3) *posterioresque* (*saepe* AMM.), *praeterea apud* COLVM. *semel,* PETRON. *quater* (*haec quoque pertinent ad IB 1*), PLIN. nat. *passim,* GELL. *semel,* APVL., *al.; de superl. et posit. v. suis locis* (*II et III*). [*dub. trad.*: POMPON. Atell. 92 socius *Ribbeck, alii aliter.* VAL. MAX. 7, 8, 9 Oppius *Halm.* *e coni. vix probab.*: VELL. 2, 122, 2 *ed. pr.* pro totius. SEN. dial. 11(12), 8, 6 (velocius *def. Axelson, Neue Senecastud. 4 sq.*). APVL. met. 2, 24, 1. 9, 9, 5. QVEROL. p. 50, 3 R. (*v. Ranstrand, Querolusstud. 138*). *de* AMM. *v. Landgraf, De Cic. elocutione . . . 31. dub. interpr.*: OPT. PORF. carm. 22, 12. *cf. sub III. v. etiam p. 67, 38. 45.*]

I *compar. fere i. q. citius, celerius.* *c. abl. compar.* HOR. epist. 1, 14, 23 LVCAN. 9, 781 STAT. Theb. 7, 28; quam *inde a* CIC. Att. 16, 3, 1 LVCR. 3, 184 PERS. 2, 24; quam ut PLAVT. *v. sub A 2.* *abundanter c.* properare, festinare *sim.* PLAVT. Curc. 312 Persa 85 TER. Eun. 609 AMM. 20, 1, 3. 29, 5, 9. 31, 16, 4 AMBR. obit. Valent. 25; *c. adv.* propere PLAVT. Cist. 638.

A *plena vi comparativi*: **1** *notione festinationis sim. vigente*: **a** *respicitur velocitas*: LIV. ANDR. trag. 16 gelu . . . multo -ius . . . tabescit (*corruptum, v. edd. et Sc. Mariotti, Liv. Andr. e la traduz. art. 53*). PLAVT. Curc. 154 nec . . . commovent se -ius *pessuli.* TER. Eun. 609 perlongest, sed tanto -ius properemus. LVCR. 3, 184 -ius . . . animus quam res se perciet ulla. 3, 438 crede animam . . . diffundi multoque perire -ius et citius dissolvi . . ., cum semel *eqs.* HOR. sat. 1, 9, 9 ire modo -ius, interdum consistere. LIV. 8, 24, 3 eo . . . -ius transmisit in Italiam. LVCAN. 9, 781 calido non -ius austro nix resoluta cadit (STAT. Theb. 3, 317 non -ius alti in terras c. ira Iovis). PLIN. nat. 9, 22 nec statim tellure tacta moriuntur *delphini,* multoque -ius fistula clausa. 11, 277 -ius putrescunt adflata *halitu ursi animalia.* 16, 119 (*de arboribus*) subarata -ius senescunt, silvestria autem tardissime. VAL. FL. 4, 643 dum . . . -ius instant *Argonautae rupibus Cyaneis,* . . . vident *eqs.* SIL. 16, 481 exiluere per auras -ius effusis . . . sagittis. *al.* **b** *respicitur maturus eventus sim.* (*praematurus eventus* CE, *v. etiam p. 413, 70*): PLAVT. Asin. 275 mea . . . opera liber numquam fies -ius (Persa 181 libera . . . -ius ut sit *era mea*). TER. Haut. 867 tanto -ius te ut poscat. CIC. inv. 1, 39 considerari, quid -ius et quid serius futurum sit (HOR. carm. 2, 3, 26 omnium versatur urna s. -ius sors exitura. GELL. 3, 16, 20 tempus . . . partionis . . . alias -ius fieri, alias s.). Quinct. 43 hoc quo pertinet? ut -ius ad tuum pervenias? (PLIN. nat. 34, 138 mors . . . ad hominem. PANEG. 3, 2, 6 ut quanto -ius ad ea, quae propria sunt, perveniat oratio. CASSIAN. inst. 6, 3 ad salutem). rep. 6, 29 id . . . -ius faciet. CARM. de bell. Aeg. 49 hunc . . . volnere . . . tenui pars inlita parva ve⟨n⟩eni -i⟨us⟩ interem⟨i⟩t *quam adflatus anguis.* COLVM. 3, 2, 8 duas *vites* . . ., quarum minor -ius et melius deflorescit. SIL. 2, 598 abrumpere vitam -ius. 15, 250 captam . . . aspexit *Titan urbem* -ius, . . . quam . . . tingueret axem. STAT. Theb. 7, 28 dicto . . . iubentis -ius impingit . . . agmina muris. *al.* *c. notione q. e.* ʿ*praemature, immature*': CE 1560^{B}, 6 -ius eripitur quod placet esse dei.

2 *notione festinationis obscurata vergit ad not. q. e.* ʿ*potius, facilius*': PLAVT. Stich. 746 nimio . . . sibi mulier meretrix repperit odium -ius . . ., quam . . . ut placeat. CIC. Tusc. 4, 32 ingeniosi . . . in morbum et incidunt tardius et recreantur -ius. Att. 16, 3, 1 deseremur -ius a re publica quam a re familiari. HOR. epist. 1, 14, 23 angulus iste feret piper et tus -ius uva. PERS. 2, 24 -ius ilex sulpure *i. fulmine* discutitur sacro quam tuque domusque. IVV. 6, 53 -ius illud extorquebis, ut *eqs.* AVSON. 417, 48 p. 278 P. -ius . . . solvere lora . . . potuisse *Alexandrum* (*sc. quam solvi posse amicitiam nostram*).

B *vi comparativi plus minus evanescente* (*cf.* SERV. *sub 2 c et gr. θᾶσσον, v. Landgraf, De Ciceronis elocutione . . . 30 sq.*): **1** *e commotione incitantis, stimulantis ad festinandum* (*sc. adhortationibus, iussis sim.; maxime in sermone cottidiano com., trag.* [PACVV. *et* ACC. *sub a,* SEN. *passim*], *sat.; saepius in fine senarii iussis*

[Keudel]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

postponitur): **a** *accedit ad imperat. sim.*: PLAVT. Curc. 276 exi, exi, exi, inquam, -ius (PETRON. 94, 6. IVV. 6, 148 et propera. *cf.* PLAVT. Poen. 709 egredere. CVRT. 10, 2, 27 facessite hinc [SIL. 11, 107 urbe]). Merc. 930 abi hinc intro -ius (Pseud. 758). Most. 679 evocadum aliquem -ius (*A*, foras *cett.; repetitur iussum 675 datum*: evoca aliquem). Persa 85 adproperate -ius (oculus, -os *trad.*). Rud. 852 opta. Stich. 353 age tu -ius pinge *eqs.* Truc. 803 responde (*cf.* SEN. Thy. 640 effare. STAT. Ach. 1, 504 dic). TER. Andr. 724 accipe a me hunc *puerum* -ius. 731 move -ius *te* (Eun. 912). Haut. 832 sequere hac me -ius. Phorm. 562 eamus ergo ad eum -ius (SIL. 1, 651 ite. 6, 714. 10, 598). PACVV. trag. 352 scindite vestem -ius. ACC. trag. 382 vos istum, iussi, -ius abstrahite. VERG. ecl. 7, 8 -ius, inquit, huc ades (PERS. 3, 7 -ius adsit h. aliquis). OV. met. 1, 242 dent -ius omnes . . . poenas. SEN. Herc. O. 101 vos pecus rapite -ius. 858 occupa ferrum -ius. Tro. 679 iussa -ius peragite. *al.* LVCAN. 3, 150 -ius avertat (*sc. Caesar*) . . . semina belli. *al.*

b *in enuntiatis ex 'iubere, cogere, orare' sim. pendentibus*: PLAVT. Cist. 638 orare, ut aliquis intus prodeat propere -ius. TER. Eun. 470 iubete istos foras exire, quos iussi, -ius (VERG. Aen. 5, 828 -ius omnes attolli malos. LIV. 10, 40, 6 signa -ius proferri [*de signis movendis ut*: 22, 3, 11. 35, 29, 12 SIL. 5, 53. *v. etiam* AMM. *infra*]. 23, 10, 9 -ius . . . rapi extra portam iussus. SIL. 2, 15 armatas . . . turmas ostentare. *al.*). LIV. 10, 5, 3 hortantur . . . signiferos, ut -ius eant. PLIN. nat. 2, 73 -ius redire coguntur *stellae* (AMM. 20, 4, 3 cogendis *auxiliariis* -ius proficisci). VAL. FL. 4, 143 remeare monentem -ius (LACT. mort. pers 46, 3 monens, ut -ius surgeret. AMM. 19, 12, 5 ad orientem ire -ius monuit. *cf.* 26, 1, 5 qui eum venire -ius admonerent). SIL. 10, 280 -ius urbis claudantur portae . . . dic. 10, 333 strictos ferre -ius enses . . . destinat. 13, 428 cavare . . . -ius urget humum. ITALA Luc. 12, 49 (Filastr. 156, 4) quam volo, ut accendatur -ius *ignis* (*gr. τί θέλω εἰ ἤδη ἀνήφθη, Vulg.* quid v. nisi a., *cod. d et Ambr. addunt* iam). AMM. 17, 13, 1 -ius (socius *trad.*) signa transferri utilitas publica flagitabat. 26, 6, 2. 31, 5, 2. AMBR. obit. Valent. 25 additur *rescripto*, ut properarem -ius.

c *incitatione subaudienda*: **α** *in quaestione adhortativa*: PLAVT. Curc. 312 properatin -ius? Merc. 671 quin is -ius? HOR. sat. 2, 7, 34 nemon oleum fert -ius? carm. 2, 11, 18 quis puer -ius restinguet . . . pocula? SEN. Phoen. 449 ponitis ferrum -ius? PETRON. 96, 6 et non discedunt -ius nequissimi servi *eqs.*? APVL. met. 8, 5, 4 quin -ius indipiscimur (*sc. aprum*)? **β** *in comminatione* (*in protasi condicionali praeter* PLAVT.): PLAVT. Truc. 624 emoriere -ius, ni (si *trad.*) manu viceris. HOR. sat. 2, 7, 117 -ius hinc te ni rapis, accedes *eqs.* SVET. Galba 4, 3 nisi -ius reciperetur, cuicumque obvio praedae futuram *Fortunam*. AMM. 31, 6, 2 ni abirent -ius . . ., pericula minabatur. HEGES. 4, 23, 3 p. 278, 10 nisi sibi -ius uxor propria restitueretur, *eqs.* (*Ios. bell. Iud. 4, 543 εἰ μὴ θᾶττον, Ps. Rufin.* cito).

γ *verbo omisso*: PERS. 5, 141 -ius ad navem.

2 *e commotione festinantis* (*maxime in narratione epica*): **a** *in iussis perficiendis* (*affectus a iubente ad iussa perficientem transferri videtur; v. etiam* SIL. 5, 367 *sub b*): CIC. Arat. 66 non sese vestris Aurora querellis -ius ostendet (*sc. brumali tempore; gr. non resp.*). VERG. Aen. 4, 294 -ius omnes imperio laeti parent ac iussa facessunt (*cf.* SEN. Herc. O. 538 -ius iussa exsequar). 8, 278 -ius omnes . . . laeti libant (*cf. iussum Euandri 275*). 8, 444 -ius incubuere *Cyclopes* (*cf. iussum Vulcani 443* praecipitate moras). VAL. FL. 3, 508 obsequitur *Pallas* . . . et iussas petit -ius oras (*cf. iussum Iunonis 501* corripe prima vias). STAT. Theb. 10, 493 -ius omnis porta coit (*cf. 492* claude). **b** *in actione alteram subsequente* (*et paratactice et in apodosi*): VERG. Aen. 8, 101 tecta vident . . .: -ius advertunt proras *eqs.* 12, 681 dixit et e curru saltum dedit -ius arvis (*cf. Hom. Γ 29 et alibi*: *αὐτίκα δ' ἐξ ὀχέων . . . ἅλτο χαμᾶζε*). OV. met. 12, 226 clamore sonat domus: -ius omnes surgimus *eqs.* SIL. 1, 304 verba -ius acer . . . sancit iaculo. 1, 458 postquam . . . allatum fervere partem . . ., ruit -ius amens (15, 782 ait; r. -ius amens in medios). 2, 529 simul . . . conspexit, . . . ciet -ius . . . Tisiphonen. 5, 351 constituit castris *fratrem vulneratum*; medicas hinc -ius artes . . . vocat (*recipitur* 5, 367 tum . . . -ius . . . mulcebat . . . vulnus *medicus; ad a referendum?*). 10, 428 quae postquam accepit . . ., rapit -ius ensem *eqs.* AVR. VICT. Caes. 3, 18 quod ubi patres accepere, mittunt -ius (hoc ius *trad.*) *eqs.* AVIEN. Arat. 1473 vix (vis *vulgo e coni. non necess.*) prolixa salum ciet *Cynthia*, -ius omnia chauri marmora convolvent *eqs.* (*gr. non resp.*). ARATOR act. 2, 1019 comperit haec Lysias . . .; monet -ius ergo *eqs.* **c** *vario usu*: VERG. Aen. 8, 555 Fama volat . . . per urbem, -ius ire equites Tyrrheni ad litora regis (SERV.: -ius positivus antiquus est, id est 'celeriter'; nec enim potest esse comparativus, ubi nulla est comparatio). 9, 402 -ius adducto torquens hastile lacerto (SERV. auct.: -ius pro ociter). 10, 786 -ius ensem Aeneas . . . eripit *eqs.* (*cf.* STAT. Theb. 2, 586 trahit -ius ensem . . . Tydeus). 12, 556 iret ut ad muros urbique adverteret agmen -ius. SEN. Phaedr. 1002 sonipedes -ius subigit iugo (*sc. Hippolytus profugus*). SIL. 5, 662 cernere Poenum victorem plus morte rati, super -ius omnes membra ducis . . . corpora . . . iniecere. *al.* APVL. met. 5, 20, 6 cunctis . . . istis -ius tecum relatis. TREB. Valer. 4, 4 Sapor . . . in regnum suum -ius se recepit. AVIEN. Arat. 1368 vetus Harpalus ipsam *i. lunam* -ius in sedes momentaque prisca reducit (*gr. non resp.*). AMM. 20, 1, 3 exinde . . . festinaret -ius ad procinctum. 29, 5, 9 ad procinctus ire -ius festinabat (31, 16, 4 Constantinopolim). *al.*

C *pro superl.* (*cf. Hofmann-Szantyr 164*): ITIN. Alex. 27 quam queant -ius refectioni consulere iubet.

II *superl. i. q. celerrime* (*fere vi elativa*): PLAVT. Nerv. frg. 3 -issime nos liberi possimus fieri. TER. Haut. 868 id quod cupis, quam -issime ut des (SALL. Iug. 25, 5 ad provinciam adcedat. PLIN. nat. 7, 4 aboleri. AMM. 24, 1, 7 amnem supermeat). COEL. (?) hist. 64 ⟨conci⟩tantur. COLVM. 2, 7, 2 locis frigidis -issime, tepidis celerius, calidis novissime metamus. PLIN. nat. 2, 74 moventur *stellae* (*opp.* tardissime). 10, 134 corpus . . . marcescit. 10, 175 pariunt *animalia* (*opp.* diutius). 14, 22 putrescit *uva lanata. al.* AMM. 24, 4, 12 officia . . . capessit. 30, 1, 14 ire iubetur.

III *posit.* -r *i. q. cito, celeriter* (*ex compar.* -ius *derivatus videtur, cf. p. 414, 5.* GLOSS. *p. 414, 17. coniecit olim Vahlen in ed. prima* ENN. trag. 1 R.): APVL. met. 1, 23, 8 ex promptuario oleum . . . profers (profer *Helm*) -r. 6, 25, 4 *e spelunca nos* rursum ne breviculo quidem tempore refectos -r reducunt (obiter *trad., vix recte, cf. Helm in app. crit.*). OPT. PORF. carm. 22, 25 illic nitor -r eius conditur (*cf. 12* ocius). SERV. auct. Aen. 9, 400 *v. sub IB 2 c.*

compos.: quantocius (*sed v. p. 414, 62*), tantocius (*v. autem p. 414, 43. 57*); Properoc⟨ius?⟩ *v. Onom.* *Keudel.*

ocistrio *v.* cocistrio (*ubi addas*: GLOSS.^{L} I Ansil. OC 76 *et* CO 31).

[ōcitās *coni. Birt* QVINT. inst. 1, 6, 38; *v. Philol. 83, 1928, 166.*]

ōciter *v. l. 15.*

?ōcitocus, -ī *m.*, *ὠκυτόκος.* *nomen herbae*: Ps. APVL. herb. 62 l. 19 *herba dictamnum* a Graecis dicitur Artemideion, alii Cretice, . . . alii -us (eleecotocus, aeleacotocos, adeacotcos *var. ll.*), . . . Romani labrum Veneris (*Ps. Diosc. Vind. 3, 32 p. 42, 9 ὠκυτόκος Wellmann, βελιτόκος, βελοτόκος codd.*). *Teßmer.*

ōcius *v.* ocior.

oclāmen, -inis *n.* *ab* oc(u)lus. *fere i. q. foramen*: CHIRON 628 a corona *pedis* . . . -n (-em *cod.*) fenestellum ('-n *id est* f.' *interpretandum videtur*) facies . . .; cum limpidum -n fuerit, sincrisma curabis.

oclāta *v.* oculatus *et Onom.*

ab oculo Cocles ut **ocles** dictus, qui unum haberet oculum VARRO ling. 7, 71. *cf. Walde-Hofmann I 242.*

ocliferia, -ōrum *n.* *ab* oc(u)lus *et* ferire. *i. q. quae oculos alliciunt*: SEN. epist. 33, 3 non habemus . . . ista -ia (oclifera *δ*) nec emptorem decipimus nihil inventurum, cum intraverit, praeter illa, quae in fronte suspensa sunt *(cf. vol. VI 1, 513, 7).*

κλατων (?, λαθών Boucherie, λαγγών Heraeus in exemplari suo): **oclifuga** GLOSS. III 335, 4 (*sub titulo 330, 54* de moribus humanis). 528, 3. *ab* oc(u)lus *et* fugere (*cf. Heraeus, Kl. Schr. 98, 2*).

oclopeta, -ae *m.* ? [*in re non satis perspicua de origine vocis frustra ambigitur. Sch.*] *nomen cibi lautioris, fort. animalis*: PETRON. 35, 4 super sagittarium -am (*H*, odopetam *vel* odepotam *codd. rec.*) *imposuerat.*

cf. Onom. Oclopecta. *Kuhlmann.*

ocquīnīsco, -ere. *cf.* conquiniscere. obqu-, oqu-, -nesc- GLOSS. NON. p. 146, 22 -ere est proprie inclinari (*affert* POMPON.). GLOSS.^{L} III Abol. OB 28 obquinescebant: inclinabant se (*item* GLOSS. IV 129, 34. V 636, 12). GLOSS. V 645, 1 oquinescere seu inclinari.

i. q. se inclinare: POMPON. Atell. 126 nisi nunc aliquis subito obviam occurrit mihi, qui -at, quo conpingam terminum in tutum locum. 149 ut nullum civem pedicavi per dolum, nisi ipsus orans ultro qui -ret.

ōcra v. ochra.

ocrea, -ae *f.* [*vocabulum si non Carium, saltem peregrinum videtur ut Plinio teste res ipsa. Sch.*] *de orig. et notione*: VARRO ling. 5, 116 -a quod opponebatur ob crus. FEST. p. 181 '*ocris*', unde fortasse etiam -ae sint dictae inaequaliter tuberatae. SERV. Aen. 8, 624 'leves -as' id est nitida tibialia (*cf.* ISID. orig. 19, 34, 5 -ae tibialia calceamenta sunt dicta quod crura tegant. GLOSS.^{L} III Abstr. OC 7 tibialia[s]. V Abba OC 4). GLOSS. -a: *κνημίς*. munimentum tibiarum (tria- *cod.*). -ae: *κνημῖδες. περικνημῖδες.* surae. tibiariae, osae, zancae. GLOSS. V 125, 12 -is: quibus milites tibiis utebantur. NOT. Tir. 98, 24 -a.

i. q. munimentum tibiale: **1** *militum, gladiatorum*: VERG. Aen. 7, 634 alii . . . levīs -as lento ducunt argento (8, 624 [SERV. *v. supra*]). LIV. 1, 43, 2 arma his imperata galea, clipeum, -ae, lorica, omnia ex aere (*cf.* VVLG. I reg. 17, 6 -as aereas). 1, 43, 5. 9, 40, 3 sinistrum crus -a tectum (*cf.* HOMER. 232 alta nitentes crura tegunt -ae). PETRON. 61, 9 (*proverbialiter, v. Otto, Sprichw. p. 315*) per scutum per -am egi aginavi, quemadmodum ad illam pervenirem. PLIN. nat. 7, 200 invenerunt . . . -as et cristas Cares. 16, 199. 34, 43. STAT. Theb. 9, 42 -ae clipeum excepere cadentem. 10, 547 semianimos artus -is retinentibus. IVV. 6, 258 -as vendente puella (SCHOL.: quas retiarii aut secutores habent). APVL. met. 11, 8, 3 alium -is scuto galea ferroque insignem e ludo putares gladiatorio procedere. mund. 30 crura -is involvit. GALLICAN. Avid. 6, 2 LAMPR. Alex. 40, 5. SERV. Aen. 8, 619 *inter minora arma*. VEG. mil. 1, 20 usque eo, ut . . . pe-

[Teßmer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

dites ... etiam ferreas -as in dextris cruribus cogerentur accipere (*cf.* ANON. de mach. bell. 15 ferratis -is inductis). 2, 15 haec erat gravis armatura, quia habebant cassides catafractas -as scuta gladios maiores. 3, 44 SIDON. carm. 7, 264 epist. 3, 3, 5 CORIPP. Ioh. 4, 498. 2 *agrestium vel venatorum*: MORET. 120 ambit crura -is paribus. PALLAD. 1, 42, 4 (*de instrumentis agrestium*) tunicas ... pellicias cum cucullis et -as manicasque de pellibus, quae vel in silvis vel in vepribus rustico operi et venatorio possint esse communes. VITAE patr. Iurens. 3, 6 p. 156, 12 habebat ... Eugendus ... calciamenta fortia rusticaque in modum priscorum patrum constrictus -is crura (constrictis -is cruris *cod. 1*).

deriv.: ocreatus.

ocreātus, -a, -um. *ab* ocrea. *i. q. ocreis munitus*: HOR. sat. 2, 3, 234 in nive Lucana dormis -us, ut aprum cenem ego. PLIN. nat. 19, 27 *spartum* laboriose evellitur -is cruribus. VEG. mil. 2, 1 -i ... equites. 2, 16 triarii cum scutis catafractis et galeis -i cum gladiis ... locabantur. LYD. mag. 1, 46 *ὀκρεᾶτοι, πεζοὶ σιδήρῳ τὰς κνήμας περιπεφραγμένοι.*

ōcriāsis, -is *f.*, *ὠχρίασις.* CAEL. AVR. acut. exc. p. 485 -is: pallor (agriasis: palmor *trad.; ex* GLOSS. III 603, 39 -is: pallor *emendavit Niedermann, Essais 89*).

ocris, -is *m.* [*vocem Italicam notionis 'cacumen, vertex montis' necnon 'arx' probant marrucin.* ocres *gen. sg., umbr.* ukar ocar *et Sabinorum oppida* Ocriculum, Interocrea (-ocrium); *similiter formata sunt ind.* áśrih *f., gr. ὄκρις f. (hapaxlegomenon de margine ossis fracti), hibern.* ochair *f., quae omnia marginem imprimis acutum significant sensu altitudinis vix apparente nisi in compos. gr. ὀκρίβας. subst.* *oķri- *ad stirpem* oķ-, aķ- *pertinet, cf.* aciēs ācer *ἀκρός ὀξύς et inter multa alia ἄκρις f. (inde ab Homero), quae vox et formatione et notione proxime accedit ad lat.* ocris. *Sch.*] *acc.* -im *vel* -em. FEST. p. 181 -em antiqui, ut Ateius Philologus in libro Glossematorum refert, montem confragosum vocabant. *i. q. cacumen montis*: LIV. ANDR. carm. frg. 40 celsos -is arvaque putria et mare magnum (trag. 34 namque Taenari c. -is). trag. 31 sed qui sunt hi, qui ascendunt altum -im? 35 haut ut quem Chiro in Pelio docuit -i.

cf. Onom. Ocra, Ocriculum.

compos.: mediocris. *cf. Onom.* Interocrea (-ocrium).

[ad flegmones **ocrissus** ORIBAS. syn. 9, 48 add. p. 368. *obscurum; agitur de inflammatione matricis; latetne κρισσός?*] *Teßmer.*

octābus *v.* octavus.

octachordos (octōch-), -on (-um), *ὀκτάχορδος.* octoch- VITR. *et in var. l. bis ap.* BOETH. *i. q. octo chordas habens*: VITR. 10, 8, 2 si tetrachordos est *hydraulus*, fiunt *canales* quattuor, si hexachordos, sex, si -os, octo. *n. pro subst.*: BOETH. mus. 1, 20 p. 207, 14 qui *nervus* digne trites nomen exciperet, ut sit -um (*var. l.* octoch-, octachor *h*). *ibid.* l. 25 sq. in ... dispositionibus eptachordi et -i ... dicitur ... -um ... diezeugmenon, quod est disiunctum. 5, 14 p. 363, 21 per ... -i (*var. l.* octoch-) divisionem.

octachorus (*pro* -chōr-), -um, **ὀκτάχωρος cf. hom. εὐρύχορος. i. q. octo χώρους i. aediculas, sacella habens*: CE 908, 1 -um sanctos templum surrexit in usus, octagonus fons est munere dignus eo (*cf. Dölger, Antike und Christentum 4, 1934, 155 sqq.*).

octachronus, (-um) *et* octachronos, (-on), *ὀκτάχρονος. t. t. metr. i. q. octo moras habens, octasemus*: MAR. VICTORIN. gramm. VI 47, 11 in *tetrasyllabis pedibus* ... spatia temporum a tetrachrono ad -um, id est a quattuor temporibus ad octo, producuntur. 47, 15 *dispondeus* solus in tetrasyllabis -os (octrachr- *Keil*) sive octasemus invenitur.

octaëdros v. octahedrum.

octaëtēris, -idis *f.*, *ὀκταετηρίς. acc. sg.* -ida (*var. l.* -idam), *pl.* -idas. *i. q. octennium* (*ad rem v. Nilsson, RE XVII 2387 sqq.*): CENS. 18, 4 tempus *Olympiadis* ... duplicatum est et -s (octęteris *D*, octo teris *V*) facta, quae tunc enneaeteris vocitata. 18, 5 hanc -a (octoaeter*ιδ*am *DV*) vulgo creditum est ab Eudoxo Cnidio institutam. *ibid. iterum* mensibus varie intercalandis suas -as (octoeter*ιδ*as *DV*) protulerunt. *ibid. tertium* cuius *Dosithei* maxime -s (*D*^{2}, octoaeteris *D*^{1}, ocaeteris *V*) Eudoxi inscribitur.

octagēnsimus, -a, -um *v.* octogesimus.

octages(s)is *v.* octoges(s)is. **octagintā** *v.* octoginta.

(octagōnos), -on *et* octōgōnus, -um, *ὀκτάγωνος.* -gŏn- CE 908, 2. *de formis: nom.* -os *non legitur. acc. sg. f.* -on VITR. 1, 6, 4 (*v. infra*). -us GROM. Cantor 20 *ter* (octog-). CE 908, 2. -um GROM. p. 326, 24. Cantor 20 *ter* (octog-). [*dub.: post* BOETH. arithm. 2, 17 p. 101, 23 *add. cod. r* (ogdog-).]

i. q. octo angulos habens, octangulus: **1** *adi.*: VITR. 1, 6, 4 turrem marmoream -on (*var. l.* octog-). CE 908, 2 -us fons. **2** *subst.* octagōnus, -ī *m. et* octagōnon (-um *?*), -ī *n. i. q. figura octo angulis constans*: VITR. 1, 6, 4 in singulis lateribus -i (GROM. Cantor 20 -us, cuius ... latera *eqs. ibidem iterum* -i l.). 1, 6, 13 in singulis angulis -i (*ibid.* inter a. -i). GROM. p. 326, 24 in -um iacet (Cantor 20 *bis*). Cantor 20 omnis -us aequis habetur lateribus. *ibid.* -um dico. *ibid.* -i area (*ibid. iterum* -us, cuius a. *eqs.*). *ibid.* -i ... mensurae ... rationem. OPT. PORF. schol.carm. 6 duo trigona et duo -a (*var. ll.* ortog-, ortig-, orthog-). *ibid.* trigona trigonis, -a -is (*var. ll.* orthog-, ortig-). BOETH. arithm. 2, 15 p. 99, 2 eptagonorum vel -orum vel novem laterum figura.

octa(h)edrum, -ī *n.*, *ὀκτάεδρον. in var. l. etiam* octō(h)edr-. *litt. graecis* MART. CAP. *t. t. geom. i. q. corpus solidum octo lateribus constans*: CHALC. comm. 53 quae vocantur hexaedra et -a (*var. ll.* -ohedr- *et* -oedr-) *in aliquo numero inveniantur necesse est.* 326 *opificem* innumeras ... formantem figuras: modo pyramidis et ex ea mox -i (*var. ll. ut supra*) dictoque citius icosahedri et item cubi species *eqs. ibid.* nec ignem ... ignem esse ..., sed ..., nec -um, sed spirabilem silvam *eqs.* MART. CAP. 6, 722 his *schematibus generalibus* (*enumerantur*) adduntur nobilia schemata ex his composita *ὀκτάεδρος* (*idem litt. lat. ABM, ΩΚΔΟΚΕΔΡΟΣ in ras. Λ*, octedr. *L*^{1}), item *δωδεκάεδρος eqs.*

octameter, -trum, *ὀκτάμετρος. in var. l. etiam* octōm-. *t. t. metr. i. q. octo metris constans* (*v. Volkmann-Hammer-Gleditsch, Rhetorik u. Metrik der Griechen u. Römer*^{3} *144*): MAR. VICTORIN. gramm. VI 82, 27 Boiscum ... iambicum metrum in -um versum extendisse (GRAMM. VI 631, 11 crescunt *versus* a trimetris usque in -os (*postea*: faciunt versus de sedecim pedibus).

n. pro subst. **octametrum,** -ī. *i. q. versus octameter*: **1** *in iambis*: SACERD. gramm. VI 526, 23 et pentametra et hexametra et heptametra et -a (octom- *A*) iambica facere. 528, 8 de -o (octom- *A*) catalectico iambico (*ibid.* -um c. fit septem pedibus iambicis tetrasyllabis, octavo trisyllabo. RVFIN. gramm. VI 564, 1 [*ex Iuba*] 'appellatur boiscion *eqs.*' *cf.* GRAMM. VI 630, 2 iambicum metrum a monometro hypercatalecto usque in -um catalectum [*trad.* acatal-] ... procedit). RVFIN. gramm. VI 564, 1 de -o boiscio. **2** *in dactylis*: MAR. VICTORIN. gramm. VI 74, 31 hexametrum dactylicum usque ad -um disyllabo terminatum processisse. FRG. Bob. gramm. VI 623, 9 -um catalecticum, quo usus est Stesichorus *eqs.*

octangulus, -a, -um. *ex* octo *et* angulus. *i. q. octo angulos habens, octagonos*: sphaera -a (*non apte de octahedro*): APVL. Plat. 1, 7 prioris ... formae tres species existere: pyramidem, -am et vigintiangulam s.; et pyramidem figuram ignis in se habere, -am (-um *BM*) vero aëris, angulatam vicies sphaeram aquae dicatam esse. *ibid.* secundae velocitatis -a s. est.

octāns, -antis *m. ab* octo; *cf.* triens, quadrans, sextans. [*port.* oitante; *cf. Machado II 1616. G.*] *i. q. octava pars circuli*: VITR. 10, 6, 1 dividentur circumitiones *tignorum ad circina rotundatorum* ... tetrantibus et -bus in partes octo.

octānus, -ī *m. ab* octo; *cf.* primanus, secundanus, tertianus *et sim. quae sequuntur. i. q. miles octavae legionis*: PRISC. fig. num. gramm. III 414, 28 primanus primae legionis, secundanus secundae legionis; similiter tertianus ...; quartanus *eqs.* ...; -us, nonanus, decimanus.

octaphoros (octōph-), -on *et* octaphorus (octōph-), -um, **ὀκτάφορος* (*ὀκτώφ-*). -toph- ANTH. (-tŏph-, *fort.* -taph- *?*) *et in var. l. (v. infra). de lectica, quae ab octo servis portatur*: **1** *adi.* -os *f.*: CIC. Verr. II 5, 27 lectica -o (*var. l.* -toph-) ferebatur *Verres* (*Schol. Iuv. 6, 351, 2 PQS* lecticam ad forum ferebant). **2** *neutr.* -on *vel* -um, -ī *pro subst.*: CIC. ad Q. fr. 2, 9, 2 cum hominem portarem ad Baias Neapoli -o (*var. ll.* -taf-, -ottaf-, *ed. pr.* a foro, *ed. Ascens. a. 1522* -toph-) Asiciano (MART. 6, 84, 1). SVET. Cal. 43 -o veheretur (*cf.* APVL. apol. 76 vectabatur). ANTH. 86, 5 Porcius -o fertur resupinus ad aedem ('*ficticium putat Buecheler*' *Baehrens*).

octaplus v. octoplus.

octas, -adis *f.*, *ὀκτάς.* ogt- *hic illic cod. L m. sec.*; ogdoas, -adis *semper Dick sive primus sive post alios. i. q. octonarius numerus*: MART. CAP. 7, 738 hexas, -s generantur tantummodo, tetras autem et creat et creatur. 7, 740 dyas per dyadem facit tetradem, at bis facit -em (*ibid.* primus imparium trias, secundus pentas; ambo -em faciunt). 7, 741 ad enneadem ... ab -e collatione percussionis sonus efficitur (*v. ipsum locum*). 7, 745 -s a paribus par; enneas ab imparibus impar (*ad rem v. 7, 748 sq.*).

octasēmus, (-um), *ὀκτάσημος.* octōs-, ocdōs-, oddōs- MART. CAP. *in var. ll. t. t. metr. i. q. ex octo spatiis temporum compositus, octachronus*: MAR. VICTORIN. gramm. VI 47, 15 *dispondeus* solus in tetrasyllabis octachronos sive -us invenitur. 64, 4 in coniugationem copulati *pedes tetrasemi* -i fiunt (*antea*: tetrasemos ... propter quatuor tempora *pedum* ... appellatur *epiploca*). *pro subst. ?* octasēmus, -ī *sc. pes*: MART. CAP. 9, 985 ex tetrasemi elatione ... et -i (*v. app. crit.*) positione constabit *orthius.*

octastylos, -on, **ὀκτάστυλος.* octōst- VITR. 3, 3, 7 *H. t. t. archit., i. q. octo columnas habens* (*de aede*): VITR. 3, 2, 7 dipteros ... -os et pronao et postico. 3, 2, 8 *hypaethri* exemplar Romae non est, sed Athenis -os ⌊in⌋ templo Olympio (*v. app. crit.*). 3, 3, 7 frons loci ... si -os constituetur, dividatur *eqs.* (*ibid.* sive tetrastyli sive hexastyli sive -i *f.*). 3, 3, 8 *Hermogenes* primus invenit -on (*Iocundus*, exost- *vel* exast- *trad.*) pseudodipterive rationem.

octasyllabus *v.* octosyllabus.

octateuchus, -ī *m.* (*? adi.* CASSIOD. inst. 1, 1, 9), *ὀκτάτευχος* (*sc. βίβλος*). [*confund. in codd. c.* heptat- *vel* pentat- *saepius.*] *i. q. tomus octo priores libros V. T. (i. Pentateuchum librosque Iosue, Iudicum, Ruth) continens* (*cf.* CASSIOD. inst. 1, 1, 1 primus scripturarum

[Lumpe]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

divinarum codex est -us): HIER. epist. 71, 5, 3 canonem Hebraicae veritatis excepto -o. CASSIOD. inst. 1, 1 tit. de -o. 1, 1, 8 in -o (2, 7, 4 [in *deest in parte codd.*]. in psalm. 144, 7 l. 141 in codicibus sacris . . . id est in -o, in regum, in prophetis *eqs.*). 1, 1, 9 explanatio totius codicis -i. 1, 1, 10 textus . . . -i. in psalm. 3, 1 l. 16 -us legitur ante Iob.

octāva *v.* octavus.

octāvānī, -ōrum *m. pl. ab* octavus. [*confund. in codd. c.* -avian- *ap.* MELAM *et* PLIN. nat.]

i. q. milites octavae legionis: **1** coloniae -orum: MELA 2, 77 Forum Iuli, -orum c. (PLIN. nat. 3, 35). INSCR. Afr. Cagnat-M.-Ch. 414, 7 (= AA 29, 1914, 311) ordo . . . col(oniae) VIII (*i. Octavanorum sec. de Villefosse*) Thub(urbitanae). **2** *de ipsis militibus*: NOT. dign. occ. 5, 10 -i (*nom. ut* 5, 153. 7, 28).

octāvārius, -ī *m. (vix* -um, -ī *n., v. infra). ab* octavus, *cf. e. g.* argentarius. octovar- COD. Iust. *R; litt. gr. ὀκταβάριος Grégoire, Recueil 10 (saec. IV—V).* *i. q. receptor 'octavae' vectigalis*: COD. Theod. 4, 14(13), 8 (= Iust. 4, 61, 8) a legatis gentium devotarum . . . -i vectigal accipiant (*erant, qui vix recte neutr.* -i *sc. vectigalis i. 'octavae' intellegere mallent*).

[*pro* **octāvīdūs** FRONTO p. 52, 10 v. d. H. (p. 57 N.) *legit* VIII idus *recte, ut vid., Hauler per litteras coll.* VII idus *p. 52, 3 v. d. H. (p. 57 N.).*]

octāvō v. octavus.

octāvodecimus, -a, -um *num. ord. ex* octavus *et* decimus, *cf.* octavus decimus *et* octavusdecimus (*v.* octavus *sub II A*). *i. q. duodevicesimus*: HIER. epist. 30, 1 centesimum et -um (*G, disiunctim* oct. dec. *codd. plerique*) psalmum (30, 3, 1 in centesimo -o [decimo octavo *edd. vet.*] *p.*).

1. octāvum *adv. et ?* **2. octāvum,** -ī *n. v.* octavus.

I *vi primaria fere i. q. taedium, fastidium, indignatio, invidia* (*usum tritissimum rebus grammaticis quibusdam illustrare satis habemus*): **A** *locutiones verbum q. e.* odisse *aut circumscribentes aut supplentes*: **1** *sensu activo*: **a** habere: *α* -o (*adamatur in script. sacr. ad reddendum gr. μισεῖν; ad locutionem passivam* -o haberi *accedit* ab *l. 39. al.*, apud SCHOL. Iuv. 2, 57, *dat.* MVTIAN. Chrysost. hom. 1, 4 p. 241/42 *pro gr. παρά*): PLAVT. Men. 111 (*ad uxorem*) quod viro esse -o videas, tute tibi -o habeas. Persa 206 *di te* -o ... habeant. OV. rem. 124 inpatiens animus ... -o verba monentis habet. TERT. pudic. 8 p. 234, 21 (*sec. Am. 5, 10*) Iudaeus ... -o habens traducentem in portis. scorp. 11 p. 171, 7 -o habemur ab omnibus hominibus. ITALA gen. 27, 46 (cod. 92 *al.*) -o habui vitam meam ([*Vulg.* taedet me, *gr. προσώχθικα*]. eccles. 2, 17 [Ambr. bon. mort. 7, 28; *Vulg.* taeduit]). 29, 33 (Hier. quaest. hebr. in gen. p. 44, 24) quod -o me haberet vir meus (*Vulg.* haberi me contemptui). lev. 19, 17 (Aug. quaest. hept. 3, 70 p. 297, 12; *cf.* CYPR. zel. 11 p. 426, 10) non -o habebis fratrem tuum (*Vulg.* ne oderis). deut. 22, 16 (Aug. quaest. hept. 5, 33) -o habens eam *uxorem* (*Vulg.* quam quia odit). iud. 11, 7 (Aug. quaest. hept. 7, 49 p. 496, 7) -o habuistis me (*Vulg.* odistis). psalm. 17, 41 (Veron.) -o habentes me (*aliae verss. et Vulg.* odientes). *et saepe.* CAPITOL. Maximin. 11, 5 Pert. 14, 6 SPART. Hadr. 14, 1. 22, 9 Pesc. 3, 2 Sept. Sev. 14, 5. VICTORIN. POETOV. in apoc. 2, 1 p. 34, 9 -o habebat (*Hier.* oderat). LACT. inst. 5, 10, 14. 7, 22, 12 ira 5, 14. 18, 11 OPTAT. 4, 5 p. 106, 18 LVCIF. Athan. 1, 30 p. 118, 28 *et saepius. al. pendet inf.*: NOVELL. Iust. 22, 12 *servi derelicti* non in posterum inquietabuntur ab his, qui possidere eos olim -o habuerunt (*gr. παρὰ τῶν τὸ κεκτῆσθαι τούτους ... μισησάντων*). *β* cum -o: TAC. ann. 15, 28, 1 non infensum nec cum hostili -o Corbulonis nomen etiam barbaris habebatur. *γ* in -o: ATHAN. Lucif. epist. 6 p. 327, 9 dum in -o habentur. SEVERIN. doctr. p. 127 *bis.* CASSIOD. hist. 9, 25, 4 (in -um *C; Theodoret. 5, 16, 4 μισεῖν*).

b -o (*abl.*) esse in (adversus) *aliquem*: CIC. Cluent. 12 in hunc hostili -o et crudelitate est. Phil. 12, 8 se graviore -o debere esse in Antonium quam senatum. TREBON. Cic. fam. 12, 16, 3 etiamsi -o pari fuerit in eos, quos laesit.

c -um est: *c. dat.*: CIC. prov. 24 quod mihi -um cum P. Clodio fuit (Phil. 2, 99 hanc tibi esse c. Dolabella causam -i. BRVT. [*?*] Cic. ad Brut. 1, 16 [9, 24 Sj.] 4 quod ... tibi c. Antonio ... -um? LIV. 28, 18, 3. PLIN. nat. 19, 87 *raphanis* c. vite [24, 1 brassicae]. Ps. QVINT. decl. 1, 6 p. 8, 6). Phil. 12, 19 mihi -um in illum commune vobiscum est (TAC. hist. 4, 31, 1 auxilia e Gallia, quis nec amor neque -um in partes). VERG. Aen. 1, 361 quibus ... -um crudele tyranni ... erat (*c. gen. obi. ut*: SEN. epist. 65, 18 vitae. 78, 11 quibus [cuius *Madvig*] fuit aviditas cibi, -um est. VAL. FL. 4, 742 -um ... atque ... ira ... Bebryciae. DRAC. Orest. 546 noster amor Danais [Danaum *A*], sunt -a saeva duorum [*i. me amant, illos duos oderunt*]). MANIL. 2, 652 adversis *signis* -um est (*sc. inter se, ut*: SEN. contr. 1, 1, 3 parentibus meis cum in cetera -um sit, tantum in meam notam convenit. TAC. hist. 1, 65, 1 ann. 6, 47, 1). SEN. contr. 2, 3, 10 tibi ... adversus me. STAT. Theb. 9, 20 illis nuda -a (*absolute ut*: TAC. hist. 1, 41, 2 ut cuique -um aut admiratio fuit. ann. 2, 2, 4 perinde -um pravis et honestis. 12, 3, 2. Ps. TIT. epist. l. 493 et [*an ut?*], cum aspexissem feminam, -um mihi esset [*act. Ioh. 113 p. 213, 2 B. ἐπαχθές*]). *alia*: SEN. dial. 3, 3, 6 si amor in illis *animalibus* esset et -um (*cf.* TAC. hist. 1, 72, 1 quibus -um Neronis inerat). Ps. QVINT. decl. 9, 3 p. 170, 7 nulla erant inter parentes -a.

[v. Kamptz]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

d -um facere (*aliter p. 464, 48*): CHIRON 121 *iumentum aegrum* feni -um faciet (*cf. Veg. mulom. 1, 30* faenum ... fastidit).

2 *sensu passivo*: a *dat.* -o: α esse (*accedit dat. passim, per contaminationem gen. infra l. 52*, ab ITALA Matth. 10, 22 *et* Marc. 13, 13 [cod. d] eritis -o ab omnibus [*cf. p. 462, 39; gr.* ἔσεσθε μισούμενοι ὑπό, *Vulg.* -o o.]): PLAVT. Capt. 1035 si placuimus neque -o fuimus (Merc. 81 me ... invisum meo patri esse ... atque -o me esse, quoi placere aequom fuit. HOR. epist. 1, 14, 11. 2, 1, 101). Curc. 501 (*de lenonibus*) -o et malo et molestiae, bono usui estis nulli. Epid. 2 -o es nimium familiariter. Men. 111 *v. p. 462, 35*. Mil. 748 id quod -ost faciundumst, Poen. 51 nisi molestumst, nomen dare vobis volo comoediai; sin -ost (odiosi *codd.*), dicam tamen. Truc. 121 -o es (*A*, odiosus es *P*). *al.* TER. Hec. 343 qui amat, cui -o ipsus est (CIC. Verr. II 4, 15 omnibus iste ... -o est, ab his solis amatur. VAL. MAX. 5, 1 ext. 2 qui nos amant, ... quibus -o sumus. PLIN. paneg. 85, 4 PANEG. 3, 18, 4). TVRPIL. com. 41 -o ac senio mi hae sunt nuptiae. CIC. S. Rosc. 40 -o fuisse parenti filium. Verr. II 1, 35. 2, 7 sic ... nostros homines diligunt, ut iis ... neque publicanus ... -o sit. 2, 15 tanto -o, quanto (fam. 12, 10, 3. 12, 33, 2. *cf.* Mil. 56. fam. 15, 19, 2 *opp.* amori). 2, 166 quem omnes mortales oderint, eum vobis quoque -o esse oportere (LIV. 35, 19, 6 odi -oque sum Romanis. SEN. dial. 3, 14, 2 non est ... prudentis errantes odisse; alioqui ipse sibi -o erit. PLIN. paneg. 85, 4 potest ... -o esse non nullis, etiamsi ipse non oderit). Flacc. 71 (*opp.* delectat). 89 (*opp.* laudari *ut* SEN. epist. 94, 74). Vatin. 9 (*opp.* carum esse). *et saepe*. PVBLIL. M 3 mora omnis -o est (odiosa *C*). HIRT. Gall. 8, 7, 4 summo. BELL. Alex. 53, 4 VARRO ling. 8, 26 CIL I² 1012 VERG. ecl. 8, 33 OV. met. 2, 438 fast. 6, 558 Pont. 2, 1, 4. 4, 9, 89 LIV. 3, 42, 2. *al., passim in script. sacris pro gr.* μισεῖσθαι. *pendet inf.* (*dub. p. 461, 6*): PLAVT. Most. 705 ibi (*sc. apud uxorem veterem*) omnibus ire dormitum -o est. β *alia*: SEN. contr. 2, 6, 8 -o sibi vitium suum factum. PLIN. nat. 28, 106 perunctos omnibus -o venire.

b -o (*abl.*) esse: CIC. Verr. I 42 quo maiore ... apud vos -o esse debet quam est apud populum Romanum (Att. 2, 25, 2 re publica nihil desperatius, iis, quorum opera, nihil m. -o. TAC. ann. 12, 30, 2 Vangio ac Sido ... subiectis ..., dum adipiscerentur dominationes, multa caritate, et m. -o, postquam adepti sunt). TAC. ann. 14, 62, 2 Anicetus ... levi post admissum scelus gratia, dein graviore -o.

c in -o esse (*accedit* apud *vel dat., apud recentiores gen.*): CIC. Verr. II 5 181 quanta sit in invidia quanto que in -o apud quosdam nobiles homines novorum hominum virtus (Cluent. 110 illis ipsis. Manil. 65 apud exteras nationes. Att. 2, 13, 2). Phil. 1, 33 laudari, coli, diligi gloriosum est; metui vero et in -o esse invidiosum. Att. 2, 21, 1 tanto in -o est omnibus. 2, 22, 1. 10, 12ᵃ, 1 tyranno. 11, 9, 2 summo illum in -o fuisse Caesari (14, 1, 2). BELL. Alex. 59, 1 tam ... omnibus Caesarianis quam Pompeianis. PLIN. nat. 6, 133 ibi mortalium soli⟨s⟩ aurum in -o (*aliter Mayhoff*). CAPITOL. Opil. 2, 1 omnium. SPART. Did. 3, 7 populi. PRISC. rhet. 6, 17 p. 555, 16 omnes ... maleficos homines oportet in -o esse vobis (*Hermog. prog. 30 p. 12, 15 R.* πάντας ... προσήκει μισεῖν). EPIST. pontif. 1056 Conc.ˢ IV 2 p. 126, 23 (*ex epist. Ibae*) *Nestorius* ⌊in suae erat -o⌋ (-o erat suae *Avell. p. 305, 3*) civitatis et virorum ... maximorum.

d *rariora*: SEN. contr. 1, 2, 9 quod ... -um, quae inimicitiae cuiquam (cum ea *add. Madvig*) esse possunt, quam nemo ... norat ... ? CONSVLT. Zacch. 3, 1 p. 96, 2 ne ... -i sint, quae fuerant prius voti.

B *locutiones variae*: 1 *iuncturae verbales*: a *nom.*: -um *occipit, crescit, valet sim.*: PLAVT. Cist. 529 ubi -um occeperit (*cf.* LVCR. 5, 1416 coepit [TAC. ann. 15, 68, 3]). CIC. Mur. 47 ut -a occulta civium, quae tacitis nunc discordiis continentur, ... erumperent (*cf.* TAC. ann. 6, 3, 4 prorupere). har. resp. 46 crescebat (LIV. 40, 5, 5 SEN. contr. 10, 1, 7 VELL. 2, 60, 5 SEN. clem. 1, 12, 4. *al.*). Mil. 35 valuit (off. 2, 23 SEN. Herc. O. 298 TAC. ann. 3, 10, 2. *al.*). 39 in illum -a civium ardebant (IVV. 15, 34. *cf.* SEN. Med. 952 fervet). fin. 1, 44 nascuntur (Tusc. 4, 25 Lael. 89. *cf.* PVBLIL. O 10 fit [SEN. Oed. 703]. VELL. 1, 12, 7 ortum [QVINT. inst. 2, 2, 5 TAC. ann. 3, 75, 2]). OV. rem. 793 -o remanente (*cf.* TAC. Germ. 33, 2 maneat ... duretque gentibus ... -um sui). VELL. 1, 12, 7 durat (2, 79, 6 SEN. Ag. 522 QVINT. decl. 257 p. 51, 6 Ps. QVINT. decl. 9, 3 p. 169, 23 TAC. ann. 14, 1, 3). PETRON. 109, 5 detumescunt. VAL. FL. 4, 254 surgunt (CHROMAT. beat. 8, 1). QVINT. decl. 305 p. 195, 15 altissime sedent. *al.* *capit, tenet, movet sim.*: PLAVT. Truc. 467 bene si facere incepit *meretrix*, eius rei nimis cito -um percipit *eam* (TER. Eun. 972 neque agri neque urbis -um me umquam p.; ubi satias coeperit fieri, commuto locum [DON.: fastidium ex abundantia]. LVCR. 3, 80. *cf.* TER. Eun. 404 ceperat [Hec. 219. 580 CIC. Phil. 2, 91]). CIC. Verr. II 1, 23 quos tantum -um nostri ordinis teneat (dom. 92 rep. 2, 52 Att. 1, 11, 3 SEN. epist. 74, 11. *al.*). OV. met. 5, 218 non nos -um ... compulit ad bellum. LIV. 2, 35, 7 cum alterum vetus -um, alterum ira recens stimularet (42, 29, 2). 5, 5, 1 si nos tam iustum -um nihil movet. SEN. dial. 9, 15, 1 occupat. epist. 24, 26 quosdam subit ... vitae non -um, sed fastidium. TAC. hist. 2, 77, 3 hos ira, -um, ultionis cupiditas ad virtutem accendit. *al.* *premit sim.*: CAEL. Cic. fam. 8, 3, 1 eorum -a, quae Hirrum premunt. SEN. Phaedr. 696 quos hausit et peremit et leto dedit -um dolusque. epist. 55, 3 aliquos ... Seiani -um ... merserat. QVINT. inst. 4, 1, 14 et potentes sequitur invidia ... et turpes ac nocentes -um. TAC. ann. 6, 29, 3 hunc ... labefecit ... Macronis -um. *al.* facit *aliquid* (*cf. p. 466, 9 sq.*): NVX 39 non -um f. hoc, sed spes ... rapinae.

b *acc.*: -um *reperire, ferre sim.*: PLAVT. Stich. 746 nimio ... sibi mulier meretrix repperit -um ocius sua inmunditia, quam in perpetuom ut placeat munditia sua. TER. Ad. 871 hoc fructi pro labore ab eis *liberis* fero: -um (QVINT. inst. 5, 14, 30). CIC. inv. 1, 4 tantum -i atque invidiae suscepit eloquentia, ut *eqs.* (2, 108 Scaur. frg. 1 Att. 1, 15, 1. 6, 1, 25 SEN. dial. 5, 42, 3 ARNOB. nat. 1, 54. *aliter l. 77*). off. 2, 54 non tanta studia assequuntur eorum, quibus dederunt, quanta -a eorum, quibus ademerunt (*cf.* RVT. LVP. 2, 18 consequatur). Att. 11, 17ᵃ, 2 ut eorum -um subeam (Ps. QVINT. decl. 9, 14 p. 179, 17). ad Q. fr. 3, 9, 3 -i nihil habet (SEN. epist. 105, 4 PETRON. 84, 1 QVINT. decl. 298 p. 178, 8 IVST. 36, 1, 1. Ps. AVG. serm. ed. Mai 6, 2 a mundo. *aliter l. 72*). CAES. Gall. 6, 5, 2 ex eo, quod meruerat, -o (OV. am. 2, 2, 9. 3, 11, 43 VAL. MAX. 9, 4 ext. 1 QVINT. inst. 4, 1, 44. *al.*). SALL. Iug. 3, 3 quaerere (OV. ars 2, 333 ab aegra. trist. 2, 87). TAC. ann. 1, 74, 2 -um apud omnes adeptus. FLOR. epit. 4, 2, 56 quod talis passa videbatur iniuriam, -um ... regis. COMM. instr. 2, 6, 1 tollant (2, 29, 5). *al.* *parere, concitare sim.*: TER. Andr. 68 veritas -um parit (RHET. Her. 4, 31, 42 PROP. 2, 18, 1. *cf.* CIC. Lael. 35 gigni). RHET. Her. 4, 38, 50 eiusmodi res et invidiam contrahunt in vita et -um in oratione (VELL. 2, 79, 6 CAPITOL. Pert. 13, 9. *al.*). CIC. inv. 1, 100 ut in aliquem hominem magnum -um ... concitetur (1, 105 NEP. Ham. 4, 3 QVINT. inst. 6, 1, 14. 6, 2, 16. *al. cf.* CIC. Verr. II 3, 157 excitatum esse [de orat. 2, 189. 2, 208]. part. 56 incitantur [Att. 1, 19, 18. VAL. MAX. 1, 8, 6 -o incitatissimo. SVET. Nero 45, 2 omnium in se -o incitato]). 1, 103 indignatio summum in eum ... -um commovere poterit (CAPITOL. Pert. 6, 11 sibi. *cf.* part. 128 *movere* [VERG. Aen. 2, 96 OV. ars 2, 146. LIV. 36, 8, 5 ad Philippum. APVL. apol. 9]). 2, 22 in eum ... summum -um transferetur (OV. met. 3, 259. *cf.* CIC. Sull. 3 adferre [SEN. dial. 5, 5, 4 CVRT. 10, 7, 5 PLIN. nat. 25, 17 QVINT. inst. 3, 7, 19. 11, 1, 15 non fastidium modo, sed ... etiam -um. *al.*]. part. 28 *conferre*. HOR. epist. 1, 13, 4 ne ... -um ... libellis ... importes). Deiot. 18 omnium in se gentium ... -a ... convertisset (COMM. instr. 2, 29, 3). Phil. 13, 6 fortitudo ... -um incendit (Att. 9, 1, 3 -a ... in nos, quae iam exstincta erant). de orat. 2, 206 haec ... maxume sunt in iudicum animis ... molienda: amor, -um, iracundia, invidia. 2, 208 et in alios -um struere discemus et a nobis ac nostris demovere (AMM. 30, 4, 9). *al.* CAES. civ. 2, 31, 3 quasi non et felicitas rerum gestarum exercitus benevolentiam imperatoribus et res adversae -a concilient (PLIN. nat. 28, 117 QVINT. inst. 5, 13, 38). LIV. 2, 43, 11 inritato (*cf. l. 62*) exacerbatoque in se militum -o. SEN. benef. 2, 11, 6 admonitio taedium facit, exprobatio -um (dial. 3, 6, 3 PLIN. nat. 20, 199 QVINT. inst. 1, 3, 11. 6, 1, 14 iudici [decl. 335 p. 331, 12]. *al.* *aliter p. 463, 1*). *al.* *augere, mitigare, servare sim.*: CIC. inv. 1, 21 ab iratis si perspicue pax et benivolentia petitur, ... augetur atque inflammatur -um (BELL. Alex. 50, 3). 1, 30 ut ... -um statim defensio mitiget (p. red. ad Quir. 23 mitigari ... leniri [teneri *codd.*] ... sedari. Att. 1, 19, 18). Cluent. 159 illud est hominis magni ..., -um, invidiam, metum cupiditatesque omnes amovere. Flacc. 95 saturaveritis (*cf.* part. 96 satiandum [SEN. benef. 5, 16, 1. FLOR. epit. 4, 2, 7 prius ... quam ... eorum qui victi erant -a victoris caede sese satiarent]). dom. 63 vim improborum, quae ... compresso -o atque tacito iam erumpebat (SIL. 10, 489. *cf.* CIC. Sest. 117 vix ... -um suum a corpore eius ... represserunt. SEN. Phoen. 657 premere [PLIN. paneg. 62, 5]. clem. 1, 8, 6 frequens vindicta paucorum -um opprimit, omnium inritat). p. red. in sen. 25 omnia privata -a deposuit (p. red. ad Quir. 23 Pis. 81 VAL. MAX. 5, 1, 11 SEN. Herc. f. 410 dial. 8, 7, 1. *al. cf.* LIV. 3, 42, 6 posito [SEN. Herc. O. 1324 Phaedr. 238. *al.*]). Rab. Post. 13 cum -um nostri restingueritis. Mil. 63 cum sanguine inimici explesset -um suum (LIV. 4, 32, 12 TAC. ann. 15, 52, 3. *al.*). Marcell. 31 qui non fortuna inflammaret -um suum, sed bonitate leniret (OV. Ib. 134 PLIN. paneg. 28, 3). Phil. 13, 7 vincamus. CAEL. Cic. fam. 8, 3, 1 sublevat. NEP. Hann. 1, 3 -um paternum erga Romanos ... conservavit (*cf.* SEN. Phaedr. 1121 servas). *al.* *concipere sim.*: CIC. Tull. 21 tantum ... -i crudelitatisque habuerunt, ut *eqs.* (Cluent. 151 in equestrem ordinem [Vatin. 6 in bonos. *cf.* QVINT. decl. 314 p. 233, 8 adversus hunc adulescentem. COD. Iust. 5, 9, 10, 5 ad priores liberos]. Phil. 5, 38 servitutis. *al. aliter supra l. 16*). p. red. ad Quir. 1 in rem publicam ... conceptum (TAC. ann. 6, 3, 4. *cf.* CIC. Balb. 62 quibus infinitum sit -um, in quos semel susceptum sit [BELL. Alex. 48, 1 in illam provinciam. NEP. Dat. 9, 1 in Datamen. 10, 3 erga regem. CLAVD. DON. Aen. 1, 1 p. 9, 17 adversus ipsum. *al. aliter supra l. 11*]). Pis. 16 omne -um ... in me profudistis (93 -um, quod in ipsum attulerant, id in eius imaginem ... profuderunt. *cf.* fam. 1, 9, 20 effudisse [LIV. 31, 44, 2 HEGES. 3, 8, 2 p. 200, 9. 5, 14, 5 p. 318, 23]). OV. epist. 7, 47 exerces pretiosa -a (met. 5, 245. 9, 274 VELL. 1, 1, 2 SEN. clem. 1, 19, 4 dial. 10, 7, 1. *al.*). LIV. 22, 1, 2

[v. Kamptz]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Galli ... verterunt retro in Hannibalem ab Romanis -a (SEN. epist. 90, 41). 28, 22, 2 praecipuum in Romanos gerebant -um (MANIL. 2, 469 SEN. Herc. f. 362 Thy. 329 CVRT. 7, 5, 30. *al.*). SEN. benef. 2, 17, 2 indixisti pecuniae -um (epist. 5, 2. 51, 2. 108, 12. GELL. 19, 5, 10 bellum et -um). *al.*

c *abl. instr.* (*cf.* -o odisse *p. 458, 23*): -o *moveri, ardere, inflammare sim.*: CIC. Verr. II 1, 81 ut vehementius -o libidinis tuae quam legationis metu moverentur (*cf.* Cluent. 24 commoventur [CVRT. 8, 14, 41]. Catil. 1, 16 permotus [CAES. civ. 2, 13, 3]). 5, 163 ut animi multitudinis in istum dolore et -o ... concitarentur (QVINT. decl. 328 p. 288, 15 adversus alium. *cf.* CIC. Sest. 46 incitarentur [Lig. 11 leg. 2, 56]). Font. 3 induci (fam. 5, 6, 2. *cf.* dom. 61 adducti [Att. 1, 18, 2]. Att. 1, 16, 2 ductus [MANIL. 2, 518]). Cluent. 181 incensa (Mil. 63 SALL. Catil. 49, 2. LIV. 2, 6, 1 -o iraque. *cf.* 4, 32, 12 accensus [27, 31, 10. 30, 33, 9. 44, 25, 1 PLIN. nat. 17, 3. TAC. ann. 1, 53, 3 -is in maritum]). Manil. 21 studio atque -o inflammata classis (Mil. 78. STAT. Theb. 3, 338 urbes ... inflammare -is). Phil. 4, 4 se recipiebat ardens -o vestri (5, 42. LIV. 9, 10, 6 ira -oque. VAL. MAX. 4, 2, 2 OCTAVIA 49 HEGES. 1, 37, 5 p. 76, 10. 1, 38, 4 p. 79, 13). de orat. 2, 190 flagrantem (OV. trist. 4, 9, 7 LIV. 2, 23, 1 OCTAVIA 132 PLIN. nat. 9, 185. 15, 74 GELL. 7, 10, 3. *aliter l. 34*). *al.* NEP. Att. 10, 4 etsi tanto -o ferebatur in Ciceronem (QVINT. decl. 268 p. 94, 21). VAL. MAX. 9, 2 ext. 5 quanto sui -o patria teneretur. MIN. FEL. 14, 6 ne -o ... sermonum omnium laboremus ita, ut in exsecrationem et -um hominum plerique simpliciores efferantur (*aliter l. 32*). *al.* *premi sim.*: CIC. Sest. 127 dominos contionum omni -o populi notari. har. resp. 7 inretitus -o bonorum. de orat. 1, 228 cum et invidia et -o populi Galba ... premeretur (ad Q. fr. 3, 3, 3. *cf.* LIV. 4, 10, 5 oppressi). ad Q. fr. 3, 1, 24 -o universi populi paene adflictus est. LIV. 6, 2, 4 non -o solum apud hostes, sed contemptu etiam inter socios nomen Romanum laborare (SEN. dial. 4, 35, 5 PLIN. nat. 7, 100 QVINT. inst. 12, 8, 14. *aliter l. 25*). GELL. 6, 3, 52 cum superbia illa Rodiensium famosissima multorum -o atque invidia flagraret (*aliter l. 20*). *al.* *insequi sim.*: VERG. Aen. 4, 623 genus omne ... exercete -is. VAL. MAX. 7, 8, 7 auctorem ... benivolentia, propulsatores -o insecutus (PS. SEN. mon. 96 TERT. adv. Marc. 4, 12 p. 453, 21. *cf.* TAC. hist. 4, 1, 1 consectabantur. APVL. met. 9, 15, 1 prosequebatur [ARNOB. nat. 1, 35 PS. HIL. libell. 21]). VAL. FL. 7, 93 hoc ... -isque urgete ... imperiisque caput (CLAVD. 20, 213). *al.*

d *dat.*: CIC. Cluent. 158 religioni potius vestrae quam -o pareatis. de orat. 1, 202 scelus fraudemque nocentis ... dicendo subicere -o civium. off. 2, 23 multorum ... -is nullas opes posse obsistere. CAES. Gall. 6, 9, 7 ne communi -o Germanorum ... poenas pendant (*cf.* VERG. Aen. 10, 853 debueram patriae poenas -isque meorum. VELL. 2, 7, 6 visa ultio privato -o magis quam publicae vindictae data). HOR. epist. 1, 2, 61 dum poenas -o per vim festinat inulto. OV. met. 4, 448 tantum -is iraeque dabat (QVINT. decl. 313 p. 230, 5 legum lator ... noluit accusatorem dare aliquid -o). SVET. Tib. 66 ut voluntaria morte maximo iustissimoque civium -o ... satis faceret.

e *c. praepos.*: *α* in (ad) -um *ferendum*: RHET. Her. 1, 5, 8 ab adversariorum persona benivolentia captabitur, si eos in -um, in invidiam, in contemptionem adducemus (4, 49, 62 CIC. inv. 1, 22 SEN. contr. 2, 1, 26 SEN. benef. 2, 4, 1 clem. 2, 2, 3 epist. 56, 1. *al.* *cf.* CIC. inv. 1, 22 ducentur. SEN. benef. 2, 13, 3 perducat [7, 25, 2]). *ibid.* in -um rapiemus *adversarios*, si *eqs.* CIC. Verr. I 35 in -um offensionemque populi Romani inruere. leg. agr. 1, 2 nomen imperii *Romani* in commune -um orbis terrae vocabatur (Cael. 29 off. 1, 86). part. 137 genus eius modi calliditatis ... trahatur in -um iudicis. rep. 1, 62 nomen ... in -um venisse regium (fin. 2, 79 Att. 10, 8, 6 SEN. contr. 7, 3, 2 SEN. epist. 63, 13 PETRON. 105, 11 GAIVS inst. 4, 30. *al.* *cf.* NEP. Lys. 1, 3 pervenerint [Phoc. 2, 1]). off. 1, 150 quaestus, qui in -a hominum incurrunt, ut portitorum, ut feneratorum. MANIL. 2, 571 *siderum ratio* in ... -um generat partus. ITALA Ier. 24, 9 (Ps. Cypr. pasch. 11 p. 259 13) dabo eos ... in -um (*gr.* ἔσονται εἰς μῖσος, *Vulg. aliter*). VVLG. sap. 14, 11 creaturae dei in -um factae sunt (*gr.* εἰς βδέλυγμα). *al.* *β* in (ad) -um *exercendum*: CIC. inv. 2, 164 animi temere in -um ... concitati (ARNOB. nat. 1, 64. *cf.* CIC. de orat. 1, 53 in hominum mentibus ... ad iram aut ad -um ... incitandis). de orat. 2, 72 saepe benivolentia ad -um, -um autem ad benivolentiam deducendum est (*cf.* SEN. epist. 78, 26 in -um ... sui adducere [LIV. perioch. 1 p. 4, 1]). 2, 199 animos equitum ... ad Q. Caepionis -um ... renovabam. LIV. 33, 29, 1 efferavit ea caedes Thebanos ... ad exsecrabile -um Romanorum (MIN. FEL. *supra l. 26*). SEN. contr. 2, 6, 2 *pecunia* humanum genus ... in fraudes et scelera et mutuum -um instigat (RVFIN. hist. 5, 1, 58 ad nefanda -a). SEN. benef. 6, 35, 5 qui *ingratus* ... non usque in -um, sed tantum ad infitiationem beneficii perveniret (*cf.* PALLAD. hist. mon. I 49 p. 333[A] venit ad tantum ... -um nuptiarum). dial. 5, 5, 6 illa *natura* in amorem hortatur, haec *ira* in -um. 5, 41, 3 cum ex ira in -um obcalluit *affectus*. PETRON. 108, 2 in -um se ira convertit (QVINT. inst. 11, 1, 81 qui in -um eorum, in quibus erraverat, ipse conversus est. HEGES. 1, 2 p. 9, 3 ferus animus ... de amore in -a convertitur. *cf.* TAC. ann. 4, 38, 2 si iudicium posterorum in -um vertit. PLIN. epist. 8, 24, 6 *timor* in -um vertitur [MART. CAP. 9, 897]). PLIN. nat. 7, 80 Timonem ... in totius -um generis humani evectum. QVINT. inst. 3, 8, 12 ad metum, cupiditatem, -um ... impellendi animi (APVL. met. 10, 5, 6 ad extremum subolis ... -um. *cf.* QVINT. decl. 245 p. 4, 7 ad -um compellitur). TAC. hist. 1, 11, 2 in favorem aut -um contactu valentiorum agebantur *provinciae*. *al.*

2 *locutiones causales vel modales*: a *abl.*: TER. Phorm. 1016 neque neclegentia tua neque -o id fecit tuo (CIC. inv. 2, 106 S. Rosc. 44 har. resp. 5 BELL. Alex. 58, 2 NEP. Dion 4, 2. *al.*). LVCIL. 158 usque adeo studio atque -o illius ecferor ira. CIC. Verr. II 4, 116 quae tum ... commissa non sunt ... -o hostili? Mur. 56 (*v. infra l. 84*). Sull. 74 hunc magis -o quam pudore hominum aspectum ... vitare. Balb. 30 gentem ... dissidentem a populo Romano -o quodam atque discidio (Lael. 2 VAL. MAX. 4, 2, 3. 9, 3 ext. 3 inter se. PLIN. nat. 24, 1 quercus et olea). *al.* CATVLL. 63, 17 corpus evirastis veneris nimio -o. SALL. Catil. 37, 3 -o suarum rerum mutari omnia student. NEP. Timol. 2, 3 non -o tyrannidis dissensisse, sed cupiditate. HOR. epist. 1, 11, 6 Lebedum laudas -o maris atque viarum. *al.*

b *praep.*: ab: VARRO rust. 1, 2, 19 cum ab eodem -o alter videre nollet, alter ... vellet. LIV. 3, 41, 5 malebant. 6, 4, 8 *exercitum* ab -o ad pervastandos fines ... duxere. 33, 20, 3 se obviam ituros non ab -o ullo. 33, 29, 4 non tantum ab -o ... ea facinora fiebant. 36, 24, 7 oppidum ... diripiunt non tam ab ira nec ab -o, quam ut *eqs.* *al.* ex: SALL. or. Macri 12 cetera ex licentia aut -o ... arsere. in: OV. met. 14, 71 Scylla ... in Circes -um sociis spoliavit Vlixen (*c. gen. obi. ut*: TAC. hist. 1, 12, 3 hunc vel illum ... destinabant *imperatorem* ... in Titi Vini -um. MARCIAN. dig. 12, 6, 40 pr. in -um eius, cui debetur, exceptio datur. TERT. apol. 40, 1 in -um bonorum ... conspirant). MIN. FEL. 31, 8 in mutua -a saevitis. ad: VAL. MAX. 3, 7, 7 a quo ... ad multum -um dissidebat.

3 *pendet ex adi.*: a *abl.*: CIC. Verr. II 4, 73 maiore -o dignam ... audaciam (Cluent. 12 Catil. 3, 22 Sull. 88 de orat. 2, 205. 238. *al.*). VERG. Aen. 11, 122 -is et crimine Drances infensus iuveni (LIV. 7, 27, 6 TAC. hist. 5, 1, 2 ann. 12, 18, 1). LIV. 2, 58, 8 invictus ille -o plebeio animus. 26, 39, 15 non publico modo, sed privato etiam -o invisus atque infestus Romanis (TAC. ann. 14, 3, 3 mutuis -is). 45, 26, 5 principes ... insignes ... -o adversus Romanos. TAC. hist. 2, 92, 1 Caecina ac Valens ... olim anxii -is (ann. 1, 33, 1). b *gen.*: TAC. Agr. 43, 3 *Domitianus* securus iam -i. ann. 4, 7, 1 ultor ... non occultus -i[s]. 12, 22, 1 atrox -i Agrippina ac Lolliae infensa. TERT. patient. 5 p. 9, 5 -i aut avaritiae ... impatiens. c *dat.*: TAC. ann. 3, 58, 3 non aemulationi, non -o aut adfectionibus obnoxium. 12, 44, 5 novercae -is impar.

C *determinationes*: 1 *indicatur, in quem vel quid*: a *gen. obi.* (*inde a* PLAVTO *p. 463, 74; exempla notabiliora selecta*): CIC. dom. 62 bonorum (Sest. 46. TERT. apol. 40, 1 b. et proborum). har. resp. 5 rei publicae (SEN. contr. 7, 7, 11 QVINT. decl. 272 p. 115, 4). Phil. 5, 38 servitutis (fam. 11, 8, 2 SEN. benef. 3, 19, 4). Tusc. 4, 25 mulierum (4, 27). 4, 27 generis humani (SEN. dial. 9, 15, 1 PLIN. nat. 7, 80 TAC. ann. 15, 44, 4. *cf.* CIC. off. 1, 29 hominum [fam. 5, 15, 4 MIN. FEL. 14, 6]). 4, 50 tyranni (NEP. Dion 5, 3 VERG. Aen. 1, 361. *cf.* NEP. Timol. 2, 3 tyrannidis [OV. met. 15, 61]). fam. 1, 9, 20 multarum eius in me iniuriarum (SEN. contr. 1, 1, 21). CATVLL. 63, 17 veneris. LVCR. 3, 80 vitae ... lucisque (SEN. epist. 24, 26. 30, 15. 65, 18. 74, 11 PLIN. nat. 20, 199). SEN. contr. 5, 2, 2 divitiarum (*cf.* QVINT. decl. 268 p. 94, 21 pecuniae). b *praepos.* (*bona aetate fere iuxta gen. subi.; ceterum passim cum adminiculis verbalibus, v. sub B*): in: CIC. S. Rosc. 52 -um ... patris in filium. Verr. II 2, 165 -um in te aratorum. Flacc. 95 illius ... in nos omnes -um. Mil. 52 -um fuisse illius in hunc acerbissimum, nullum huius in illum. LIV. 3, 54, 3 -um in se aliorum suo in eos metiens -o. erga: NEP. Ham. 4, 3 huius perpetuum -um e. Romanos (Hann. 1, 3 paternum). TAC. hist. 2, 99, 2 TERT. apol. 1, 4. 4, 1. cum: OV. met. 7, 297 -um c. coniuge falsum Phasias (*i. Medea*) adsimulat. inter: LIV. 2, 23, 1 intestino i. patres plebemque ... -o. TAC. hist. 5, 1, 2 solito i. accolas -o. adversus: LIV. 36, 29, 10 a. se -a. 42, 6, 2 a. Persea -um Romanorum. 45, 26, 5 VAL. MAX. 6, 3, 1[e]. *al.* contra: CAPITOL. Gord. 7, 3 -o c. Maximinum (Max. Balb. 16, 5). VVLG. III reg. 11, 25.

2 *epitheta notabiliora*: CIC. inv. 2, 108 acre (S. Rosc. 52. Verr. II 3, 157 infestum (LIV. 38, 47, 9 AMM. 30, 4, 9). 4, 116 hostili (Cluent. 12 Lig. 19. *al.*). p. red. in sen. 25 privatum (LIV. 36, 29, 15 VELL. 2, 7, 6. *al.*). Cael. 2 acerbo (Mil. 52 Phil. 13, 6. *al.*). Phil. 12, 8 graviore. Lael. 2 capitali (AMM. 21, 16, 11). ad Brut. 1, 15 (9, 23 Sj.), 9 publici (LIV. 26, 39, 15 SEN. benef. 3, 17, 1. *al.*). NEP. Dat. 9, 1 implacabile (TAC. hist. 4, 1, 1). VERG. Aen. 1, 361 crudele (CIRIS 532). 2, 96 aspera (VAL. FL. 4, 254 SIL. 17, 463). OV. met. 5, 245 inexorabile (SEN. contr. 1, 1, 21 i. et ardentia). LIV. 2, 17, 2 inexpiabili (26, 13, 9. 39, 51, 4). SEN. contr. 1, 1, 6 pertinacia (2, 3, 10 VAL. MAX. 7, 2, 6. *al.*). 2, 6, 2 mutuum (VAL. MAX. 4, 2, 4 TAC. ann. 14, 3, 3 MIN. FEL. 31, 8). TAC. ann. 1, 6, 2 novercalibus (12, 2, 1). *al.*

3 *c. gen. inhaerentiae*: a *accedunt synonyma per gen.* (*cf. p. 467, 25 sqq.*): CIC. Mur. 56 accusatores, non qui -o inimici-

[v. Kamptz]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

tiarum ad accusandum, sed qui studio accusandi ad inimicitias descenderint (Mil. 78 -o mearum i. inflammatus. FIRM. math. 5, 3, 4. 6, 22, 11 AVG. civ. 5, 24 p. 237, 14 D.). AVG. c. Parm. 2, 21, 41 p. 96, 25 cum -o persequendi. **b** *gen.* -i, -orum *accedit ad synonyma*: FIRM. math. 6, 9, 16 -orum dissensione. 6, 16, 6 -orum ... simultate. PHILO vita contempl. 20 fastidio humani -i (*gr. διά τινα ... μισανθρωπίαν*).

II *metonymice de eo, quod (qui) taedium, invidiam sim. commovet*: **A** *de rebus*: **1** *sing.*: **a** *de modo se gerendi, dicendi sim. fere i. q. molestia, importunitas, pertinacia*: PLAVT. Asin. 446 perii ..., iam hic me abegerit suo -o. 921 me quidem miseram -o enicavit (Persa 48ª Rud. 944). Bacch. 213 non res, sed actor mihi cor -o sauciat. TER. Hec. 123 tundendo atque -o denique effecit senex: despondit ei gnatam ... vicini (DON.: hoc est instantia). 134 te di deaeque perduint cum isto -o (DON.: cum instantia et molestia. SCHOL.: cum ista importunitate sive molestia). Phorm. 849 numquam tu -o tuo me vinces ([EVGRAPH.: tua pertinacia]. HOR. sat. 1, 7, 6 durus homo atque -o qui posset vincere Regem). CIC. Cluent. 109 quod erat -um ..., quae superbia, ... quam gravis atque intolerabilis arrogantia (Q. CIC. pet. 54 multorum a. ..., s., ... -um ac molestia perferenda est). SALL. (?) in Tull. 6 etiam aures nostras -o tuo onerabis? GELL. 1, 15 tit. quam importunum vitium plenumque -i sit ... loquacitas.

b *de qualibet re odiosa fere i. q. vitium, macula sim.*: **α** *c. gen. inhaerentiae*: QVINT. decl. 300 p. 184, 15 non semper erroris -um penes cognoscentes est. GELL. 5, 11, 11 media forma quaedam est *feminarum*, quae et a nimiae pulchritudinis periculo et a summae deformitatis -o vacat. 5, 12, 13 Vergilium ... multae antiquitatis hominem sine ostentationis -o peritum. TERT. apol. 6, 3 primi Lacedaemonii -um penulae ludis excogitaverunt (*cod. Fuld.*, paenulam *cett.; cf. Löfstedt, Tert. apol. 78 sq.*). Ps. TIT. epist. l. 641 -um operis iniusticiae. **β** *absolute*: CONC.S I 5 p. 278, 30 illius ... -i optimus imitator magnus iste Theodoritus (*p. 162, 15* dementiae, *gr. I 1, 6 p. 140, 15 βδελυρίας*).

2 *plur.*: PLAVT. Mil. 743 hospes nullus tam in amici hospitium devorti potest, quin ubi triduom continuom fuerit, iam odiosus siet; verum ubi dies decem continuos sit, east -orum Ilias.

B *de hominibus*: **1** *sing.*: PLAVT. Asin. 927 cum dicta in me ingerebas, -um, non uxor eram. Bacch. 820 terrai -um ambulat ... :: tun terrae me -um esse autumas? Curc. 190 iam huic voluptati hoc adiunctum est -um. :: quid ais ... ? tun ... -um me vocas? Mil. 923 nempe tu novisti militem, meum erum? :: ... populi -um quidni noverim? (CIC. Vatin. 39 si es -um publicum p. IVST. 11, 3, 10 -um eos omnium populorum esse). Poen. 352 ecce -um meum (392 opsecro ... te, voluptas huius atque -um m. Truc. 210. 320). Rud. 319 deorum -um atque hominum (CIC. Phil. 14, 8 L. Antonius, insigne -um omnium h. vel, si etiam di oderunt quos oportet, d. SEN. Oed. 876). TER. Andr. 941 dignus es (*sc. malis*) cum tua religione, -um (-o *codd. recc.*). INSCR. Afr. Cagnat-M.-Ch. 108 o te misera ... nemini -um ne(c) mol(e)sta. **2** *plur.*: VAL. MAX. 3, 7, 5 *fiducia Furii* duobus acerrimis -is latera sua cingere ausa est (*i. duos inimicos consul legatos secum ire coegit*). TAC. hist. 2, 95, 2 libertus Vitellii Asiaticus Polyclitos, Patrobios et vetera -orum nomina aequabat. *pro sing.* (*cf. Löfstedt, Synt. I² 35, 1*): Ps. QVINT. decl. 1, 10 p. 11, 20 *qui patrem occidit,, novercae pepercit*, violare non ausus est pectus -orum?

deriv.: odiosus. *cf.* ex-, perodiatus; inodio.

2. odium, -ī *n. pro* odor. *i. q. odor malus*: CYPR. GALL. exod. 281 *ranae mortuae* congestae ... simul -o solvuntur acerbo (*cf. Vulg. exod. 8, 14* conputruit terra).

3. ōdium *v.* odeum. *v. Kamptz.*

ōdō, -ōnis *v. sub* udo, -onis.

odocos (-decus, -dicus), (-ī) *f. herbae nomen gallicum* (*v. infra* MARCELL.; *cf. etiam germ.* attich). *in* GLOSS. *leguntur formae*: -dec-: III 590, 30. 593, 42. 611, 54. 615, 27. -dic-: *ibid.* 548, 31. 562, 67. 571, 46. 585, 11. 623, 29. 627, 29. 632, 40. *cf. etiam* 548, 33 *sub* odernon. *cohaerere vid. etiam c.* ducone *et* ebucone, *ubi videas, nec non c.* educu GLOSS. III 536, 1. [*immixto verbo q. e.* olere: *francoprov.* ǫ́rgo, ẅiargo, huguo *etc.; prov. vet.* olegue, ooulgue, *prov. alp.* oulége, ougue, ǭgə, *prov.* alegue, oughes, *langued.* augué, êgou. (> *germ. vet.* atah, attuh, *germ.* attich). *cf. M.-L. 6039. Wartburg VII 324 sq. G.*] *i. q. sambucus; explicatur per* ebulum (*semper in* GLOSS.), acte, chamaeacte: MARCELL. med. 7, 13 herba, quae graece a., latine e., gallice -os dicitur. GLOSS. III 548, 31 e. vel camoacris (*i. ch. ut* 585, 11 e. vel camoactus).

ōdoe (*ᾠδοί*): cantores graece GLOSS. V 125, 22.

odontagōgum, -ī *n.*, *ὀδονταγωγόν*. *i. q. dentiducum*: CAEL. AVR. chron. 2, 4, 84 plumbeum ... -um, quod nos dentiducum dicere poterimus.

odontatyrannus *v.* odontotyrannus.

odontītis, -idis *f.*, *ὀδοντῖτις*. *nomen herbae parum notae* (*conferunt c. euphrasia odontites L., odontites rubra Gilib.*): PLIN. nat. 1, 27, 84. 27, 108 -is inter feni genera est (*seq. descriptio*) ...: dentium dolori medetur, ita ut contineatur ore.

odontolycīus, (-a, -um), **ὀδοντολύκειος*. *de lapide quodam*: DAMIG. lapid. 18 lapis -us: -i (*sic utrobique Abel,* odonte- *trad.*) id est lupi dentes, prosperi sunt et utiles militibus et venatoribus *eqs.*

odontotyrannus, -ī *m.*, *ὀδοντοτύραννος* (*ad originem cf. Goossens, Byzantion 4, 1929, 29 sqq.*). *nomen bestiae* (*genus rhinocerotis ut vid., cf. Kroll, RE XVII 2, 1899 sq.*): IVL. VAL. 3, 20 regnum ... tenere in ... bestias dicitur; nomine autem -um vocant; haec bestia facie elephantus quidem est, sed magnitudine etiam huius animantis longe provecta. *ibid.* saucius -us (*gr. non nisi versione Armeniaca*). EPIST. Alex. l. 177 H. novi generis bestia maior elephanto ... tribus in fronte armata cornibus, quam Indi appellare -um (*var. ll.* odontyr-, odontat- *vel* hodontat- *vel* edontat-, odantemt-, dentem tyrannum *vel* tyranni, *praeterea* odonta *vel* dentem; dentit- *coni. Boer*) soliti sunt equo simile caput gerentem atri coloris.

[odopetam (odepotam, otopetam) *pro* oclopetam *in var. l.* PETRON. 35, 4.] *Teßmer.*

***odor** (-ōs), -ōris *m.* [*od-es- od-os- *subest vocibus graecis εὐ-ώδης, δυσ-ώδης sim. a radice formatis, quae exstat in gr. ὄζω ὄδωδα, lituan.* úodžiu; *cf.* olēre. *Sch.*] *de orig.*: PRISC. gramm. II 36, 20 (d *pro* ζ) -r ... *ἀπὸ τοῦ ὄζειν. cf. l. 38.* *de script. et formis*: hod-: INSCR. christ. Diehl 2393 *et saepius in codicibus.* ol-: VARRO ling. 6, 83 littera commutata dicitur -r olor, hinc olet et odorari *eqs. forma fortasse ficta, vix probanda* PLAVT. Pseud. 841 (*Postgate, IF 26, 1909, 115 sq.*). FIRM. err. 22, 4 (quod olore *vel* odore *Bursian pro* quo dolore). GLOSS.L II Philox. OL 9 olor: *κύκνος. πνοή, ὀσμή* (*excidit lemma alterum*). *cf. l. 41.* *nom. sg.* -os: PRISC. gramm. II 31, 19 '-s' pro '-r'. GLOSS. V 89, 8 -s: -r ut colos et arbos et labos (125, 25). *exstat* PLAVT. Capt. 815 (*testatur* PRISC. *l. c.*). Curc. 105 Pseud. 841. 842 (*A*, -r *P*). *item* PRVD. cath. 12, 70 *cod. A s. VI* (-r *cett. ut saepe ap. eundem*). *abl. sg.* odere (*cf.* 1. odoratus, odoror): INSCR. RevA. VI 12 (1938) p. 314 n. 8 *et varia lectione* PLIN. nat. 15, 85 MART. 9, 62, 4. *al.* *de genere*: EXC. Bob. gramm. I 552, 15 85 (*inter nomina apud Romanos masculina, apud Graecos feminina*) -r *ὀδμή*. DVB. NOM. gramm. V 585, 4. *exstat fem.* GREG. TVR. Franc. 7, 1 p. 326, 3 -r suavitatis, quam ... hauseram (*attractione quadam ad* suav. *facta*). VEN. FORT. vita Radeg. 36, 83 coniunctam religioni ... -em saeculi. *de notione*: PLIN. nat. 9, 18 -em ... non aliud quam infectum aëra intellegi possit (*cf.* ISID. orig. 4, 12, 1 -r vocatus ab aere. 17, 8, 1 quid est -r nisi aer contactus?). GLOSS. *βρόμος, ὀδμή* (*vel ὀσ-*). *ὀσμὴ καλή. ὄσφρησις. εὐωδία.* -es: *ἀρώματα.* *legitur inde a* PLAVTO, CATONE. [*confund. c.* olor 'cycnus': SER. SAMM. 757 (*em. recc.*). *dub.*: RVRIC. epist. 1, 17 p. 370, 7 ('caldor?' *anon. in schedis*).]

I *i. q. ὀσμή* (*in utramque partem, v.* SERV. Aen. 11, 458 '-r' et bonus et malus vocatur): **A** *exempla notionem illustrantia*: **1** *vi originaria respicitur qualitas olendi*: **a** *proprie*: **α** *usu vario*: PLAVT. Capt. 808 *pistores* alunt furfuribus sues, quarum -e praeterire nemo pistrinum potest. 815 pisces foetidos ..., quorum -s subbasilicanos omnes abigit in forum. Curc. 81 de -e adesse me scit (*cf.* Men. 163 de -e possis, si quid forte olfeceris, facere coniecturam. Mil. 1256 -e nasum sentiat, si intus sit [SEN. Thy. 500 suem. *al. cf.* VEG. mil. 4, 26 praesentiant]). Pseud. 841 omnes *patinas* aperio: is -s dimissis manibus in caelum volat ... dimissis pedibus volui dicere; eum -em cenat Iuppiter (pedibus ... manibus *P in ioco vix perspicuo, cf. l. 23*). *al.* CATO agr. 110. 113. TITIN. com. 183 Tarentinorum hortorum -es qui geris. LVCIL. 798. CIC. Verr. II 4, 53 eius modi hominum furta -e aut ... vestigio persequebantur (*inde in imagine* SYMM. epist. 7, 18, 3 -e atque vestigiis scripta nostra venaris. *cf.* PLIN. nat. 8, 66 -e vestigans). Cael. 42 qui aspernetur oculis pulchritudinem rerum, non -e ullo, non tactu, non sapore capiatur, excludat auribus omnem suavitatem (*cf.* ac. 2, 19 in vocibus, in -e, in sapore. Tusc. 1, 46 colorem, saporem, calorem, -em, sonum. LVCR. 2, 681 et color et sapor una ... cum -e. *sim. saepe*). Cato 59 suavitatem -um, qui adflarentur ex floribus (*cf. p. 469, 10. 20. 48. 55 et* PROP. 2, 29, 17 adflabunt tibi ... -es. STAT. Theb. 2, 86 si ... adflavit ... -r). *al.* CATVLL. 64, 87 suaves expirans ... -es lectulus (*v. vol. V 2, 1903, 66 sqq. cf.* VERG. Aen. 1, 403 spiravere [COLVM. 1, 6, 11. *al. intrans. p. 470, 53. 57 et* AVSON. 346, 5 p. 165 P. florum spirat -r]. CARM. de resurr. 230 adspirat). 64, 284 permulsa domus ... -e. 68, 144 fragrantem ... -e domum (ZENO 1, 5, 2 [2, 7, 3 L.]. QVEROL. p. 48, 15. *al. cf. p. 470, 54 et* VAL. FL. 4, 493 fragrat ... -r [HIL. trin. 2, 35. PRVD. cath. 3, 22 aromate. *al.*]. AMBR. virginit. 11, 62 -em fragrat [*al.*]). 71, 6 illam affligit -e *alarum*. LVCR. 1, 298 sentimus -es (CELS. 2, 12, 2B. *al. cf.* LVCR. 4, 682 praesentit). 2, 417 ara ... exhalat ... -es. *al.* VARRO AT. carm. frg. 22, 6 bos ... naribus aerium ... decerpsit -em. VARIVS carm. frg. 4, 4 *canis* aethera per nitidum tenues sectatur -es (SIL. 10, 81). VARRO rust. 1, 4, 4 -e, quem ... eructat *fundus. al.* CAES. civ. 3, 49, 2 BELL. Afr. 72, 4 SALL. Catil. 55, 4 Iug. 44, 4. VERG. georg. 3, 251 si ... notas -r *equarum* attulit auras (SERV.: hypallage est pro 'si aurae -em adportaverint notum'. *cf.* CLAVD. 10, 296 sonipes, quem primus amoris sollicitavit -r). *et passim.* **β** *facete dicta*: HOR. epist. 1, 2, 69 quo semel est inbuta recens servabit -em testa diu. IVV. 14, 204 lucri bonus est -r ex re qualibet (*spectat ad urinam vectigalem, v.* SVET. Vesp. 23, 3). ITALA

[Paschoud-Ehlers]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

exod. 5, 21 (Lugd. *al.*, *cf.* Vvlg.) inodiastis -em nostrum in conspectu Pharaonis.

b *tropice* (*cf. 468, 53. 83*): **α** *usu profano*: Cic. Verr. II 5, 160 quasi luce libertatis et -e aliquo legum recreatus (*inde* Mart. Cap. 5, 512. *cf. infra l. 40*). Cluent. 73 qui quodam -e suspicionis Staienum corruptum esse sensisset. de orat. 3, 161 '-r' urbanitatis. Att. 4, 18, 3 est non nullus -r dictaturae. Qverol. p. 24, 1 R. aula quaedam hic iacet, cuius -em mihi ... ventus detulit. Sidon. epist. 4, 22, 5 se ... dictioni (*sc. historiae*) color -rque satiricus admiscet. Phoc. gramm. V 411, 4 *adulescentes* -e voluptatum ... adflatos.

β *in script. sacr. et ap. eccl.*: Ⓘ *spiritualiter*: Itala II Cor. 2, 14 (cod. d *al.* = Vvlg.) *deus* -em notitiae suae manifestat per nos ..., (15) quia Christi bonus -r sumus deo in his, qui salvi fiunt, et in his, qui pereunt, (16) aliis quidem -r mortis in mortem, aliis autem -r vitae in vitam (*gr. ὀσμήν ... εὐωδία ... ὀσμή bis*). *in sermone fere inde pendente necnon ad locutionem* '-r suavitatis' (*p. 470, 74*) *vel alios locos script. sacr. alludente* (*exempla selecta*): Tert. mart. 2, 4 vos -r estis suavitatis. adv. Val. 14 p. 193, 6 -r incorruptibilitatis (*Iren. 1, 4, 1* [*1, 1, 7 H.*] odorationem). Lact. inst. 2, 3, 17 -r quidam sapientiae (7, 1, 11 unde eos -r ille s. ... adflaverit. *cf.* Rvfin. Orig. in cant. 2 p. 166, 17 [*ad Ioh. 12, 3*] -r doctrinae, qui procedit de Christo. 3 p. 177, 22 -is scientiae Christi plenos. Orig. in lev. 9, 9 p. 437, 14 suavem -em intelligentiae). 6, 12, 26 quasi -e quodam veritatis retenti. 6, 22, 1 virtutis (Ven. Fort. vita Albin. 7, 20. Greg. M. in Ezech. 1, 11, 7 *opp.* fetores vitiorum. *subest psalm. 37, 6, quo respiciunt* Hier. hom. Orig. in cant. 1, 2 p. 30, 17 [*ad* 4, 10 -r unguentorum tuorum] peccatum -is est putridi, virtus spirat 'unguenta'. Rvfin. Orig. in gen. 11, 2 p. 102, 15 -r peccati ... -r iustitiae). Gavdent. serm. 9, 31 G. -em notitiae eius *dei* ... trahimus ([*affertur* cant. 4, 10]. Pavl. Nol. epist. 26, 1 appropinquare tibi ... per -em bonum n. tuae. Ps. Avg. serm. ed. Mai 54, 1 Ferrand. epist. 12). Ambr. obit. Valent. 56 non ... floribus tumulum eius aspergam, sed spiritum eius Christi -e perfundam (*cf.* Hier. epist. 54, 17, 1 spiritus sancti -e perfusa *Debbora*. Pavl. Nol. epist. 33, 1 *deus* -em gratiae in te suae ... manifestavit mihi). in psalm. 118 serm. 5, 35, 2 in sacrificiis -r suavis ecclesiae est, in quibus est boni -is hostia remissio peccatorum. spir. 2, 5, 38 bonum -em fidei. Pelag. epist. ad Demetr. 14 famae tuae -e suspensi (*cf.* Serm. corp. Vind. 21 p. 333, 27 -e amoenissimae suavitatis ... fulgebat *fama*). Rvfin. hist. 1, 2, 23 lex cum ... -is sui fraglantia mare ac terras ... conplesset (*gr. πνοῆς δίκην εὐώδους*). Prvd. psych. 787 *Christus* puro oblectatur -e *pacis tamquam hostiae*. Avg. c. Pelag. 4, 8, 24 p. 549, 3 antequam terras nostras vel tenuissimus -r Manicheae pestilentiae tetigisset. Chromat. in Matth. 4, 2, 2 -em malae conversationis (Hil. Arel. vita Honorat. 10 l. 17 bonae). Cassian. inst. 4, 25 oboedientiae ... suavis -r. Ennod. epist. 9, 25, 1 p. 247, 7 bonus opinionis vestrae ad nos -r emanavit (opusc. 3, 33 p. 339, 4 ipsum ... ne -r quidem huius o. afflaverat. Greg. M. in Ezech. 1, 6, 4 bonae). Greg. Tvr. Iul. 1 p. 564, 1 martyrii -e flagrabat. *al.*

Ⓘⓘ *hyperbolice* -r ignis (*pro levi tactu*): Vvlg. iud. 15, 14 solent ad -em i. lina (*var. l.* ligna) consumi (*Itala Aug. loc. hept. 7, 54* stuppa cum olefecerit ignem, *gr. rec. A ὀσφρανθῇ πυρός*). 16, 9 *filum* cum -em i. acceperit (*Itala Lugd.* odoraverit, *gr. ut supra*). Dan. 3, 94 quoniam ... -r i. transisset per eos (*huc spectat* Cassian. conl. 12, 11, 5 ut nec capillos eorum ... -r i. adflaret).

2 *metonymice respicitur materia odorata* (*cf.* odoramentum): **a** *de herbis* (*plur. vel sing. collect. praeter l. 64. p. 470, 10; tus potius distingui quam adnumerari solet*): **α** *fumi causa incensis*: Plavt. Men. 353 incendite -es (Cic. Verr. II 4, 77 coronis et floribus, ture, -bus incensis. Tusc. 3, 43. 5, 62. Verg. georg. 4, 264 galbaneos. *al. cf.* Tib. 2, 2, 3 urantur [Plin. nat. 13, 100 *seq.* odoramenta]. Ov. met. 8, 740 adoleret [*var. l.* honores]. Tac. ann. 3, 2, 2 cremabant. Ser. Samm. 856 accensis [Paneg. 10, 6, 4]. Arnob. nat. 7, 12 thus pauper exiguum et -is alicuius unam concremet glebulam). Mil. 412 ut Arabico fumificem -e (*cf.* Hor. carm. 3, 18, 8 ara multo fumat -e). Poen. 1179 Arabus (aras tus *Leo*), murrinus, omnis -r complebat. Cic. Verr. II 5, 146 proferebant ... tus alii atque -es. nat. deor. 1, 112 quos -es adhibebis ad deos ...? Lvcr. 4, 1175 miseram taetris se suffit -bus *puella*. Tib. 1, 3, 7 soror, Assyrios cineri quae dedat -es. Val. Max. 5, 1, 10 caput ... -bus cremandum. Sen. Herc. f. 910 Arabes ... -is quicquid arboribus legunt, conferte in aras (*cf.* Ivvenc. 1, 10 *cum* aris ... inferret -es Zacharias [*Luc. 1, 10* incensi, *gr. θυμιάματος*]). Cvrt. 5, 1, 20 *altaria* non ture modo, sed omnibus -bus cumulaverat (Tac. Germ. 27, 1 struem rogi). Mela 3, 83 *Phoenix* super exaggeratam variis -bus struem ... incubat. *al.* **β** *in univ.*: Lvcr. 2, 852 mixtos ... -es concoctosque (*cf.* Sen. epist. 90, 19 *officinae* -es coquentium. Pompon. dig. 41, 1, 27, 1 coctis -bus unguenta facimus). Sall. hist. frg. 4, 72 amomum et alii leves -es gignuntur (Plin. nat. 21, 2 flores ... -esque ... gignit *natura rerum*. *cf.* Mela 3, 80 silva, quae hebenum -esque generat). Verg. georg. 1, 56 croceos ... Tmolus -es ... mittit (*cf.* Colvm. 3, 8, 4 Tmolon ... flore croceo, Iudaeam ... pretiosis -bus illustrem haberi). Hor. epist. 2, 1, 269 vicum vendentem tus et -es (*cf.* Sen. epist. 73, 5 -es ... portabat *mercator*). Prop. 3, 13, 8 multi pastor -is Arabs (*cf.* Manil. 4, 655 *Arabiam* ferentem delicias variaeque radicis -es. Cvrt. 5, 1, 11 Arabia, -um fertilitate nobilis regio. *sim. al.*). Cels. 4, 27, 1E potiones ... ex -bus ..., id est spica nardi, croco *eqs.* (5, 17, 2A [floribus *J*]. 6, 6, 22. Scrib. Larg. 93 pastillus). Colvm. 12, 19, 4 -es adiciat *musto* (*cf.* 12, 20, 2 -es ... vino ... apti sunt ...: iris *eqs.* 12, 20, 5. Plin. nat. 31, 87 *sal* conditur ... -bus additis). Plin. nat. 1, 21, 18 (*cf. 21, 35* odoramentorum). 13, 19 siccis -bus constant, quae diapasmata vocantur. 21, 116 florum -umque generi est magnus usus in medicina. *al.* *de herbis singulis*: Itala cant. 7, 12 (Epiphan. in cant. p. 84) floruit -r suavis (*gr. 13 κυπρισμός, Vulg.* flores). Symph. 156 dulcis -r nemoris *tus*.

b *de medicaminibus, quae ex herbis odoratis conficiuntur*: Plavt. Pseud. 1265 *inter amantes* unguenta atque -es, lemniscos, corollas dari dapsiles. Verg. georg. 4, 415 liquidum ambrosiae defundit -em (Hor. carm. 1, 5, 2 puer ... perfusus l. ... -bus. Prvd. cath. 10, 172 saxa l. spargemus -e). Hor. epod. 17, 23 tuis capillus albus est -bus. Ov. met. 2, 626 ingratos in pectora *Coronidis mortuae* fudit -es *Phoebus*. 4, 253 corpus *Leucothoes* ... terram ... suo madefecit -e (*250* nectare odorato). 14, 605 lustratum genetrix divino corpus *Aeneae* -e unxit et ambrosia cum dulci nectare mixta contigit os. Sen. Phaedr. 393 -e crinis sparsus Assyrio vacet. Cvrt. 8, 9, 27 -bus inlinuntur pedes. 10, 10, 13 repletum ... est -bus ... solium. Tac. ann. 16, 6, 2 corpus *Poppaeae* ... -bus conditur. *al.*

B *iuncturae*: **1** *epitheta*: Cato agr. 110 -r deterior ... -em malum (*v. vol. VIII 215, 68 sqq.*). Cic. Verr. II 3, 23 -r Aproni taeterrimus oris et corporis (Lvcr. 3, 581. *al.* Caes. civ. 3, 49, 2 Verg. Aen. 3, 228 Val. Max. 1, 6, 5. *et passim*). *ibid.* suavis (Catvll. 64, 87 Verg. ecl. 2, 55 Plin. nat. 21, 35. *al. cf.* insuavis *vol. VII 1, 2026, 4*). *ibid.* iucundus (*v. vol. VII 2, 593, 57 sqq.*). Lvcr. 4, 123 acrem (*v. vol. I 360, 35 sqq.*). Sall. hist. frg. 4, 72 leves. Varivs carm. frg. 4, 4 tenues. Verg. georg. 4, 49 gravis (*v. vol. VI 2, 2297, 3 sqq.*). Aen. 12, 591 volvitur ater -r tectis (Serv.: -r atrae rei, fumi scilicet). Prop. 2, 33, 30 amarus. Liv. 25, 26, 11 pestifero (Porph. Hor. carm. 3, 18 praef. Oros. hist. 5, 11, 3. *cf.* Colvm. 8, 5, 18 pestilens). 38, 7, 13 foedo (*v. vol. VI 1, 999, 4 sqq. cf.* foetidus Non. p. 460, 26 Veg. mulom. 1, 17, 3). Gratt. 80 dirus (*v. vol. V 1, 1272, 61 sqq.*). Vitr. 8, 3, 2 non bono (*seq.* corrupto. *v. vol. II 2089, 46 sqq., ubi addas etiam* Cels. 2, 31 Scrib. Larg. 270 Plin. nat. 14, 84. *al.*). Cels. 5, 28, 3B intolerabilis. Sen. Thy. 500 lento. Scrib. Larg. 163 virosi. Plin. nat. 12, 34 praecipui (21, 69. *al. cf.* 12, 105 praestanti [15, 37. *al.*]). 12, 50 parvi. 12, 78 peregrinos (Sol. 46, 1 Sidon. epist. 2, 13, 7). 12, 97 longissimi (*M*, moll- *cett.*). 15, 18 argutior ... brevis. 19, 101 lacrimosus *cepae*. 20, 182 excitatissimi. 21, 14 angusti. 25, 97 medicatus (*v. vol. VIII 546, 49. cf.* Ser. Samm. 920 medicos). *ibid.* gratior (31, 68 Clavd. 10, 240. *cf.* Plin. nat. 31, 90 ingrato). 27, 64 asperi (32, 86 *opp.* lenius -e). *al.* Val. Fl. 4, 493 acerbus. Stat. Theb. 2, 86 Iacchi saevus -r. Mart. 12, 32, 16 impudicus. Ambr. Tob. 5, 17 sagaci (Drac. laud. dei 1, 723 dux -r atque s.). *al.*

olens *sim.*: Plin. nat. 12, 76 ferus et quodammodo solitudinem redolens (*cf.* Itala Ezech. 16, 19 [Aug. bapt. 3, 19, 27] bene olentem [*gr. ὀσμὴν εὐωδίας*, cod. 176 suavem fraglantem, Vvlg. suavitatis]. Clavd. Don. Aen. 6, 200 p. 536, 21 ['grave olentis Averni'] grave olentem). Sil. 7, 469 spirantem (Prvd. ham. 857). Itala Ezech. 20, 28 (Weing. *al., v. sub 4 et cf. supra*) fragrantem (Prvd. apoth. 395 cath. 12, 70). *nom. propr.*: Plavt. gil. 412 Arabico (*v. vol. II 391, 18 sq.*). Catvll. 68, 144 Assyrio (Tib. 1, 3, 7 Sen. Phaedr. 393). Lvcr. 2, 417 Panchaeos (Apvl. mund. 35 civitatem ... spirantem P. -bus, *ubi gr. θυμιαμάτων tantum*). Colvm. 10, 262 Sabaeum. Lvcan. 8, 731 Eoos. Sil. 15, 23 Achaemenium. Spart. Ael. 5, 7 Persicis.

2 *forma* '-e suavis': Lvcil. 798 aspectu ... spurca et -e. Varro ling. 5, 25 *locus Puteolorum* putidus -bus. Sall. Catil. 55, 4 -e foeda atque terribilis ... facies *carceris* (Sen. rem. fort. 5, 4 corpora et visu f. et -e). Plin. nat. 9, 92 diri. 12, 108 praestantes (*al.*). 13, 54 iucundus (27, 29. Ps. Apvl. herb. 81 l. 16 [*Diosc. 3, 52, 1 εὐώδης*]). 14, 123 gravior (21, 58. *al.* Ps. Apvl. herb. 95 l. 16 [*Diosc. 3, 78, 2 βαρύοσμος*]). 16, 60 gratiorem (24, 59. *cf.* 25, 157 non ingratas). *al.* **3** *forma* '-is suavitas': Cic. Cato 59 suavitatem -um (Plin. nat. 12, 43. *al. cf.* Gloss. II 247, 6 *ἄρωμα*: odoramentum, s. -is [*desideratur* -r suavitatis]). nat. deor. 2, 127 foeditate (*v. vol. VI 1, 996, 72 sqq.*). Scrib. Larg. 40 gravitatem (*v. vol. VI 2, 2309, 35 sq.*). Plin. nat. 2, 197 taedio (*al.*). 12, 119 ignavia. 13, 59 vehementia. 28, 31 virus (28, 79 -is *del. Gelen.*). 31, 60 vastitate. Rvfin. hist. 1, 2, 23 fraglantia (Serm. RevBén. 72, 1962 p. 261, 59). **4** *forma* '-r suavitatis' *i. suavis* (*per hebraismum pro gr. ὀσμὴ εὐωδίας in significando sacrificio; aliter* -r mirae s. *sim.* Plin. nat. 6, 198. 37, 185): Itala gen. 8, 21 (Lucius Cypr. epist. 78, 3. *al.* = Vvlg.) suavitatis ([Hier. in Ezech. 6, 13. *al.* bonae fragrantiae]. 29, 25 [Lugd.; Vvlg. suavissimum]. *saepius in script. sacr. et inde ap. ecclesiasticos. iuxta gen. rei olentis*: Firm. math. 5, 5, 6 aromatum -r s. [suavis *Skutsch*]. Itin. Anton. Plac. rec. A 36 quorum *radicum* -r s. [suavissimus rec. B]). lev. 1, 9 (Lugd.) suaviolentiae (Vvlg. suavem). Ezech. 20, 28 (Hier. *in l., cf. supra*) fragrantiae (Weing. *al.* fragrantem, Vvlg. suavitatis). **5** -r nocendi *i. nocens*: Greg. Tvr. Franc. 10, 16 p. 506, 5.

[Paschoud-Ehlers]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ClPh. 4, 1909, 193 Inscr. RevA. VI 34, 1949 p. 206 n. 130. *notatur* of CIL XIII 10036, 14, off CIL VI 8463a. XV 7326, 2 (*a. 196*), offic CIL VI 8463b XV 7321. Gloss. -r: *ἐργαστηριάρχης*. -es: *ἐργαστηριάρχαι*.

i. qui officinae praeest: Apvl. met. 9, 6, 1 licet forensi negotio -r noster attentus fèrias nobis fecerit. CIL V 2885, 4 C. Sepulli -i⟨s⟩. VI 43, 3 (*a. 115*) -es monetae aurariae argentariae (8463 *bis*). 298, 3 -es et nummularii. 1145, 11 proc⟨uratore⟩ ... m⟨onetae⟩ ... cum p⟨rae⟩p⟨ositis⟩ et -bus. 2270, 2 (*a. 199*) -r a statuis. 33893, 2 -r insule Vitaliane. XIII 10036, 14 (*s. IV; signum in argento pusulato*). XIV 5308, 27 XV 1697. 7321, 2 (*sub Marc. Aur.?*). 7326, 2 (*a. 196*). Inscr. ClPh. 4, 1909, 193. Inscr. RevA. VI 34, 1949, 206 n. 130 -es com suis colegis.

f. **officīnātrix,** -īcis. *scribitur addito apice* -nát-. *i. quae officinae praeest*: CIL VI 9715, 2 Iunia ... -x.

officio, -ēcī, -ectum, -ere. *ab* ob *et* facere (*cf.* Char. gramm. p. 480, 26 B. Prisc. gramm. II 377, 13). *hic illic scribitur* obf-. *pass. praes.* -i (obfieri *var. l. vix probab.* Pelag. in I Cor. 8, 11); *part. perf.* -ctus *non nisi* Lvcr. 4, 763. 5, 776. Gloss. *v. sub II A 1.* Not. Tir. 22, 40[k] -it. 22, 52[a] -ecit. *de notione et differentiis* (*v. etiam sub II A 1*): Non. p. 147, 26 -ere obesse (*affert* Cic. off. 3, 66). Char. gramm. p. 480, 26 B. -o *βλάπτω*. Synon. Cic. p. 435, 22 nocet. laedit. obest ... obstat. -it. p. 436, 7 obstans. obpositum. -ens. obsistens (*sim.* p. 437, 19). Isid. diff. 1, 311 inter inficere et -ere: inficere est colorem mutare, -ere est alicui nocere (1, 405 alicui velle nocere. Diff. ed. Beck p. 64, 20). 1, 404 inter obesse et -ere: qui obest, nocet; qui -it, vult nocere (Diff. ed. Beck p. 73, 3). Gloss. -o: *βλάπτω. ἀντικοτῶ. ἀντιπράττω*. noceo. -it: *ἐναντιοῦται. ἀντισκοτεῖ. καθήκει* (*cf.* officium: *καθῆκον*), *περιποιεῖται* (*cf.* officina: *περιποίησις*). impedit. -ere: *ἀντικεῖσθαι*. -ens: repugnans, obstinatum. *al.* Gloss.[L] I Ansil. of 10 (= 72) -ecit (-it): infecit, obest. 53 -ens: contrarius (*cf.* 54 repugnans aut inimicum, infestum. III Abstr. of 2 -it: inficit aut obest. 3 -ere: tinguere aut nocere. *legitur in poesi apud* Cic. Arat., Lvcr., Verg. georg., Hor. sat., Germ., Sil., Ter. Mavr., Prvd., *in prosa oratione inde a* Cic., Varrone, Bell. Afr., Sall., Liv. [*confunditur in codd. c.* efficere *e. g.* Cic. Arat. 344 Bell. Afr. 52, 4 (-ere *e coni. dub.* Lvcr. 1, 977; *e corr. scribae* Manil. 3, 345, *ubi* effugiunt *Bentley*), sufficere Pelag. in I Cor. 8, 11. *al.*, offerre Vlp. dig. 8, 5, 15.]

I *intransitive i. q. obesse, obstare sim.* (*accedit dat. passim*, ab Varro rust. 1, 7, 2, ad Sen. nat. 4, 11, 3 Vlp. dig. 8, 2, 15 Avr. Vict. Caes. 20, 3, *enunt. c.* quominus Lvcr. 2, 784 Plin. epist. 6, 29, 6 Arnob. nat. 2, 11, *c.* ne Hyg. astr. 4, 13): **A** *proprie*: **1** *obscurando, obumbrando sim.* (*sc. obstando luci vel visui*): Cic. Arat. 344 sin ... -ens signis mons obstruet (*cf. gr. 564 κεκρυμμέναι*). progn. frg. 1, 1 cum luna ... Hyperionis -it orbi (*gr. 864 σκιάῃσι. cf.* nat. deor. 2, 49 umbra terrae -ens soli [Varro rust. 1, 24, 3 *de arboribus. similiter*: 1, 7, 2 minus -it aliud *vinum et frumentum* alii ab sole ac luna et vento]). Tusc. 5, 92 -erat ... apricanti *Diogeni Alexander*. div. 1, 93 contemplationi caeli (*cf.* Tac. ann. 1, 28, 2 visui). off. 3, 66 ea, quorum altitudo -ret auspiciis (Fest. p. 344. *cf.* Val. Max. 8, 2, 1 augurium capientibus). Lvcr. 4, 372 terra ... lumine privatur solis, quacumque meantes -imus. 5, 718 *corpus aliquod* occursans -ensque. 6, 449 montes (*sc. visui*). Hor. sat. 1, 2, 97 multae tibi ... -ent res ..., plurima, quae invideant pure adparere tibi rem. Vitr. 6, 6, 7 trabes. Pavl. Fest. p. 37 rami ... -entes lumini. Germ. 230 -at si luna (*sc. sideribus nimio splendore*). Cels. 7, 7, 4[A] ei *pupillae* ... -it *membrānula* (*cf.* 7, 7, 14[E] *suffusiones oculi*. Plin. nat. 20, 68 claritati oculorum. Hyg. astr. 4, 13 *Sol* magnitudine luminis -it oculis ..., ne ... perspiciamus [4, 14]). Tac. Agr. 12, 4 nubes. Apvl. met. 5, 13, 5 nil -unt mihi ... tenebrae; teneo te, meum lumen. *in iure praediorum agitur de luminibus obstruendis*: Cic. de orat. 1, 179 particulae caeli. Nerat. dig. 8, 3, 2 pr. praetorio vicini. Pompon. dig. 8, 2, 23 pr. luminibus (Gaivs dig. 8, 2, 2. Marcell. dig. 8, 2, 10 -ere l. et obscurare ... aedes. Vlp. dig. 8, 2, 11 pr. *al.*). Vlp. dig. 8, 2, 3 prospectui (*cf.* 8, 2, 15 ne quid ei -atur ad gratiorem prospectum). *al.* **2** *quolibet modo*: Lvcr. 1, 337 officium quod corporisexstat, -ere atque obstare (*cf. l. 81*). Bell. Afr. 61, 6 adversariorum ... excursionibus (*cf.* Sall. Iug. 52, 6 hostium itineri [Scaev. dig. 8, 2, 41, 1 neque luminibus ...neque i.]). Sall Iug. 58, 6 cum ... in angustiis ipsi sibi properantes -rent (*cf.* Avson. 436 p. 387, 8 P. invicem). or. Macri 8 num -ere quid vobis ... pergentibus possit. Mela 1, 45 *in pascendo armentis* pronis ... cornua -unt. Sil. 12, 109 nunc pelagus, nunc muri ... moles -it audenti defensantumque labores. Vlp. dig. 43, 27, 1, 2 arbor (*an ad 1 ?*). Veg. mil. 1, 22 mons.

B *translate* (*sublucente saepius imagine*): **1** *usu mere personali*: **a** *generatim*: Cic. inv. 1, 75 quae videbuntur -ere huic partitioni, propulsabimus. 1, 94 causae (Clavd. Don. Aen. 9, 480 p. 252, 19). S. Rosc. 6 quoniam ... ei pecuniae vita Sex. Rosci obstare atque -ere videatur. 112 meis commodis officio simulato -is et obstas (145 Clavd. Don. Aen. 1, 520 p. 105, 27). Lvcr. 2, 784 nil -unt obstantque figurae ..., quo ... minus *eqs.* (*item in arte geom.*: Sen. nat. 4, 11, 13 nihil illa intervalla -unt ad speciem rotundi). 5, 30 nobis. Sall. Catil. 27, 4 consiliis (Liv. 2, 30, 2). Iug. 85, 43 luxuria et ignavia. Verg. georg. 1, 69 frugibus herbae (Serv. auct.: noceant, obstent. *item in re rust.*: 1, 121 Pallad. 10, 1, 2). Hor. sat. 1, 2, 61 quidquid ... -it. Liv. 2, 2, 2 honos aliquid libertati (31, 29, 13). Sen. epist. 94, 18 -entem sibi moram. Tac. ann. 4, 34, 3 amicitiae. Apvl. Plat. 1, 8 adversantia et contraria naturae disciplīnaeque eius. Ter. Mavr. 1159 *duplex consonans* nil tempore duplo -et (*cf.* 1741 *spondeus in pentametris* non oberit primis, -et reliquis). *al.* *imagine obscurandi magis perspicua* (*sc. de animo, nomine sim.*): Cic. Rab. Post. 43 mentis quasi luminibus. Brut. 66 ut horum ... sententiis ... -it ..., ita Catonis luminibus obstruxit (*cf.* Qvint. inst. 12, 10, 46 invicem *lumina orationis*). Sall. Catil. 51, 2 haud facile animus verum providet, ubi illa -unt. 58, 2 animi auribus. Liv. praef. 3 nomini (*antea*: si ... fama in obscuro sit). 26, 40, 5 famae (Ps. Cypr. singul. cler. 34 p. 210, 19). 38, 58, 9 laudibus. Sen. dial. 9, 1, 15 familiariter ... domestica aspicimus et semper iudicio favor -it. 58, 36 animo. Tac. hist. 3, 53, 3 gloriae. ann. 6, 38, 3 *veritati* (*antea*: occultata). *al.*

b *speciatim*: *α in sermone iuris*: Liv. 34, 3, 5 quod cuique ... -et ius (*item c. dat. pers.*: Frg. de iure fisci 2 nihil ei -it inconsiderata diligentia. Pavl. dig. 2, 2, 2 magistratui. 10, 4, 12, 2. Cod. Theod. 4, 22, 1 [= Iust. 8, 5, 1] absenti. *al.*). Vlp. dig. 20, 2, 6 libertati ... pignus non -it (*item c. dat. rei: ibid.* manumissioni. 49, 15, 21 pr. statui. Cod. Theod. 4, 4 pr. [*cf.* Iust. 6, 23, 17] testatoris ... voluntati. *al.*). Mod. dig. 35, 1, 51 pr. ut quaedam ... -ant (*syn.* offutura, nocent. *item sine dat.*: Cod. Iust. 7, 38, 2 *a. 387*. 8, 50, 4, 1 *a. 290*). *β in re med.*: Svet. Nero 20, 1 cibis ... -entibus. Theod. Prisc. log. 3 incongrua bono tempore posse minus -ere (suf- *var. l.*) quam *eqs.* Cael. Avr. chron. 4, 3, 69 ne lignosa fiant et digestioni -ant *cocta*.

2 *quasi impersonaliter* -it *c. enunt. vel inf.*: Plin. epist. 6, 29, 6 nec ... Isocrati, quominus haberetur summus orator, -ecit, quod *eqs.* (Cod. Iust. 5, 51, 1 *a. 212*. Heges. 2, 15, 6). Cod. Iust. 7, 56, 3 (*a. 289*) si quid ... praeiudicii videatur oblatum. Ambr. epist. 51, 12 quod usurpasse multis -it (*item c. inf.*: Inst. Iust. 1, 4, 1).

II *transitive i. q. obducere, obstruere sim.* (*testatur* Prisc. gramm. II 401, 8): **A** *c. obi. eius, qui (quod) tegitur, impeditur sim.* (*obi. suppl.* Gloss.): **1** *proprie*: Lvcr. 2, 156 *corpuscula* inter se retrahuntur et extra -untur, uti cogantur tardius ire. 5, 776 quo ... modo possent -cto lumine obire *sol et luna* et neque opinantes tenebris obducere terras. Bell. Afr. 52, 4 nisi ... pulvis ... prospectum (prospectui *var. l.*) -isset (eff- *var. l.*). *pertinet ad artem tinguendi* (*cf.* inficere *et* offector; *v. Blümner, Technol. I² 228*): Gloss. III 130, 14 *βάπτω*: officio. V 123, 20 -ctus: infectus vel infusus. Gloss.[L] I Ansil. of 48 -it: inficit. *v. etiam p. 515, 32 sq.*

2 *translate*: Lvcr. 4, 763 -cti sensus ... quiescunt. Ps. Cypr singul. cler. 29 p. 206, 9 *caritas prava* noxia germanitate -it proximos (proximo *Hartel*). Avg. epist. 2 quod dum (quocum *trad.*) -o, commoneo te *eqs.*

B *c. obi. rei obiectae, iniectae* (*cave addas pron. neutr. pro adv.* quid, nil *sim., cf.* Vlp. *sub IA1*, Sall. *sub IA2*, Lvcr. *sub IB1a*): Lvcr. 5, 889 puerili aevo florenta ... iuventas -it (occipit *Marullus*) et molli vestit lanugine malas. Pavl. Fest. p. 112 offectores, qui proprio colori novum -unt (eff- *trad.*). Fvlg. myth. 2 praef. p. 35, 13 *scripta* aut nomen extollunt aut crimen -unt (eff- *var. l.*).

deriv.: offectio, offector, offectura, offectus (-ūs), 1. offex.

officiōnālis Not. Tir. 33, 67[b] (*post* officiosus, officialis). *si recte trad., ab* officium *sec.* officialis, *ut* obsidionalis *iuxta* obsidialis (*sed* officinalis *dubitanter Heraeus, ALL 12, 1902, 71*).

officior, -ārī (*et -ficī ?*). [*ab* officium *sicut* auxiliari: auxilium *sim. Sch.*] *i. q. officio fungi, famulari sim.*: Itala III reg. 1, 4 (cod. 93) puella ... dormiebat ... cum rege et -ebatur ei (*forma suspicionem movet; gr. ἐλειτούργει, Vulg.* ministrabat). IV reg. 23, 7 (Lucif. non parc. 7 p. 223, 33) mulieres -abantur ... ad stolas (*gr. ὕφαινον, Vulg.* texebant). Romvl. fab. 59, 17 rec. gall. (*contextu parum sano*) miles potuit -ari mulieri, mulier non erubuit de officio suo (*rec. vet.* miles opportune fecit de officio suo).

officiōsitās, -ātis *f. ab* officiosus. Gloss.[L] III Abstr. se 12 sedulitas: blanda -s. *i. q. habitus vel actus officiosi*: **1** *vario usu*: Tract. in Luc. 5, 3 Migne suppl. 1, 338 doctrina paterna (*sc. dei*) ... et -s fili. Rvfin. hist. 6, 11, 2 quem *episcopum* loci incolae ... cum omni amore et -e suscipiunt (*gr. φιλοφρονέστατα ... ὑπολαβόντες*). Ps. Avg. serm. ed. Mai 176 nulla parienti matri *Christi* ex humanitatis -e solatia. Salv. eccl. 3, 72 non solum diviti largitati, sed etiam pauperculae -i. gub. 8, 12 secundi loci -s honori illius proficit, cui principalia deferuntur. Sidon. carm. 23, 479 seu nos ... tenebat ... -s Marini, cuius sedulitas sodalitasque ... mihi ... sunt colendae. Cassiod. compl. in Ephes. 5, 22 filios ... admonet et parentes, ut mutua sibi -e socientur. var. 8, 17, 1 illi paruit, illi multa -e servivit. Mart. Brac. form. vit. 4, 15 in reddenda -e neque negligens neque exactor appareas. **2** *in epistulis de salutatione*: Epist. pontif. 591 Schwartz p. 63, 17 decebat ... clementiae tuae litterarum munus offerri, quod ... -is meae primitias exhiberet. 601 Schwartz p. 81, 9 -e praemissa. Conc. Carth. a. 525 Mansi 8, 652[A] -is meae paginam. Cassiod. var. 11, 2, 2 salutans -e, qua

[Oomes]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

dignum est. Conc. Paris. a. 573 p. 150, 17 -is et reverentiae cultu. Mart. Brac. trin. mers. 1 apostolatui vestro litterariae -is obsequium reddens.

⁂officiōsus, -a, -um. *ab* officium. *de orig.*: Pavl. Fest. p. 192 ab efficiendo (*v. s. v.* officium). Gell. 4, 9, 12 (*sec. Nigidium*) cur 'ingeniosus' et ... '-us' ..., quae pariter ab ingenio et ... officio inclinata sunt ..., numquam in culpam, sed in laudem dicuntur? *scribitur* ofi- CE 1186, 17. Inscr. ÖJh. 6, 1903 Beibl. p. 47 (*s. IV*). *compar. et superl. inde a* Cic., *cf.* summe -us Cic. Verr. II 1, 63. Not. Tir. 33, 67. *de notione* (*cf.* Gell. *supra et* Schol. *ad* Cic. S. Rosc.): Pavl. Fest. p. 143 munem significare ... -um. Gloss. -us: *ὑπηρετικός. καθήκων.* *legitur in prosa oratione inde a* Cic., Q. Cic., Bell. Alex., Fest., Sen. *utroque*, Petron., Plin. *utroque; in poesi apud* Pvblil., Hor. (sat., epist.), Ov., Mart., Avson. *et in* CE, Anth. [*falso trad.* Cic. inv. 1, 35.]

i. q. officia praestans, officiis conveniens sim.: **I** *sine determinatione*: **A** *de eis, qui (quae) secundum officium agunt*: **1** *de animantibus*: **a** *ipsis* (*opp.* molestus Mart. 12 praef. 1 Hier. epist. 49, 1; *pro subst.* Cic. Att. 13, 45, 3 Pvblil. B 25. *al.*): **α** *variis*: Cic. S. Rosc. 2 audacissimus ego ... ? ... an tanto -ior quam ceteri? (*cf.* Schol. Cic. Gron. D p. 302, 18 -iores proprie dicuntur, qui volunt ad suum officium pertinere, ut rapiant causas defendendas). Q. Rosc. 18 purior, pudentior, humanior, -ior liberaliorque. Mur. 9 quam *causam* nec industrius ⟨quis⟩quam nec misericors nec -us deserere possit. 69 illa -issima ... natio candidatorum (Pis. 55). Att. 13, 45, 3 nec diligentiorem nec -iorem. fam. 11, 22, 2 hominem ... summo ingenio, summa virtute, -issimum ... et gratissimum (13, 21, 2 pudentem et -um. 14, 1, 3. 14, 2, 2 Mart. 10, 88, 2. *al. cf.* Q. Cic. pet. 22 genus hominum ... diligentius atque -ius). 13, 1, 2 vir bonus et suavis et -us (13, 29, 8 gratissimum, -issimum, optimum). 13, 56, 1 ab amico -issimo. Pvblil. B 25 bonorum crimen est -us miser. Hor. sat. 2, 5, 48 adrepe -us, ut ... scribare ... heres. Ov. Pont. 1, 1, 20 Musa ... ad invitos -a venit (*cf.* Avson. 159, 5 p. 29 P. Nenia). 3, 6, 56 non ultra, quam vis, -us ero. Sen. contr. 2, 7, 3 salutatorem. *al.* *pressius de impudicis*: Sen. contr. 4 praef. 10 impudici et obsceni aliquamdiu -i vocitati sunt. *de ave gratulante*: Macr. Sat. 2, 4, 29 miratus Caesar -am avem. **β** *de servis, ministris*: Sen. epist. 120, 21 ne quis sit -ior servus. Petron. 74, 12 puer ... -us urceolum ... admovit. 92, 11 ab -o ⟨capsario⟩ (*add. Müller, subst. def. Bendz, Eranos 39, 1941, 30*). Porph. Hor. carm. 1, 38, 5 'sedulus' ... id est -us (*adloquitur puerum*). Lact. ira 24, 5 *familia*. CE 1186, 17 -us ... ministerio lactatur suo.

b *de part. corp.*: Petron. 105, 9 ad inguina mea luminibus deflexis movit -am manum et 'salve' inquit (*per lusum iungit, ut vid., sensum obscenum [v.* Sen. contr. *l. 36] c. gestu salutandi [cf.* Hist. Apoll. 13 rec. B; officiose *rec. A]. in sacrificio*: Clavd. Don. Aen. 11, 480 p. 487, 21). Apvl. met. 5, 10, 2 uxoris -am faciem. Clavd. Don. Aen. 6, 700 p. 599, 18 bracchiis (*in amplexu patris*).

2 *de rebus* (*per prosopopoeiam, fere poet.*): Ov. ars 3, 324 saxa ... fecerunt muros -a *cantu Amphionis*. Pont. 4, 2, 6 cessavit epistula numquam, ire per alternas -a vices. Nvx 122 cum praestem sedula cunctis officium, saxis -a petor. Mart. 1, 70, 2 (*de libro salutatum misso*). Avson. 163, 1 p. 31 P. pagina. Salv. gub. 1, 41 -a undarum patientia (*sc. maris rubri*).

B *de actione, habitu, affectu sim.* (*sc. eius qui officium suum novit*): Cic. Planc. 46 amicitiam. Mil. 12 propter hos -os labores meos (Avg. doctr. christ. praef. 19. vera relig. 47, 92 Isid. in gen. 25, 26). Tusc. 3, 70 opinio -i doloris (*cf. 68* ad officium pertinere). Hor. epist. 1, 7, 8 sedulitas (Arnob. nat. 5, 14). Ov. Pont. 2, 5, 31 voluntas (3, 2, 17 non ... pietas, non -a v. defuit). Sen. dial. 10, 3, 2 discursatio. epist. 99, 19 pietas (Avg. civ. 1, 3 p. 23, 26 D.). Plin. nat. 25, 19 munere. Apvl. met. 1, 9, 3 ronchis (*in salutatione*). Anth. 415, 4 spes. Paneg. 5, 8, 5 -am et honestam inopum vanitatem. Arnob. nat. 2, 2 an ulla est religio verior, -ior, potentior, iustior quam ... ? (5, 44). 7, 15 -ior *honor deis oblatus*. Schol. Cic. Bob. p. 103, 6 -a quadam veneratione. Rvfin. hist. 11, 1 honorificis et -issimis litteris. Avg. epist. 263, 2 morigero, pio, -o ... affectu. *al.* *in malam partem* (*sc. repugnante officio contra bonum; contrarium* Gellio *l. 7; cf. etiam* Sen. *l. 36*): Cic. Sull. 52 illam ... -am provinciam (*i. negotium sedulitate insigne*). Hier. epist. 112, 11, 2 mendacium ([*opp.* honestam dispensationem]. Avg. epist. 28, 3, 4. 82, 21 -o utilique. *al.*).

II *indicatur, in quem (quid) officia praestentur*: **A** *per dat.*: CE 364 (= CIL I² 1270) iucunda sueis, gratissima amiceis, omnibus -a fuit. Tert. apol. 23, 19 vos tam fructuosos, tam -os sibi (*i. deis*). idol. 16 p. 50, 4 nos homini, non idolo, -os. Maximin. c. Ambr. 123 eis. Avg. in psalm. 60, 1 l. 4 volentibus. Salv. eccl. 4, 3 Christo. gub. 7, 9 deo.

B *per praepos.*: **1** in *c. acc.*: Cic. Verr. II 1, 63 homines ... Lampsaceni ... summe in omnis civis Romanos -i (fam. 13, 6, 2 in omnes suos). fam. 13, 60, 1 in illum. 14, 1, 6 civitas ... in me -a (ad Q. fr. 1, 4, 3). 14, 16 in te. Bell. Alex. 70, 3 in se. Arnob. nat. 2, 8 -i foederis in maritos. *in rem* (*vi fin. p. 518, 3*): Ov. epist. 10, 114 flamina ... in lacrimas -a. 17, 60 luna ... praebebat lumen ... ut comes in nostras -a vias. fast. 5, 112 stella est in cunas -a. trist. 4, 7, 4 cur non tua dextera versus ... in paucos -a fuit? **2** *cetera*: Fest. p. 278 religiosus est ... etiam -us adversus homines. Rvfin. Greg. Naz. orat. 8, 18, 2 neque pro his, quibus consecutus est, gratias rettulit neque pro quibus sperabat -us inventus est (*cf. Migne gr. 35, 957ᴰ διὰ τῆς εὐγνωμοσύνης*).

adv. **⁂officiōsē.** *inter adv. afferunt* Char. gramm. p. 272, 1 B. Ps. Asper gramm. suppl. p. 55, 16. *compar.* -ius Cic. Att. 6, 1, 22 Ps. Avr. Vict. epit. 42, 16, *superl.* -issime *inde a* Plin. epist. 10, 21, 1. *legitur inde ab* Afran., Scavr., Cic., Plin. epist.

i. q. modo officioso (*agunt homines praeter* Clavd. Don.): Afran. com. 286 te istuc facere -e scio (Cic. Lael. 71 -e et amice et cum labore. Att. 6, 1, 22 gratum ... fecit, ... sed illa -ius [*nisi n. pro subst.*]. Avg. doctr. christ. 3, 73 *opp.* libidinose. *cf. l. 26*). Scavr. or. frg. Char. gramm. p. 272, 4 B. -e atque observanter ... milites triumphavere (*ut vid., de continentia, cf. Ps. Frontin. strat. 4, 3, 13*). Cic. Att. 1, 20, 1 cum ... suaviter, diligenter, -e, humaniter scripseris. Plin. epist. 10, 21, 1 et reverentissime et -issime ... venit ad me. Apvl. apol. 97 in quo *testamento* mei -issime et honestissime meminit. Pavl. dig. 34, 9, 21 heredes ... -e agere circa defuncti vindictam convenit. Ps. Avr. Vict. epit. 42, 16 Iulianus mandatis ... refert se ... multo -ius pariturum. Clavd. Don. Aen. 7, 25 p. 8, 23 -e discesserant venti. Ps. Ambr. act. Seb. 15, 49 resalutavit eos -issime (*cf.* Avg. epist. 137, 20 saluto). Avg. civ. 10, 1 p. 403, 17 D. *pietas* erga parentes -e haberi dicitur. doctr. christ. 4, 95 si hoc -e fiat (*sc. adhibitio medicamentorum. cf. per ironiam*: Sidon. epist. 2, 12, 3 *medici* parum docti et satis seduli languidos multos -issime occidunt). epist. 28, 5 -e ... mentiri. *al.*

deriv.: officiositas. *compos.*: inofficiosus.

officiperdus, -ī *m.* *ab* officium *et* perdere, *cf. locutionem q. e.* operam perdere. Gloss. V 606, 28 -i qui sui laboris non habeat remunerationem; Catoni quoque dicuntur -i. 622, 1 -us est ingratus. *i. in quo officium praestitum perditur*: Ps. Cato dist. 4, 42 gratior officiis ... esto, ne nomen subeas, quod dicunt, -i.

⁂officium, -ī *n.* [*per syncopen pro* opificium (*q. v.*), *quamvis alia exempla* i *vocalis inter mutam et sonum* f *evanescentis desint; ad notionem operis faciendi cf.* opificina *iocose dictum Plaut. Mil. 880. Sch.*] *de orig.* (*cf. s. v.* officiosus *et* Sen. benef. 3, 18, 1 *l. 68*): Don. Ter. Andr. 236, 7 -um dicitur ab efficiendo (off- *A*) ab eo, quod quaeritur in eo, quid efficere unum quemque conveniat pro condicione personae (*sim.* Ad. 69, 2 quasi efficium ab e.; *inde* Ambr. off. 1, 8, 26 *add.* ut ea agas, quae nulli officiant. *item* Isid. orig. 6, 19, 1. *cf. lusum verb. c.* officere Cic. S. Rosc. 112 Lvcr. 1, 336). *scribitur* ofi- (*cf. graeca infra et* Gramm. suppl. 294, 17. 297, 24 per duas f) CIL I² 1296, 6 VIII 1875, 3 X 7589, 2 XII 2169, 3 CE 2086, 2, -fec- CE 1735 (*?*). *litt. gr.*: *ὀφφίκιον* Pap. Lips. 57, 22 Conc.ˢ II 1, 2 p. 69, 12 Lyd. mag. 2, 23 tit. *al.*, *ὀφι-* Inscr. graec. Rom. Cagnat III 130 IV 731, *ὀφη-* CIL III 7549, *? ὀπτι-* Pap. Wessely, Stud. X 251 verso 3. *notatur* o CIL XV 7192, 2, off CIL III 1099, 5. 4311, 8 Pap. Tjäder 4—5, B 4, 3. *al.*, offic Act. Arv. Alex. A 8 CIL XIII 5661, 2. *de formis*: -ci *gen. sing.* (-cii Caper gramm. VII 106, 15) *saepius in codd.; in titulis*: Act. lud. saec. Aug. (CIL VI 32323) 114 CIL III 894, 5. 3543, 2. *al.*; -cis *abl. plur.* Lex met. Vipasc. frg. 1, 23 (*per i longam ut* CIL IX 2565, 10). CIL V 668, 3; -cicis CE 861, 3. 973, 6; -ceis CIL I² 1296, 6.

adi. masc. apponitur Maximin. c. Ambr. 77 sacerdotalem -um. Vict. Vit. 2, 32 naturalem (*pars codd.*); *corruptum vid.* Oribas. syn. 8, 40, 8 La ventris -um ... solutus est (*correctius* Aa). Not. Tir. 33, 66. *de notione et differentiis*: Cic. inv. 1, 6 quod in -o, quid fieri, in fine, quid confici conveniat, consideratur. *ibid.* id, quod facere debet (*sc. orator*), -um esse dicimus (Avg. c. adv. leg. 2, 7, 26. *cf.* c. Iulian. 4, 3, 21 quod faciendum est). fin. 3, 58 est ... -um, quod ita factum est, ut eius facti probabilis ratio reddi possit (*sequitur divisio -orum ut*: off. 1, 8). off. 1, 125 -a reperientur, cum quaeretur, quid deceat et quid aptum sit personis, temporibus, aetatibus (*cf.* Don. Ter. Andr. 236, 7 *v. l. 40* Ad. 69, 2 quod unicuique personae congruit. *sim.* Mar. Victorin. rhet. p. 173, 2 Schol. Cic. Gron. C p. 351, 4). Sen. benef. 3, 18, 1 (*disting.* -um, beneficium, ministerium) -um esse ... personarum, quas necessitudo ... ferre opem iubet. Mar. Victorin. rhet. p. 197, 14 -um, quod ex legibus vel ex natura necesse est nos implere. Serv. auct. Aen. 1, 548 -um ... est, quod Graeci *τὸ καθῆκον* appellant. Synon. Cic. p. 426, 25 gradu. ordine. -o. p. 433, 24 munia. curae. -a. servitia. p. 436, 28 -a. obsequia. merita. p. 437, 23 -um. actus. procuratio. administratio. Gloss. -um: *τάξις. ὑπηρεσία. καθῆκον. φρόντισμα.* obsequium, ministerium. -o: munere. beneficio. -a: munia. servitia. vacantia (*?*). *al.* *legitur in poesi apud* Plavt., Ter. *aliosque scaen. et inde a* Lvcil., Catvll., Pvblil., Lvcr., Verg. (*semel*), Hor. (sat., epist.), Prop., Ov. (*saepius*), Manil. *non ita frequenter; in prosa oratione inde a* Catone, Rhet. Her., Cic. [*variat in codd. c.* opus Plavt. Pseud. 140, beneficium Cic. off. 1, 48, obsequium Hil. trin. 2, 31 Clavd. 28, 100 Arator act. 1, 816. *dub. vel falso trad.*: Cic. inv. 1, 6 (effici *Pluygers; cf.* Sen. nat. 2, 32, 8 -is *restitutum pro* efficis, *v. Axelson, Senecastud. 35 sq.*). Val. Max. 1, 8 ext. 7 (*pro* exitio *vel sim.*).]

[Oomes]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

i. q. actio eius, qui opus suum facit (sive perfecta sive perficienda; per metonymiam de agentibus p. 520, 3. 522, 26. 70, de instrumentis p. 524, 76, de loco p. 522, 39. 84). saepissime notatur relatio, quae intercedit inter opus et agentem, adiectis gen. vel pron. (adi.); quod fit in prisca latinitate semper exceptis PLAVT. Trin. 639 AFRAN. com. 85. 110. *eiusdem aevi usu longe praefertur sing.; plur. adhibent* PLAVT. Rud. 921 (*disting. sing.* 922, *si recte trad.*). TER. Andr. 114 (*post enumerationem operum ut*: Ad. 966). Haut. 66 illorum *sc. complurium*. CATO (*non nisi plur., de operibus rusticis*). AFRAN. com. 85. *iuxta ponuntur vel respondent in contextu*: beneficium: CIC. Verr. II 1, 34. 2, 172 Sest. 10. *al.; disting.* SEN. benef. 3, 18, 1; *opp.* maleficium RHET. Her. 2, 17, 25 *p. 520, 48.* 2, 20, 32; *cf. lusum verb. c.* malefactum PACVV. trag. 129. facinus: PLAVT. Aul. 593. factum: TER. Andr. 236 CIC. inv. 1, 10. munus: *v. vol. VIII 1663, 35; in explicanda voce q. e.* m. VARRO ling. 5, 179 PAVL. FEST. p. 140; *cf.* munia *vol. VIII 1643, 66.* negotium: PLAVT. Bacch. 760 (*755* ita n. est). Cas. 105 Curc. 280. opera: PLAVT. Asin. 173 Merc. 522 Rud. 921 CIC. Sull. 26. *al.; cf.* PAVL. dig. 38, 1, 1 operae sunt diurnum -um. opus: PLAVT. Pseud. 140 COLVM. 1, 9, 9 RVT. LVP. 2, 6. *al.; cf.* PLAVT. Stich. 58 (*61* quod opus sit facto).

CAPVT PRIVS: ***de munere animantium*** (*animalium l. 40. 4, 66. 83 p. 520, 76. dei vel angelorum p. 521, 78. 522, 28*).

I *usu communi* (*sc. respicitur varia ratio agendi*): **A** *in rebus privatis*: **1** *-um oritur ex condicionibus familiaritatis, necessitudinis sim.*: **a** *de quibuslibet operibus, muneribus*: ***α*** *cognatorum, amicorum sim.*: Ⓘ *sine determinatione speciali* (*pauca selecta*): PLAVT. Amph. 675 me meum -um facere, si huic *marito* eam advorsum. Merc. 522 facere -um tuom (*de lanificio; ad rem v.* PAVL. FEST. p. 114. *cf.* CE 63, 4 -o et lanificio). Persa 618 si parentes facient -um suom. TER. Phorm. 722 nos nostro -o non digressos esse. RHET. Her. 3, 7, 14 qua fide, benivolentia, -o gesserit amicitias (*cf.* CIC. inv. 2, 168 amicitiarum ... ratio ... ex -is ... habebitur. S. Rosc. 111 amicitiae comparantur, ut commune commodum mutuis -is gubernetur. Lael. 58 definit amicitiam paribus -is ac voluntatibus. *sim. al.*). CIC. inv. 2, 66 pietatem, quae erga patriam aut parentes aut alios sanguine coniunctos -um conservare moneat. *ibid.* (*de gratia*) remuneratione -orum. *et passim. cf. -a parentum animalium*: QVINT. decl. 388 p. 435, 25 morsus huic uni -o mitigant (*sc. transferendis ore catulis*). Ⓘⓘ *c. additamentis, quae condicionem indicant*: PLAVT. Cas. 585 non matronarum -umst, sed meretricium (COLVM. 12 praef. 10). Truc. 436 non amantis mulieris, sed sociae unanimantis. CATO agr. capit. 2 patris familias (CIC. Quinct. 11. *al. cf.* TER. Andr. 236 patris [SEN. contr. 2, 3, 12. *al.*]). CIC. div. in Caec. 14 necessitudinis (Mur. 73 Planc. 25 fam. 3, 4, 2. *al. cf.* Mur. 73 -a necessariorum. FEST. p. 162 necessaria -a). Verr. I 3 amicorum (Mur. 86 Lael. 24. *et saepe. cf.* fam. 5, 17, 3 amicitiae [6, 9, 1. QVINT. inst. 4, 1, 7 vel cognationis vel a. PLIN. epist. 8, 9, 2. *al.*]). II 1, 94 tutelae, sodalitatis familiaritatisque (PLIN. paneg. 85, 5). 5, 109 hospitiorum iura atque -a (fam. 14, 4, 2. *cf.* CATVLL. 68, 12 hospitis. LIV. 9, 6, 7 hospitalibus [*v. vol. VI 3034, 4*]. HIER. epist. 22, 24, 5 hospitalitatis [*v. vol. VI 3036, 3*]). LVCR. 2, 605 parentum (SEN. clem. 1, 14, 1 AVIEN. ora 26. *al.*). VARRO Men. 83 tit. mariti (*v. vol. VIII 405, 60. cf.* maritalia *ibid. 399, 13*). *et saepius.*

β *patronorum, clientium sim.*: TER. Ad. 980 (DON.: hoc est patroni, ut libertum non deseras). RHET. Her. 1, 17, 27 pro tuo in nos -o (*item in libro dedicando*: OV. fast. 1, 5 SEDVL. epist. 2 p. 171, 3. *fortasse huc spectat etiam* CE 1294, 2 poeta olim Caesareis floridus -is). CIC. Quinct. 72 patronum ..., hominem antiqui -i. Sest. 10 -o aliquo ... vicinitatis aut clientelae. HOR. epist. 1, 17, 21 ut me ... alat rex, -um facio. OV. am. 1, 10, 57 -um pauper numerat studiumque fidemque *dominae. al. cf. curam, qua animalia coluntur*: SEN. benef. 1, 2, 5 -a ... ferae sentiunt. PETRON. 64, 7 *de puero catellam saginante.* FIRM. math. 4, 11, 5 qui ... animalia assiduis -is prosequantur. *transfertur ad ministeria animalium* (*v. etiam l. 40. 83. p. 520, 76*): OV. epist. 18, 145 nec ... -um pecoris navisque requiro. GRATT. 188 malignum -um (*vix ad p. 520, 76; item canum*: 231. 277. PHAEDR. 3, 7, 8 praestare domino ... par -um. COLVM. 7, 12, 7). PLIN. nat. 8, 1 -orum, quae didicere *elephanti.* 11, 22 sunt ... -a divisa *apium* (*antea*: opera). PORPH. Hor. serm. 1, 1, 88 sq. ut equi fungatur -o *asinus.*

b *de operibus specialibus*: ***α*** *de salutatione sim.*: Ⓘ *de ipso actu*: Q. CIC. pet. 35 ut hoc ipsum ... -um eorum *salutatorum* tibi gratissimum esse videatur (36 deductorum -um quo maius est quam s.). HOR. epist. 1, 18, 35 honestum. LIV. 42, 49, 3 -i ... cura. MANIL. 3, 149 seu ferat -um nutus blanditus in omnes (*'ut togati salutatores' Scaliger*). VAL. MAX. 1, 7 ext. 6 ad -um et spectaculum. 5, 5, 3 illius -o (*seq.* ut imperator salutaretur. *sim.*: TAC. ann. 1, 24, 3 quasi per -um). 6, 3 ext. 2 salutationis (SVET. Aug. 27, 4 PORPH. Hor. epod. 2, 8. *al.*). 8, 11, 2 cum ... mane ... ad-um convenissent (PLIN. epist. 1, 5, 11 AMM. 26, 1, 1). SEN. dial. 10, 14, 3 qui per -a discursat. *al. salutant animalia*: PHAEDR. 1, 29, 6 *aper* repudiat -um *salutantis aselli.* PLIN. nat. 10, 121 *corvus* adsiduo -o mirus (*sc. matutina in rostris salutatione*). SVLP. SEV. dial. 1, 14, 1 (*de lupa*) quasi impleto -o et praestita consalutatione (*sim.* 1, 14, 6. 7). ⓘⓘ *metonymice de salutantibus, prosequentibus*: OV. met. 15, 692 agmen ... turbaeque sequentis -um (*cf.* TERT. scorp. 8 p. 161, 9 turbam ... -i). Pont. 4, 4, 42 toto comitante senatu, -um populi vix capiente domo. IVV. 10, 45 praecedentia longi agminis -a. PLIN. paneg. 76, 9. SVET. Iul. 71 inter -a prosequentium. Claud. 2, 2 sine sollemni -o. Nero 28, 1 celeberrimo -o deductum. APVL. met. 4, 26, 5 -o frequenti cognatorum ... stipatus. TERT. adv. Val. 16 p. 195, 20 cum -o atque comitatu ... angelorum. *al.*

β *de epistulis*: CIC. fam. 6, 6, 1 ne litterarum a me -um requiras (HIER. epist. 48, 1 HIL. AREL. vita Honorat. 22 l. 2. *al. cf.* HIER. epist. 8, 2 litterario. SIGISM. Alc. Avit. epist. 29 p. 59, 14 litterarii sermonis). CIC. fil. Cic. fam. 16, 25 ut excusatione potius expleas -um scribendi quam assiduitate epistularum. SVET. vita Hor. p. 45, 8 Augustus epistularum ... ei -um optulit (*cf.* HIER. epist. 29, 1, 1 epistulare -um [*al.*]). SYMM. epist. 1, 83 diu -o scriptionis abstinui (ENNOD. epist. 1, 26, 2 p. 37, 4. 2, 2, 3 p. 41, 19). *al.*

γ *de exsequiis*: CVLEX 414 funeris -um vitae pro munere reddit (EPICED. Drusi 70 IVVENC. 4, 421 VVLG. gen. 23, 3). OV. Pont. 1, 9, 50 praestitit -um ... omne tibi, ... exsequias et magni funus honoris fecit. VAL. MAX. 2, 6, 8 supremum opprimendorum oculorum -um (5, 1 ext. 6 SEN. Tro. 760. *al. cf.* CE 1029, 3 extremum). SEN. Herc. O. 1486 triste (SVLP. SEV. Mart. 7, 2. *cf.* AVSON. 184, 12 p. 45 P. maestum). dial. 6, 3, 1 lugubre. LVCAN. 8, 763. SIL. 10, 536 infelix. 15, 398 supremi muneris (HEGES. 5, 21, 3). MART. 8, 57, 6. TAC. ann. 16, 7, 1 exsequiarum (CAPITOL. Aur. 7, 10 IVST. 23, 2, 8). APVL. met. 1, 6, 3 feralibus. 8, 6, 2 lugentium (*cf.* DICT. 4, 1 lugendi). *al.*

δ *de munere concumbendi, generandi sim.* (*sunt qui huc iocose spectare censeant* PLAVT. Cist. 657 Merc. 522): PROP. 2, 22, 24 saepe est experta puella -um (hospitium *var. l.*) tota nocte valere meum (*item c. pron. poss.*: OV. am. 1, 10, 46. 3, 3, 38. 3, 7, 24). 2, 25, 39 -a in multos revocatis amores. OV. ars 2, 687 quae datur -o, non est mihi grata voluptas; -um faciat nulla puella mihi (*cf.* AVG. serm. 51, 25 non libidine ..., sed -o). fast. 5, 232 Iovem Iuno ... -o doluit non eguisse suo (*sc. in ortu Minervae*). SEN. contr. exc. 4 praef. 10 'inpudicitia ... in liberto -um'; res in iocos abiit: 'non facis mihi -um' et 'multum ille huic in -is versatur'. PETRON. 25, 7 -um nuptiale. 140, 1 aetatis. GELL. 16, 10, 13 munere -oque prolis edendae (AVG. civ. 14, 16 p. 38, 25 D. serendae. 14, 19 p. 42, 23 propagandae. 16, 38 p. 187, 30 gignendae). TERT. anim. 27, 5 sexuum (uxor. 2, 3 l. 27). LACT. inst. 2, 11, 6 parentum. *al.*

2 *-um oritur ex variis condicionibus* (*paucissima selecta*): **a** *usu sollemni*: PLAVT. Amph. 721 si hic suom -um facit. Cas. 259 (*cf. 261* curatio). Trin. 818 eo ego ... ad -um meum; tu istuc age. CAECIL. com. 265 homo homini deus est, si suum -um sciat. TER. Ad. 514 facturus ... -um suom. RHET. Her. 2, 17, 25 plura aut maiora -a quam maleficia (*Cic. inv. 2, 106 resp.* beneficia, *cf. Quint. inst. 7, 4, 18* bene meritus). 3, 3, 5 nullo dolore cogi, ut ab -o recedatur. CIC. inv. 1, 1 si quis omissis ... studiis rationis et -i consumit omnem operam in exercitatione dicendi. 1, 10 de nostris factis et -is. *et saepissime. accedunt determinationes condicionis, muneris sim.*: PLAVT. Cist. 657 faciundum est puerile -um: conquiniscam ad cistulam (*cf.* COLVM. 4, 27, 6 pueri). Stich. 297 neque id viri -um arbitror (*item sine addit.*: TER. Phorm. 139 PACVV. trag. 269. *al.; accedit epith.*: TER. Ad. 464 neque boni neque liberalis. CIC. parad. 12 fortis et magni. *al.*). TER. Andr. 330 liberi ... hominis (Haut. 580 frugi et temperantis. *al.; sine addit.*: SEN. dial. 9, 4, 4 epist. 103, 3. *al.*). LVCIL. 686 cupidi -um. PACVV. trag. 129 vulgi. CIC. Q. Rosc. 15 domestica (*v. vol. V 1, 1868, 48*). Sull. 10 privati (prov. 47 Pis. 18. *al. cf.* off. 1, 124 *v. p. 521,15*). fin. 3, 59 commune -um sapientis et insipientis (3, 60. 61 Tusc. 5, 82. *al. cf.* fin. 3, 61 stultorum). 4, 68 ordo gerendorum negotiorum, -a vitae (Tusc. 1, 109 TAC. ann. 16, 18, 1. *al.*). off. 1, 30 cuiusque temporis (CAES. civ. 3, 90, 1 OV. Pont. 4, 11, 17). 1, 40 bellicis (*v. vol. II 1811, 47*). SALL. Catil. 4, 1 servilibus (PROP. 4, 9, 48 SEN. contr. 10, 5, 16. *al.*). *et saepe.* **b** *de operibus vel artibus improborum* (*cf. p. 524, 45; fort. per ironiam huc spectant* TER. Ad. 966 TERT. apol. 35, 2): PLAVT. Cas. 585 meretricium (*v. p. 519, 43*). Pseud. 140 rape, clepe ...: hoc est eorum *flagritribarum* -um (*A*, opus *P*). Stich. 14 improbi viri (*cf.* TITIN. com. 48 hominis ignavi [*si recte trad.*]). RHET. Her. 2, 10, 14 calumniatoris esse -um verba ... sequi, neglegere voluntatem. LACT. inst. 6, 18, 4 dummodo semper boni fungatur -o, mali numquam *iustus.* FIRM. math. 3, 11, 18 scelerata ac facinorosa (4, 14, 19). 6, 11, 9 circumscriptionum. BACHIAR. repar. laps. 22 peccatoris. luporum (*sc. in fig. rhet. q. e. 'similitudo'*): RHET. Her. 4, 34, 46 cum canes fungentur -is l.

B *in rebus publicis*: **1** *inter civitates, populos*: RHET. Her. 4, 9, 13 maximam partem sociorum in -o manere (*cf.* LIV. 45, 23, 6 bonorum sociorum). CIC. Verr. II 2, 163 *civitas* tantis -is cum populo Romano coniuncta (3, 170 nullam *c.* ... -is fideliorem). 5, 125 illa ... multis -is illorum *Segestanorum* usurpata et comprobata cognatio. Flacc. 57 iura ... -i humanitatisque. Sest. 10 decretum -o aliquo expressum vicinitatis aut clientelae aut hospitii publici.

[Oomes]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

PLANC. Cic. fam. 10, 8, 6 provinciam ... ad -a certantem. CAES. Gall. 1, 40, 2 ab -o discessurum *Ariovistum*. 1, 43, 4 magnis. BELL. Alex. 42, 3 *Iadertinorum* in rem publicam singulare ... -um. SALL. Iug. 75, 8 Numidae ... -a intenderant. *et saepius.* **2** *singulorum erga civitatem* (*afferimus quaedam additamentis notabiliora*): RHET. Her. 4, 35, 47 accusatoris (CIC. S. Rosc. 53). *ibid.* defensoris (CIC. Mur. 86. *cf.* Cluent. 10 defensionis [Mur. 6]). *ibid.* testis (*cf.* PAPIN. dig. 22, 5, 14 testimonii [COD. Iust. 6, 23, 9 *a. 290*]). CIC. Quinct. 61 procuratoris diligentis (68 PAPIN. dig. 17, 1, 56, 2). Verr. II 1, 94 tutelae (PAPIN. dig. 26, 7, 39, 6. *al. cf.* PAPIN. dig. 26, 7, 36 tutoris [CALL. dig. 26, 7, 33, 1. *al.*]. *adde* SAB. Gell. 5, 13, 5 in -is ... observatum est: primum tutelae, deinde hospiti *eqs.*). Marcell. 14 privato -o, non publico (div. 2, 7 LIV. 9, 6, 7 PAVL. FEST. p. 184. *al.*). fin. 3, 64 legibus parens et civilis -i non ignarus (*v. vol. III 1215, 2 sqq.*). CIC. off. 1, 124 de magistratuum, de privatorum, de civium, de peregrinorum -is (Att. 7, 12, 2 fam. 1, 9, 4. *al. cf.* off. 1, 125 peregrini ... atque incolae). fam. 16, 4, 3 domestica, forensia (SYMM. epist. 5, 74 SCHOL. Cic. Clun. p. 271, 10. *cf.* OV. fast. 1, 302 fori). *et saepe.*

C *in rebus sacris, divinis* (*sc. erga deos; non semper plane distingui possunt munera quasi publica sacerdotum sim., v. p. 522, 56. 523, 47*): CIC. ac. 1, 9 divinarum humanarumque rerum nomina, genera, -a, causas (*cf.* ALC. AVIT. epist. 34 p. 64, 3 divinis humanisque ... -is [ORIG. in I reg. 1, 9 p. 15, 17 BENED. reg. 8 tit. 43, 1. *al.*]). OV. met. 8, 849 *in inferiis.* fast. 4, 724 prosequor -o ... festa *deae* meo. Pont. 4, 9, 114 *in numina familiae Augustae.* SEN. benef. 5, 25, 4 dis ... adlegat -a et aras religiose cultas. APVL. apol. 55 erga deos. TERT. nat. 2, 17, 2 religionum (apol. 39, 17. *al. cf.* ARNOB. nat. 4, 16 religiosa [*al.*]). castit. 13 l. 8 in quibusdam sollemnibus et -is (auspiciis *var. l.*). *al.* ITALA I Macc. 2, 22 (Lucif. non parc. 12 p. 235, 22, *cf.* rec. L) -um deservitionis nostrae (*gr. λατρείαν, rec. B et Vulg.* mandata). Ioh. 16, 2 (Cypr. Fort. 11 p. 334, 23; *gr. item, Vulg.* obsequium, *aliae vers.* sacrificium, hostiam). ARNOB. nat. 4, 27 ex ritu et -o cultionis. HIL. trin. 12, 55 fidei. *al. accedunt additamenta, quae ritum sim. determinant*: TAC. ann. 11, 11, 1 caerimoniarum (ARNOB. nat. 7, 31. *cf. ibid.* caerimonialibus). TERT. ieiun. 2 p. 276, 23 sublati ... cibi -a (*cf.* 11 p. 289, 5 recusati ... pabuli). adv. Marc. 4, 1 p. 425, 2 sacrificiorum (VVLG. Hebr. 9, 6). orat. 29 p. 200, 10 orationis (CASSIOD. inst. 3, 3, 2). ARNOB. nat. 7, 21 rituum procurationumque. FIRM. math. 5, 1, 29 sacrorum aut religionum (8, 21, 11). Ps. AMBR. serm. 25, 5 matutinum (ISID. orig. 6, **19**, 2. *cf.* 6, 19, 1 vespertinum). *al.*

D *contextu philos., sc. in reddenda voce gr. q. e. καθῆκον* (*latius l. 59; rem tractat Pohlenz, Stoa I 129 sqq., cf. Bernert, De vi atque usu voc. officii 74 sqq.; de ratione vertendi cf.* CIC. fin. 3, 20 -um, id ... appello *καθῆκον*. Att. 16, 11, 4. 16, 14, 3 mihi non est dubium, quin, quod Graeci *κ.*, nos -um; ... nonne dicimus 'consulis -um ...'? praeclare convenit, aut da melius. GELL. 1, 13, 1 quae *κ.* philosophi appellant): CIC. Mur. 65 videntur ... virtutis magistri (*i. Stoici*) fines -orum ... longius ... protulisse. p. red. in sen. 14 qui *magistri* ... de -o ac de virtute disserunt. Pis. 71 siquidem philosophia ... virtutis continet et -i et bene vivendi disciplinam. de orat. 3, 76 (*inter argumenta philosophiae; sim.* 3, 107. 122 orat. 118 fin. 2, 76). orat. 72 philosophi solent in -is tractare *decorum*. CIC. fin. 3, 22 cum ... illa, quae -a esse dixi, proficiscantur ab initiis naturae. 3, 58 cum id -um nec in bonis ponamus nec in malis (*cf. ibid.* -um medium quiddam esse. 4, 15 -a media [off. 1, 8. 3, 14. 15. 16 AMBR. off. 1, 11, 36]. ac. 1, 37 inter recte factum atque peccatum). 3, 59 perfectum (4, 15 [*gr. κατόρθωμα ut*: off. 1, 8]. off. 1, 7. 3, 14 p. atque absolutum. SEN. benef. 2, 33, 1 AMBR. off. 1, 11, 36. 37). *et saepe. afferuntur tituli librorum* (*cf.* CIC. off. 1, 4 quae de -is tradita ab illis ... sunt. GELL. 2, 7, 2 qui de -is scripserunt): CIC. off. 3, 63 quos *libros* de -o (-is *var. l.*) scripsit *Hecaton* (*eiusdem*: 3, 89). PLIN. nat. praef. 22 Panaetium de -is *secutus est Cicero* (*sim.* GELL. 13, 28, 1. *solius Ciceronis*: SVET. Iul. 30, 5 LAMPR. Alex. 30, 2. *al.*). DIOM. gramm. I 366, 14 Seneca de -is. AVG. epist. 82, 21 Ambrosius ..., qui suos ... libros ... de -is voluit appellare (*eiusdem*: GREG. M. epist. 1, 41[a]). PRISC. gramm. II 199, 8 Marcus Brutus de -is (*tit. graec.: Sen. epist. 95, 45*).

II *respicitur certa professio, administratio sim.*: **A** *vario usu*: **1** *de ipso opere*: **a** *exempla potiora selecta*: PLAVT. Asin. 173 si facio -um meum (*sc. lena; cf. lenonis*: Pseud. 377). Aul. 404 coqui ... faciunt -um suom. Poen. 12 *praeconis.* TER. Haut. 66 illorum *servorum.* CIC. fin. 2, 69 (*comparantur virtutes ancillulis*). fam. 14, 4, 6 (*liberti ut*: CAEL. Cic. fam. 8, 3,2). CAES. Gall. 1, 40, 14 (*militum ut*: COLVM. 1, 1, 18 cuncta cessant -a. *al.*). NEP. Eum. 1, 5 *scribae.* HOR. ars 306 munus et -um (*poetae ut*: OV. trist. 5, 12, 19). *et saepe. cf. de munere dei, angelorum sim.*: PROP. 2, 18, 4 invitum ... terris praestitit -um *Aurora.* OV. met. 2, 286 *Telluris* (*cf.* fast. 1, 673 *Cereris et Terrae*). 2, 385 *Solis.* SEN. benef. 4, 8, 2 utrumque (*i. deus et natura*) distat -o. TERT. praescr. 28 l. 5 (*spiritus sancti ut*: HIL. syn. 55. trin. 2, 34 virtutem atque -um. Ps. AVG. quaest. test. I 93, 1. *al.*). adv. Val. 11 p. 189, 22 (*item Christi*: HIL. in Matth. 23, 6 MAXIMIN. c. Ambr. 108. *al.*). HIL. trin. 5, 11 nuntii et ministri -um (*sc. angelorum ut*: ZENO 2, 13, 4 [1, 37, 13 L.]. HIER. epist. 124, 9, 7 RVFIN. Orig. princ. 1, 5, 3. *al.*).

b *accedunt determinationes professionum*: *α variarum*: CATO agr. 5, 1 vilici (142 COLVM. 11, 1, 1. 11, 3, 65. *cf.* vilicae: CATO agr. 143, 1 COLVM. 11, 2, 62. 64. 12 praef. 1. 12, 2, 1. 12, 4, 1). 66, 1 custodis et capulatoris (67, 1). CAES. Gall. 5, 33, 2 militis (SALL. Catil. 60, 3 OV. am. 1, 9, 9. *al. cf.* VELL. 2, 105, 2 militarium -orum [VLP. frg. Vat. 145 = 222. TERT. fug. 14, 1. *al.*]). OV. met. 13, 367 remigis. VAL. MAX. 3, 2, 15 tonsoris. SEN. benef. 3, 29, 7 nutricis (VVLG. Ruth 4, 16 n. ac gerulae). COLVM. 5, 1, 3 agricolae (PORPH. Hor. epist. 2, 2, 186). 8, 7, 1 fartoris, non rustici (*cf.* SCAEV. dig. 23, 7, 27, 1 rusticis). 11 argum. p. 68, 20 pastorum (SCHOL. Hor. epist. 1, 18, 42 RVFIN. hom. Orig. in cant. 2 p. 138, 21 VITA Hil. Arel. 9 l. 20. 21. *cf.* AVG. in psalm. 77, 44 l. 4 -o pastorali pecorum). *al. β quae pertinent ad artes liberales, scientias sim.*: RHET. Her. 1, 2, 2 oratoris (1, 2, 3. 1, 3, 4 CIC. inv. 1, 6 orat. 69 QVINT. inst. 1, 10, 47. *et saepius. cf.* CIC. inv. 1, 7 rhetoris [QVINT. inst. 1 praef. 21. 1, 7, 32. 1, 12, 19. 2, 1, 6]. PRISC. rhet. 7, 21 p. 556, 29 rhetoricum. RHET. min. p. 585, 7 oratorii). CIC. inv. 1, 6 medici (CELS. 3, 4, 1). OV. Pont. 4, 8, 43 vatum (IVV. 11, 114. IVVENC. 1, 132 *i. prophetae.* CLAVD. carm. min. 25 praef. 8. *cf.* LACT. inst. 1, 11, 2 poetae [ISID. orig. 8, 7, 10]). VITR. 1, 1, 16 architectorum (1, 1, 18). FEST. p. 171 iurisconsulti (*tit. libr. Cincii*). QVINT. inst. 1, 11, 4 doctoris (RVFIN. hist. 5, 10, 1. *cf.* QVINT. 1, 11, 4 docentium). PAPIN. dig. 39, 5, 27 magistri (HIER. hom. Orig. in Luc. 27 p. 159, 7). *al.*

2 *per metonymiam*: **a** *de ministris sim.* (*vel eorum coetu, cf. vol. VIII 1012, 53 sqq.*): Ps. QVINT. decl. 6, 16 cuius ministeriis -a non desunt. TERT. anim. 37, 1 -a divina angelos credimus (*de isdem*: RVFIN. Orig. princ. 1, 5, 1. LEO M. epist. 28, 4 Conc.[S] II 2, 1 p. 29, 1 angelica [*gr. II 1, 1 p. 15, 18 τάξις*]. Ps. ORIG. in Iob p. 453[D] VEREC. in cant. 7, 24 p. 100 b 22). PORPH. Hor. epist. 1, 14, 14 in -o balneatoris (*sing. collect. ut*: CLAVD. DON. Aen. 1, 280 p. 545, 20). FIRM. math. 8, 17, 5 habebunt ... -a, quae ... mercabuntur. VAL. CEM. hom. 18, 3 p. 747[D] circumstantibus ... impietatis -is (*sc. tortoribus*). CASSIOD. var. 5, 17, 1 -a ... nautarum (*gen. explic. ut*: GREG. TVR. glor. conf. 74 -a famulantum). CORIPP. Iust. 3, 265 -a ... erexere viros. 4, 104 dona ..., quorum est ea cura, parabant -a. DESCENS. Christi rec. A 4, 3 omnia -a mea (*sc. inferi ut*: 5, 1. 6, 1).

b *de loco operis, officina*: CASSIOD. in psalm. 68, 10 l. 236 aliud esse templum, aliud negotiationis -um. COD. Iust. 11, 12, 1, 2 ornamenta ... regia intra aulam ... fieri ... debent, non ... in privatis domibus vel -is.

B *speciatim in publica vel ecclesiastica administratione* (*rem tractat Boak, RE XVII 2045 sqq.*): **1** *exempla varia usum illustrantia*: **a** *de munere, actu*: *α pertinet ad res profanas*: CIC. inv. 2, 92 non ... meum fuit -um nec mea potestas, cum ... privatus essem (*item iuxtapos.*: 2, 93. 94 Quinct. 33. *al.*). div. in Caec. 61 provinciae, ... -i, ... publici muneris societatem (*iuxtapos. v. vol. VIII 1663, 35; disting.*: Pis. 23 munere consulatus omni -o tuendo). Verr. II 2, 31 Balbus iudex, homo et iuris et -i peritissimus. 5, 35 *magistratuum.* Font. 22 hoc iudici praescriptum lege aut -o. off. 1, 144 de communi -o *praeturae* (*de eadem re*: VAL. MAX. 4, 3 ext. 1). CAES. civ. 1, 38, 1 legati -a inter se partiuntur. SALL. (?) rep. 2, 21, 1 varia -a *senatorum.* OV. fast. 4, 382 sub quo *Caesare* meruisse tribunus glorior; -o praefuit ille meo. LIV. 39, 15, 1 ad haec -a dimissis magistratibus. *et saepe. β in rebus sacris*: CIC. Lael. 8 ab isto -o (*sc. auguris*). Att. 1, 3, 1 ne Latinae (*sc. feriae, v. comm. ad l.*) in -o non manerent. ACT. lud. saec. Aug. (CIL VI 32323) 114 -i nostri esse *eqs.* (*pertinet ad XVviros sacris faciundis*). LIV. 21, 63, 11 *consulem* omnibus ... in deos hominesque fungi -is. MANIL. 1, 48 sacerdotes ... -o vinxere deum. VAL. MAX. 1, 1, 9 huius -i (*i. ferentis arma ancilia*). SEN. dial. 8, 2, 2 annis inter -a divisis (*sc. Vestalium*). LEX colleg. salut. Dian. et Antin. (CIL XIV 2112) 2, 30 quinquennalis ... -is albatus fungatur. TERT. bapt. 17 p. 215, 14 dicatum episcopi⟨s⟩ -um. 18 p. 215, 33 quorum -um est *baptismus.* CYPR. epist. 3, 1 p. 469, 10 *diaconus* -i ac ministerii sui oblitus. HIL. trin. 6, 2 -i necessitatem, qua hoc ecclesiae episcopus ... debeo ministerium. VIGIL. TRID. ad Simplic. 2 p. 551[A] inter lectores -o sociatus. *al.*

b *metonymice* (*sub 2 non distinximus*): *α de officialibus vel eorum collegio*: ① *sing.*: SVET. Vesp. 14 quidam ex -o admissionis (*cf.* ITALA II Macc. 13, 21 [rec. P] Rhodocus ex -o Iudaico [*gr. τάξεως, Vulg.* exercitu, *aliae rec.* ordine]). VLP. dig. 2, 8, 7, 2 apud -um deponi (10, 4, 11, 1 PAVL. dig. 2, 4, 17). LAMPR. Comm. 11, 3 praesente -o suo (VOPISC. Aur. 13, 1). EPIST. imp. Licin. Lact. mort. pers. 48, 4 scriptis ad -um tuum datis (*sim.* 48, 7). SYMM. rel. 21, 3 -i mei ... responsa. 21, 6 -o ... suggerente. RVFIN. hist. 5, 1, 17 vulgus, iudex, -um, milites. *al.* ② *plur.*: VLP. dig. 1, 18, 6, 5 adventus -orum vel militum. TERT. anim. 40, 4 praesidem, ... -a (LACT. mort. pers. 7, 4 multi p. et plura -a). spect. 7 p. 8, 28 collegia, ... sacerdotia, ... -a. HIL. coll. antiar. p. 101, 11 officiales magistri volitant, ... -orum omnium festinatione turbatur. SCHOL. Cic. Bob. p. 103, 21 per has personas et -a. AMBR. in psalm. 118 serm. 3, 42, 1 iudices ... stipati -is. *al.* *β de loco* (*sc. sede*

[Oomes]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

officialium; non nisi per praep. in): MOD. dig. 47, 2, 73 inventi in -o *libelli*. PS. ASCON. Verr. p. 210, 2 haberi in -o praetoris ... nomina iudicum (COD. Theod. gest. in sen. 5). COD. Theod. gest. in sen. 7 in -o praetoriani apicis. 9, 34, 2 serventur in -o tuo *libelli*. COD. Iust. 9, 9, 16 pr. (*a. 256*) in cuius *praesidis* -o accusatio fuerit.

2 *accedunt determinationes munerum*: **a** *profanorum*: **α** *magistratuum sim.*: RHET. Her. 4, 35, 47 senatus est -um *eqs.* (CIC. Att. 16, 14, 3. *cf.* prov. 36 senatoris [PANEG. 3, 3, 3. 3, 29, 4]. HOR. ars 314 quod sit conscripti, quod iudicis -um. SVET. Galba 15, 1 senatoria [GELL. 4, 10, 7 *tit. libri Capitonis*] et equestria). *ibid.* magistratus (CIC. off. 1, 124 fam. 3, 10, 11. PROC. dig. 1, 18, 12 vice et o. *al. v. vol. VIII 94, 29*). *ibid.* quaesitoris (SVET. Nero 15, 2. VLP. dig. 1, 13, 1 *tit. libri. al. cf.* CIC. Planc. 24 quaesturae. Lig. 35 quaestorio [*al.*]). CIC. inv. 2, 125 iudicis (HOR. ars 314 *v. supra*. OV. trist. 1, 1, 37 IAVOL. dig. 5, 3, 44. *et saepius. cf.* VLP. dig. 3, 1, 1, 10 iurisdictionis [TERT. Scap. 4, 1]. SYMM. epist. 5, 74 iudiciarii. COD. Theod. 12, 1, 49 iudiciali). Rab. perd. 2 consulare (*al. v. vol. IV 570, 73. cf.* Att. 16, 14, 3 consulum [LIV. 4, 40, 6 PLIN. paneg. 79, 5. *al.*]. PLIN. epist. 3, 18, 1 consulatus). prov. 21 censurae (*cf.* COD. Theod. 13, 10, 8 censorum). Planc. 24 tribunatus (*cf.* MACER dig. 49, 16, 12, 2 tribunorum [COD. Theod. 1, 19 rubr.]). Phil. 12, 26 legationis (CAES. civ. 3, 103, 4 VAL. MAX. 3, 3, 2. *et saepius. cf.* CAES. civ. 2, 17, 2 legati [DIG. 1, 16 rubr. COD. Theod. 1, 12 rubr.]). de orat. 2, 75 imperatoris (fam. 3, 10, 1 CAES. Gall. 1, 40, 10 SALL. Catil. 60, 3. *al. cf.* CVRT. 5, 9, 17 imperatorio [NOVELL. Theod. 14 pr.]. AVSON. 419, 4 p. 354, 33 P. imperialis). AFRIC. dig. 4, 6, 43 praetoris (30, 109, 1 IVLIAN. dig. 40, 5, 47, 2. *al.*). *sim. saepius.* **β** *variorum negotiorum publicorum*: FRONTIN. aq. **1** aquarum. SVET. Vesp. 14 admissionis (NOT. dign. or. 11, 17. COD. Theod. 6, 35, 3 pr. = Iust. 12, 28, 2 pr. *cf.* FIRM. math. 8, 14, 1 admittendi vel salutandi). SCAEV. dig. 13, 7, 43, 1 annonae (CIL VI 8473, 7. *cf.* annonarium: COD. Theod. 1, 6, 5 [= Iust. 1, 28, 1]. 1, 6, 7, 2 [= Iust. 12, 58, 1]. 13, 5, 38). PAVL. sent. 5, 1, 3 fisci (EDICT. imp. Constanti de debit. [CIL III 12134] 15; *gr. τάξεσιν. cf.* PAVL. sent. 5, 12, 5 fiscale). CENS. 15, 4 municipalibus (COD. Theod. 12, 1, 31 = Iust. 10, 71, 1). PANEG. 6, 23, 1 palatii (6, 23, 2 COD. Iust. 12, 28, 2 pr. GREG. M. epist. 9, 106. *cf.* VOPISC. Aur. 13, 1 palatino [LAMPR. Heliog. 6, 2. *al.*)]. SPART. Sept. Sev. 18, 11 litterarum et militiae (AVR. VICT. Caes. 4, 2 COD. Theod. 6, 35, 12. 16, 2, 39. *al. cf.* VITAE patr. 5, 15, 66 militantium). CAPITOL. Gord. 12, 3 censualium scribarumque (*v. vol. III 803, 33 sqq. 45 sq.*). FIRM. math. 6, 23, 6 regiarum litterarum (8, 26, 2. 8, 30, 3. *v.* SPART. *supra*). OPTAT. app. 1 p. 186, 28 -um publicum, id est ... exceptores (AVG. epist. 34, 4. 5). EDICT. imp. inc. de rebus priv. (CIL III 13569) 26 rationalis (AMM. 28, 2, 13. *al. cf.* COD. Theod. 6, 35, 4 rationum [*al.*]). *et saepius.*

b *-untur animantes*: *α reflex.* se -ere *i. q. se prosternere*: APVL. met. 4, 5, 1 asinus . . . se mentita lassitudine cum rebus totis -udit (offuditur *F*, *sed fortasse legendum esse* effudit *monet Helm coll. 8, 6, 6*). *β mediopass.* -i *i. q. prorumpendo occurrere* (*sc. de multitudine*): ITIN. Alex. 35 praemissos Macedonum . . . improviso -si paucis indigenae opprimunt. AMBR. hex. 5, 24, 87 *vespertilio* volitat . . . in aere avium more, sed crepusculo vespertino consuevit -i (*de turba vespertilionum loqui videtur*).

B *translate*: **1** *animi affectus*: LIV. 10, 5, 7 *hostibus* incompositis . . . adversus equestrem procellam subitum pavorem -it (*var. l.* eff-) *equitatus*. 22, 19, 6 ut improvidos . . . universo simul -so (*Walch, Walters-Conway*; eff- *trad., quod receptum est vol. V 2, 225, 64*) terrore opprimeret (PHAEDR. 2, 4, 11. *cf.* LIV. 39, 15, 4 nimium terroris). TAC. ann. 11, 20, 1 *Corbuloni* quamquam multa simul -rentur, metus ex imperatore, contemptio ex barbaris, ludibrium apud socios *eqs.* CHRYSOST. hom. V 1004^{D} neve tantum ignominiae omnibus nobis -as dolorem (*Migne gr. 47, 313 μὴ τοσαύτην ἡμῶν καταχέῃς ὀδύνην*). **2** *cogitationes sim.*: LIV. 34, 6, 3 ne quis error vobis -atur (SEN. epist. 94, 5 menti. LACT. inst. 2, 16, 5. *al.*). SEN. epist. 82, 17 his adversantibus, quae nobis -it longa persuasio. AMBR. fug. saec. 1, 1 cogitationes, quae improviso -sae (*var. l.* eff-) mentem animumque confundunt (in psalm. 118 serm. 22, 20, 3 orantibus . . . saeculares -it c. *cf.* bon. mort. 6, 22 illi principatus -unt [*var. l.* offendunt, ostendunt, offerunt] saecularia, quibus tuam mentem incurvent. 6, 23 in oratione nobis . . . -untur [*var. l.* offenduntur, offerunt] ea, quae plena sunt obprobrii).

II *structura inversa aliquem aliqua re i. q. fundendo obruere, implere* (*fere struct. passiva*): **A** *proprie vel in imagine* (*sc. obscurando vel occaecando*: CIC. fin. 3, 45 ut . . . obscuratur et -itur luce solis lumen lucernae. VAL. MAX. 2, 7, 6 oculos tuos . . . tenebris -sos . . . intueri nequivisse (*item in imag.*: 3, 8, 3 tantis t. -sam esse rem publicam [*sim.* AMM. 31, 5, 11]. LACT. ira 1, 5. *al.*; *proprie*: AMM. 20, 3, 5 -itur [offenditur *V*] densioribus t. caelum. RVFIN. Orig. in exod. 4, 4 p. 176, 10. VICTOR CAP. frg. Spicil. Solesm. I p. 296 sol). SEN. dial. 4, 35, 5 iram (*pro persona*) . . . -sam multa caligine (EVSTATH. Basil. hex. 5, 7, 7 c. malignitatis -sus [*gr. ἐν καχίᾳ διάγων*]). CONC.^{S} I 5 p. 148, 16 cum ipse caliginosam -samque habeat mentem (*gr. I 1, 6 p. 118, 5 ἀφεγγῆ . . . καὶ σκοτεινήν*).

B *translate*: CIC. Marcell. 10 omnium Marcellorum meum pectus memoria -it. TAC. ann. 11, 31, 1 constat eo pavore -sum Claudium. AMM. 21, 13, 7 maerore -sus Constantius. AMBR. off. 1, 19, 83 verecundia . . . vultus ipsos solet pudore -ere.

III *structura singulari* '-sus *aliquid aliqua re*': STAT. Theb. 5, 95 *Polyxo* aciem . . . -sa (eff- *trad.*) . . . sanguine.

deriv.: offusio.

offuscaster (obf-), -stra, -strum. *ab* ob *et* fuscus (offuscus *?*), *cf.* nigraster. *i. q. (quodam modo) offuscatus*: GALEN. alfab. ('de pyrethro') radix colore -a (*v. Wölfflin, ALL 12, 1902, 421*, fuscior *edd. Iunt. et Chart.*).

offuscātio, -ōnis *f. ab* offuscare. obf- ANIAN. *i. q. actus vel effectus offuscandi* (*non nisi translate*): TERT. nat. 1, 10, 33 quod . . . ad -em pertinet deorum vestrorum. resurr. 43 p. 88, 24 hoc . . . non pertinere ad -em carnis. VVLG. Sirach 41, 24 *erubescite* ab -e dati et accepti (*gr. ἀπὸ σκοραχισμοῦ*). RVFIN. hist. 1, 7, 13 Herodes . . . videns, quod . . . generis indicia . . . -is sibi plurimum quaererent (*gr. non resp.*). RVSTIC. Conc.^{S} I 4 p. 190, 7

[Beikircher]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

scripta ... . absque suae opinionis apud aliquos -e legenda. *c. gen. criminis*: ANIAN. Chrysost. laud. Paul. praef. 471/2 Paulum vitiorum -e commaculat.

offusco, -āvī, -ātum, -āre. *ab* ob *et* fuscare, *cf.* infuscare. *scribitur et* off- *et* obf- *editoribus discordantibus. legitur inde a* Ps. QVINT., TERT., ITALA *neque fere nisi apud ecclesiasticos.*

i. q. fuscum reddere: **I** *transitive* (*c. abl. passim*, ex ISID. epist. 7, 8): **A** *proprie et in imagine*: **1** *denigrando vel maculando*: ITALA cant. 1, 5 (cod. 169, Ambr. Isaac 4, 13. *al.*) -ta sum (*gr. μεμελανωμένη, Vulg.* fusca, *aliae vers. vol. VII 1, 1512, 72 sqq.*). ARNOB. nat. 7, 15 effigies numinum nigrore -are ferali (*item -antur res corporeae*: AVG. civ. 21, 4 p. 492, 30 D. haec *ligna* -ans *ignis* [21, 7 p. 502, 20 plurima]. OROS. hist. 6, 2, 17 saxa ... fuligine -ta). ZENO 2, 42, 1 (2, 29, 1 L.) non ullae sordes -ant *neophytas* (*in imag. ut*: CASSIAN. conl. 3, 8, 1 -tam mentem quodam modo coloribus taetris infectamque. LEO M. serm. 41, 1 p. 272^{B} ne ulla ... *animam* macula iniquitatis -et [ISID. in gen. 31, 66 maculis ... nativitatis -atur]).

2 *obscurando, occaecando* (*-at lux, candor l. 22. 27. 40*): **a** *proprie*: Ps. QVINT. decl. exc. Paris. 4 p. 394, 29 stellas rutilantes ... nescio qua invidia -tas (*item -antur astra*: SCHOL. Stat. Theb. 7, 45 laeditur ... Phoebi iubar: -atur [*sc. fulgore ferri*]. RVFIN. Greg. Naz. orat. 1, 81, 2 lunae lumine ... nubibus -to [*Migne gr. 35, 488^{A} σελήνης ἀμυδροῖς φέγγεσιν*]. EVSTATH. Basil. hex. 6, 4, 4 nebulis ... subeuntibus -ti radii *solis* [*gr. ἀμαυροῦνται*]). RVFIN. Basil. hom. 7 p. 1786^{D} rubor, quem ... vigiliarum macies ... -ret (*scil. candore; cf. Migne gr. 32, 372^{C} ὠχρότης ... ἐπιλάμπουσα*). FVLG. RVSP. epist. 3, 19 *si* candorem carnis lavandi contemptus -et (ISID. epist. 7, 8 *lineo panno* ex ablutione frequenti c. augetur, cum in sericis magis ex eadem -ari videatur). CARM. de alphab. 36 ne atra figura tuos tenebris -et ocellos. **b** *in imagine*: Ps. ALEX. c. Dind. coll. p. 179, 11 splendorem generis vestri rebus vilissimis -atis (LEO M. epist. 156, 3 [Conc.^{S} II 4 p. 103, 13] quodam contagio s. vestrae serenitatis -ant). AVG. conf. 2, 2, 2 nebulae ... obnubilabant atque -bant cor meum (ISID. nat. 26, 12 ut caecae noctis successu carnalium c. -et *Antichristus*). gen. ad litt. 12, 26 p. 419, 15 *veritas* nullis opinionum falsarum nebulis -atur. c. Iulian. op. imperf. 1, 1 catholica lumina ... hoc opprobrio ... -are (SALV. gub. 7, 81 ecclesiastici splendoris l. -ant. MAX. TAVR. serm. 62, 3 M. intellegens *Ioannes* l. suum solis radiis -andum). Ps. AVG. serm. ed. Mai 118, 1 splendescente ... super obscurum delictis -antibus mundum trinitatis die. SACR. Leon. 289 (= 300) praedicationis apostolicae claritatem ... nulla praevaricatio veritatis -et. GILD. Brit. 10 chron. III p. 31, 17 ne penitus crassa atrae noctis caligine Britannia -retur. APON. 9 p. 182 -tis tristitiae nubibus nuptiis.

B *translate*: **1** *infamando vel detrectando* (apud *aliquem l. 56. 67*): **a** *homines* (*ecclesiam* RVFIN.): TERT. spect. 22 p. 23, 7 quale iudicium est, ut ob ea quis -etur, per quae promeretur? AMBROSIAST. in I Thess. 2, 9 -ans pseudapostolos. RVFIN. Orig. in cant. 2 p. 114, 5 spernunt ... *ecclesiam* et pro ignobilitate generis -ant. Ps. AVG. quaest. test. I 82 Migne 35, 2276^{B} ut -et Iudaeos. BACHIAR. fid. l. 83 nec me -et Samaritana condicio. LEO M. epist. 128 (Conc.^{S} II 4 p. 86, 24) si ... eos qui ipsum -bant in suo consortio non haberet. IOH. MAXENT. Conc.^{S} IV 2 p. 50, 14 monachos ... falsis ... criminationibus ... -are. VITAE patr. Iurens. 2, 11 p. 149, 29 Agripinus ... per Egidio tum magistrum militum ... apud imperatorem ... fuerat -tus. **b** *res*: TERT. adv. Marc. 2, 12 p. 352, 8 ne putes ... *deum* exinde iudicem definiendum, quo malum coepit, atque ita iustitiam de causa mali -es. ZENO 1, 5, 1 (2, 7, 1 L.) virtus voluptates semper -at (virtutem ... -ant *Vallarsi, Löfstedt*). FAVSTIN. trin. 4, 1 ad -andam divinitatem eius *Christi*. HEGES. 1, 1, 10 *Hyrcanus* nihil umquam ... fortuitis eventibus dereliquerit, in quo actus eius -retur (*cf. gr. 1, 68 μεμφθῆναι, ceteris male respondentibus verbis*). BOETH. divis. p. 877^{A} nec ullus livor id, quod ... est ... nobis ... legentium utilitate congestum, obliquis morsibus obtrectationis -et. GREG. M. epist. 5, 18 p. 300, 32 ut nec opinionem vestram haec res apud quosdam -et. ISID. Goth. 49 chron. II p. 287, 17 sed -vit in eo error impietatis gloriam tantae virtutis.

2 *occaecando* (a *cum abl. separ.* HERM.): HERM. vulg. sim. 9, 30, 4 divitiae suae eos pusillum obscuraverunt a veritate atque -erunt. OROS. hist. 6, 1, 25 quod ... creatura ... per varias ratiocinationes mentis ... aliis -ta quaesierit.

3 *vario usu* (*praevalente notione imminuendi vel abolendi; -antur non nisi res*): IREN. 3, 20 (21 H.), 1 dilectionem, quam habebat Deus in hominem, -bat (*cf.* SEDAT. ad Ruric. epist. 4 p. 447, 10 ut ... caritatem inminuat aut -et oblivio). FIRMIL. Cypr. epist. 75, 17 nec intellegit -ari a se et ... aboleri christianae petrae veritatem (AVELL. p. 6, 6 veritas ... impiorum ... circumventionibus -atur et premitur). ANON. de mach. bell. 3, 2 ne commixtionis licentia ... integritatem publicae utilitatis -et. AMBR. epist. 40, 32 pietas, ... fides hoc facto -bitur (*cf.* AMBROSIAST. in Rom. 14, 16 qui bona opera habet, si in alia reprehendatur re minima, bonum illud suum -at. GILD. Brit. 96 chron. III p. 79, 4 doctrina ..., quae pravis operibus -atur). Ps. HIER. epist. 7, 1 p. 106^{B} pretiositatem *calicis aurei* ... letalis poculi virus -at et ... nitorem violat. RVFIN. Greg. Naz. orat. 5, 10, 5 tanto ... ignobilior erit, quanto -verit in se ... imaginem dei (*Migne gr. 35, 1241^{B} διαφθείρωμεν. cf.* 8, 8, 1 purae imaginis dignitatem oblitteratam ... et -tam [*gr. p. 945^{A} συνθολωθείσης καὶ συγχυθείσης*]). Orig. in Rom. 7, 6 p. 1119^{B} sinceritatem orationis -at *infirmitas nostra* (*cf.* Ps. AVG. serm. 172, 1 ut relaxatione corporum puritas mentis non -etur). Ps. AVG. serm. 238, 2 *Apollinaris* metuit, ne suscipientis (*sc. dei*) dignitatem suscepti hominis -et infirmitas. RVSTIC. Conc.^{S} I 4 p. 9, 7 mentis vertiginibus ... circumferri ..., quae olim sunt elaborata, -at (*Migne gr. 78, 197^{C} ἀμαυροῖ*). p. 21, 5 rerum correctio, quae ... a Christo facta est, -ari periclitatur (*gr. p. 1496^{B} ἀμαυροῦσθαι*). EVSTATH. Basil. hex. 1, 1, 2 *animus* aerumnis minime saecularibus -tus (*gr. ἀνεπισκότητον*).

II *mediopassive* -tus *aliquid*: SEDVL. carm. pasch. 2, 153 *lux* proprium non -ta serenum (*cf. op. pasch. 2, 12 p. 212, 12* splendoris ... gratiam ... amittit).

deriv.: offuscatio, *?* offuscus.

? **offuscus,** -a, -um. *si recte trad., ab* offuscare *retrograde. comp.* -ior *i. q. magis offuscatus* (*fortasse probab., sed v. vol. V 2, 219, 24*): CALP. decl. 2 ex altera parte qua convexus et deficiens mundus vicinum mittit orientem, illic -iora (effusiora AB^{1}) corpora, illic coloratiora (collectiora A, cololertiora B^{1}) nascuntur.

cf. offuscaster.

offūsio, -ōnis *f. ab* offundere. *i. q. actus vel effectus offundendi* (*de rubore pudoris* TERT.): TERT. castit. 11 l. 1 si haec -o (obtusio *trad.*) ... spiritum sanctum avertit *eqs.* (*cf. postea*: iste rubor). AMBR. fug. saec. 1, 1 vanitatum -o mentem occupat (*transl. ut*: in psalm. 45, 23 ne -o saecularium perturbationum ... oculum mentis obducat). hex. 1, 8, 32 quod atro inhorrescat situ atque -e tenebrarum *antrum* (*cf.* PETR. CHRYS. serm. 84 p. 436^{C} ut ... maerore sensibus occupatis caeca noctis augeretur -o).

Beikircher.

ofi- *v.* ophi-. **ofla** *v.* offula. **oft(h)-** *v.* opth-.

? **ogastrum** (ōg-*?*): aeggimong (*anglosax.*) GLOSS.^{L} Corp. o 139 (*v. adnot. p. 206; sim.* A 397 ag- *et* O 149 olg-. *v. etiam* GLOSS.).

W.

***ogdoas,** -adis *f.*, ὀγδοάς *et* **ogdoada,** -ae *f. scribitur* (*fere in var. l.*): ocd-: *e. g.* HIL. psalm. instr. 16 p. 14, 3 FILASTR. 38, 4 HIER. epist. 36, 9, 1 CASSIAN. inst. 3, 9, 2. oct-: HIER. in Abd. 4 sq. p. 1105^{C} epist. 36, 9, 1 CASSIAN. *l. c.* ANON. in Matth. 13 p. 37, 12. *al.* hocd-: VITAE patr. Iurens. 2, 5 p. 146, 18. hogd-: PASCASIN. Leo M. epist. 3, 1 p. 248, 11 Kr. ogdu- *vel* octu-: HIER. epist. 36, 9, 1. 53, 2, 1 COMPVT. Carth. 2, 8 p. 290, 9 VIRG. gramm. epist. praef. p. 108, 6 GLOSS. (*v. Goetz s. v.* de -e). *formam primae decl.* ogdoada *exhibent: nom. sg.* TERT. adv. Val. 20 p. 198, 20. *acc. sg.* -am VITAE patr. Iurens. 2, 5 p. 146, 18 (*var. l.* -em). *abl. sg.* -a TERT. praescr. 33 l. 20 (*in var. l. ut* FILASTR. 38, 4). COMPVT. Carth. 1, 2 p. 280, 4. *nom. pl.* -(a)e *nisi* -e(s) *ibid.* 2, 10 p. 291, 28. 29. *gen. pl.* -arum (-adum: IREN. 2, 24, 1 [2, 34, 3 H.]. HIL. psalm. instr. 16 p. 13, 25. 14, 1) *ibid.* 1, 1 p. 279, 15. *declinatur (ad formas primae decl. v. supra): gen. sg.* -ados: IREN. 3, 10, 3 (3, 11, 2 H.). 3, 10, 4 (3, 11, 3); -adis *saepius,* -ades ANON. in Matth. 13 p. 37, 12. *acc. sg.* -ada: IREN. 1, 5, 9 (1, 1, 9 H.). 2, 14, 1 (2, 18, 1); -adem *saepius. acc. pl.* -adas: Ps. TERT. haer. 5 p. 222, 13. IREN. 2, 16, 4 (2, 21, 1 H.) *var. l.* -es. HIER. in Abd. 4 sq. p. 1105^{C} in Gal. 1, 4 p. 314^{D} COMPVT. Carth. 2, 10 p. 291, 26. *legitur inde a* TERT.

i. q. numerus octonarius (ὀγδοάς *respondet passim*): **I** *in numerando*: **A** *collective* (*cf.* TERT. adv. Val. 7 p. 185, 15 -em, tetradem duplicem. 35 p. 210, 2 -em ... ex tetrade ... derivatam. 38 p. 211, 11 -em in duas tetrades dividens. Ps. TERT. haer. 4 p. 220, 7 *triacontas* ex -e et decade ac duodecade. *sed usurpatur de singulis sub 1b*): **1** *in doctrina gnostica*: **a** *spectat ad ordines aeonum*: **α** *distinctiones et epitheta* (*v. etiam* TERT. adv. Val. *sub b*): TERT. praescr. 33 l. 20 de ... prima -e aeonum (adv. Val. 36 p. 210, 22 [*enumerantur aeones*]. IREN. 1, 8, 5 [1, 1, 18 H.]. *ibid.* de p. et matre omnium aeonum -e. 1, 11, 5 [1, 5, 3] pleroma ... p. -is [*antea*: primam et archegonon octonationem]. 2, 12, 5 [5, 14, 1] p. et archegonos -s. 2, 12, 6 [2, 14, 1] p. et principalem [*al.*]). IREN. 1, 5, 2 (1, 1, 9) numerum primogenitae et primariae pleromatis -is. 1, 17, 2 (1, 10) superioris -is (1, 18, 3 [1, 11, 2]). **β** *varia selecta*: Ps. TERT. haer. 5 p. 222, 13 computant *haeretici* -as et decadas. IREN. 1, 9, 3 (1, 1, 20 H.) non ... de -e ..., sed de ... Christo. 1, 16, 3 (1, 9, 3) -em ... spirituum (*cf. ibid.* ab -is ... spiritibus). 2, 12, 8 (2, 14, 3) de -e ... fabula. 2, 24, 1 (2, 34, 3) plenitudinem (*i. pleroma*) -um. 3, 10, 3 (3, 11, 2) mater -os. 3, 10, 4 (3, 11, 3) -os angeli. *al.* FILASTR. 38, 4 de -a ... et decada et duodecada consistere triginta aeonas. HIER. in Abd. 4 sq. p. 1105^{C} quadradas et -as et duodecadas. *al.* RVFIN. hist. 5, 20, 1 de -e librum *Irenaei.* **b** *spectat ad singula*: TERT. adv. Val. 20 p. 198, 20 -a mater Achamoth *dicta* ab argumento -is primigenitalis (IREN. 1, 5, 2 [1, 1, 9 H.] hebdomada vocant eum *Demiurgum,* matrem autem ... -a *eqs. cf.* 1, 5, 3 [1, 1, 9] matrem *Demiurgi* et -em vocant et Sophiam et Terram et *eqs.* 1, 16, 2 [1, 9, 2] -em matrem triginta aeonum). IREN. 1, 3, 4 (1, 1, 5) quam

[Lumpe]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

excogitationem i. enthymesin etiam secundam -em vocant (2, 14, 1 [2, 18, 1] s. -a vocantes eam *dispositionem matris*).

2 *spectat ad temporis spatia*: **a** *i. q. octo dies*: HIER. epist. 53, 2, 1 ebdomadis et -is *sc. dierum quindecim.* in Ezech. 40, 14 sqq. p. 381^{D} post septem hebdomadas ... -is prima incipit dies. VITAE patr. Iurens. 2, 5 p. 146, 18 intra unam circiter -am. **b** *octo anni* (*non nisi in computatione paschae*): PASCASIN. Leo M. epist. 3, 1 p. 248, 11 Kr. coepit ... -s. p. 248, 16 octavum annum -is (COMPVT. Carth. 1, 1 -arum et endecadarum. 1, 2 in a. primo ... -is. DIONYS. EXIG. epist. de pasch. 2 p. 514^{B} -is communes a. quinque et tres embolismi. *cf.* COMPVT. Carth. 1, 2 tertius annus ... in -a). COMPVT. Carth. 1, 2 in capite ... -is. 1, 3 in -bus et endecadibus. 2, 8 -is initia. *al.* DIONYS. EXIG. epist. de pasch. 2 p. 513^{C} decemnovenalis cyclus per -em et hendecadem ... in se revolvitur. *al.*

3 *spectat imprimis ad ipsum numerum* (*ad interpr. mysticam v. sub II C*): IREN. 1, 16, 1 (1, 9, 1 H.) in quo *numero q. e.* XXX est -s et decas et duodecas. 1, 16, 2 litteram ... *H* ... -em esse ..., quum ... octavo sit posita loco. *ibid.* trias ... VIIII generavit; ... -s XCIX generavit numerum. HIL. psalm. instr. 13 p. 12, 18 simplicem -em et -is decadem *i. duodenonaginta.* HIER. epist. 36, 9, 1 septem conficitur septimanis et in principium -is erumpit *numerus q. e. quinquaginta.*

4 *singulariter pl.* -es *pro* '*octo*': VIRG. gramm. epist. praef. p. 108, 6 H. -es orationum partes octenis *epistulis* ... expositurum (*cf. p. 107, 3* orationis partes octo).

B -s *de die quasi pro* '*octava*' (*cf.* RVFIN. Orig. in Rom. 4, 2 p. 967^{C} -is ..., id est octavi diei. GLOSS. Werth. Gallée 337 de -e: de octava die. *v. etiam* AMBR. epist. 44, 4 *sub II B*): HIL. psalm. instr. 12 p. 11, 17 *-s sabbato adiecta est* dies eadem prima quae octava. HIER. in psalm. 6 p. 15, 7 ('pro octava [*sunt psalteria, quae vocem q. e.* die *vel addant vel praemittant*] psalmus') in sexto psalmo inscriptio ponitur -is. CASSIAN. inst. 3, 9, 2 ebdomadi pariter et -i (*i. sabbato et diei dominicae*).

II *ad usum mysticum exempla notabiliora*: **A** *de saeculo futuro, tempore resurrectionis sim.* (*opp.* hebdomas *i. tempus praesens. v. etiam* HIER. in Os. 3, 3 *sub B*): TERT. anim. 37, 4 -s nos non creat; tunc enim *eqs.* (*antea*: auspicia resurrectionis). HIER. in Is. 38, 4 sqq. l. 49 nobis ... in hebdomade et -e viventibus (*antea*: praesentis temporis et futuri). ANON. in Matth. 13 p. 37, 3 post septimum millesimum annum ... in -em omnia meliorabuntur reversa ad deum (*cf.* p. 37, 12 hic *dies octavus* ... typum habet -es [*gen. sg.*], quia omnia redeunt reformata ad deum [*opp.* septimus *dies* ... id est sabbatum]). CASSIOD. in psalm. 125 concl. l. 155 -s ..., quam ad resurrectionem domini pertinere praediximus (*antea*: septimus ... gradalium in figuram veteris testamenti ... adventum ... domini prophetavit).

B *de novo testamento* (*opp.* hebdomas *i. vetus testamentum. cf.* AMBR. epist. 44, 4 p. 1137^{C} novit -em ..., quam octavam Latine dicimus, vetus testamentum [*postea*: hebdomas veteris testamenti est, octava novi]. HIER. in Mich. 5, 6 p. 1201^{B} per hebdomadem et -em ... scandimus [*antea*: hebdomadi, id est veteri ... instrumento; octo *gradus* ... novi testamenti]. GLOSS. V 421, 59 de -e: de novo testamento): HIL. psalm. instr. 13 p. 12, 9 -em ... euangelicam (*cf.* 16 p. 14, 10 [*bis*] euangeliorum [*opp.* hebdomas legis, *ut* HIER. in Os. 3, 3 p. 843^{C} -em ... e., id est sabbatum et diem resurrectionis]). 16 p. 14, 6 (*opp.* legis, quae in hebdomade est constituta). HIER. in eccles. 11 p. 1101^{C} per -em ad euangelium scandimus (*opp.* septenario numero *legis*). in Ezech. 40, 28 sqq. p. 388^{B} ut ... per patriarchas et prophetas veniamus ad apostolos, ut in altero *atrio templi* hebdomas, in altero -s sit. PETR. CHRYS. serm. 105 p. 494^{B} -is ... ad gratiam (*opp.* decalogus legis, *ut* 126 p. 549^{A} -em gratiae).

C *varia*: IREN. 1, 18, 1 (1, 11, 1 H.) -em ... in visceribus absconditam (*explicatur triacontas per hominis imaginem*). 1, 18, 3 (1, 11, 2) arcae ... dispositionem ... -em ostendere. *ibid.* mysterium -is. HIL. in psalm. instr. 13 p. 12, 3 -is ... virtutem (p. 12, 10). 14 p. 12, 20 -is perfectionem (*cf.* 16 p. 14, 3 ex ... perfectis numeris..., hebdomade scilicet et -e. p. 14, 14 perfectum ... verumque ... hebdomadis et -is numerum). p. 12, 24 sacramentum -is (p. 12, 29). p. 12, 25 -es (*in numeris psalmorum explicandis, ut*: 16 p. 13, 25. p. 14, 1 -um doctrinam). AMBR. epist. 44, 3 p. 11, 37 -em consecrat *gratia.* HIER. in Ezech. 42, 1 sqq. p. 408^{D} (*de latitudine quinquaginta cubitorum*) ut ... ex septem hebdomadibus, qui remissionis est numerus et in principium ... -is erumpit, sacerdotalia in templo ... spatia monstrarentur. BACHIAR. epist. Migne suppl. 1, 1041 -s circumcisionis (*antea*: spiritus septiformis). CASSIOD. in psalm. 8 concl. l. 268 numerus -is ... magnarum rerum sacramenta contiñere dinoscitur.

ogdogōnos *v.* octagōnos. *Lumpe.*

oggannio, -iī, -ītum, -īre. *ab* ob *et* gannire. *scrib.* ogg- PLAVT., TER. *codd. AD et Schol.* (obg- *PC*), AVIEN., HIER. epist. *cod. B*, GLOSS. V 574, 8; *ceterum* obg-. *de notione* (*v. et p. 536,7*): GLOSS.^{L} I Ansil. OB 110 -it: obturbat, obloquitur, obstrepit, obmurmurat. III Abol. OB 29 -ire: obcanere (-cin- GLOSS. V 636, 13). V Abba OB 71 -it: subtiliter murmurat. GLOSS. *καταφλυαρῶ. καταλαλῶ. κατἀγογγύζω.* inserit se.

i. q. ganniendo obstrepere, murmurare, frequenter dicere sim. (*per epistulam* SYMM., *idem absol.*): **1** *vario usu*: PLAVT. Asin. 422 cui numquam unam rem me licet semel praecipere furi, quin centiens eadem imperem atque -am. TER. Phorm. 1030 habet haec, quod, dum vivat, usque ad aurem -at ([EVGRAPH.: id est in aurem frequenter dicat. SCHOL. Bemb.: cum querella m⟨ur⟩muret, gannire enim canes proprie dicuntur]. APVL. met. 2, 2, 6 incertum quidnam in a. mulieris -iit). AVIEN. ora 23 in non sequacem quis profunda -at? SYMM. epist. 1, 23, 4 sed cur ego diutius sermonis pauper -o? HIER. epist. 54, 5, 1 *nutrices et gerulae* non suadent, quod tibi, sed, quod sibi prosit, et saepe illud -unt: '*eqs.*' **2** *de sermone amantium*: APVL. met. 2, 11, 1 his et talibus -tis sermonibus inter nos discessum est.

oggero, -ere. *ab* ob *et* gerere. obg- *non legi vid.* [*dub. trad.*: PLAVT. Truc. 245 demum occerunt *vel* ogg- *A*, demus danunt *BCD.*] *i. q. offerre* (*accedit* se *l. 24*): PLAVT. Cist. 70 gustui dat dulce, amarum ad satietatem usque -it *amor.* Pseud. 812 qui ... condita prata in patinis proferunt ... herbasque -unt (hogg- *B*). Truc. 102 oenus eorum aliqui osculum (*Camerarius,* oculum *trad.*) amicae usque -it. APVL. apol. 64 obvias species mortuorum, quidquid umbrarum est usquam, quidquid lemurum ..., oculis tuis -at *Mercurius* (*eqs.*). flor. 77 viderint, quibus mos est -ere se (*φ*, hoc gerere *F*) et otiosis praesidibus. ARNOB. nat. 5, 25 *Cereris* sitientis ardori -it potionem *Baubo.* 7, 6 indignatione flagrantibus *deis* satisfactio ista sacrificiorum -itur. PS. AVR. VICT. epit. 45, 3 Valentiniano imperium resistenti -itur.

oggrafio *v.* obgrafio. **ogmentum** *v.* omentum.

ōh *v.* 2. o. *Teßmer.*

ohe (ō- *? -ē ?*) *interiectio exclamativa (acclamativa). cf. fort. gr. ὠή (ὠῆ), etsi vi et usu discrepat. inter varias interiectiones afferunt* CHAR. gramm. p. 311, 12 B. (*sec. Palaem.*). PRISC. gramm. III 91, 27; *cf. etiam* CHAR. gramm. p. 248, 5 B. (*ex Romano; de adv.*) vocandi respondendive 'heus' vel 'ohe'. oe *scribit pars codd.* QVEROL. (*cf.* 2. oe). *mensura variat; apud scaen. ambigitur (exceptis* PLAVT. Aul. 55 TER. Phorm. 418, *ubi* o- *corripitur); in hexam.* ōhē HOR. sat. 1, 5, 12 (*in fine versus ut*: PERS. 1, 23), *sed* ōhē HOR. sat. 2, 5, 96; *in hendecasyll. variat in eodem versu inter* ōhē *et* ŏhē MART. 4, 89, 1 *et* 9. [*falso trad. pro* oh TER. Andr. 615 Ad. 768; *falsa var. l.* TER. Phorm. 377 ohe iam (*E*^{2}, *Don.*, hodie *cett.*); *cf. etiam vol. VI 2855, 73. contextu manco*: INSCR. Väänänen, Graffiti del Palatino n. 268 ohe (*sic* h *cursiva,* e *quadrata*).]

interiectio sermonis cottidiani prodit affectum eius, qui indignanter (vel impatienter) inhibet vel actionem, motum vel orationem molestam, adversam (*cf.* DON. Ter. Phorm. 377 ohe interiectio est satietatem usque ad fastidium designans [*inde* SCHOL. Ter. p. 72, 23]. *v. etiam Richter in: Studemund, Stud. I 608 sqq.*): PLAVT. Asin. 384 quis ... sic frangit fores? ohe, inquam. Aul. 55 abscede etiam nunc ... — etiam — ohe, istic astato. Bacch. 1065 ohe, odiose facis. Cas. 249 ohe, iam satis, uxor, *eqs.* (Stich. 734. HOR. sat. 1, 5, 12 ohe i. s. est. MART. 4, 89, 1 *et* 9 [*designat finem libri*] ohe i. s. est, ohe, libelle). TER. Haut. 879 ohe, iam desine ..., uxor, *eqs.* (*cf.* QVEROL. p. 23, 5 R. ohe cessa). Phorm. 418 ohe, 'actum' aiunt 'ne agas'.:: ... haud desinam. 1001 ohe (eho *PC*) tu, factumst abs te sedulo. Ad. 723 fero alia flagitia ...:: ecce autem.:: nova, capitalia.:: ohe (eho *A*) iam (*item accedit solum* iam: 769 [eho *pars codd.*]. HOR. sat. 2, 5, 96). PERS. 1, 23 quibus (*sc. escis?*) ... dicas ... 'ohe'. QVEROL. p. 8, 10 R. talos transfodiam tibi. :: ... :: mane ... :: ohe, talos incolumes ferre hinc volo. p. 11, 13 hoc requiro ... :: ohe, illa tu nunc requiris cottidiana. p. 15, 2 alter aliud pertulit. :: ohe, consortes ... nihil ... pertulerunt. p. 24, 19 ohe, homo prodigiose (*sc. qui narrat somnium*), ego te iam nunc explodo. p. 61, 14 potesne discere leges ...? :: hahahe, illas ... condidi. :: senatus consultum dico ... :: ohe, visne ... capita iam nunc eloquar? *? appellando ante vocat. (aliter l. 55. 62), relatione sententiae contra graec. deflexa*: VITAE patr. 5, 18, 9 dixit ei senex: 'ohe, maior, ubi vadis?' (*gr. Cot. p. 528*^{B} *λέγει αὐτῷ ὁ γέρων ὁ μέγας· ποῦ πορεύῃ; cf. 3, 61* dixit illi senex: 'quo vadis, maligne?' *an* ma[li]gne *?*).

ōhō *interiectio exclamantis. cf.* o, ohe *et ad geminationem* aha. [*falso pro* oh: PLAVT. Pseud. 988 (*codd. det.*, oh *A*, eho *F*). *e coni. dub.*: TER. Ad. 409 (*Marouzeau*, oh *plerique*, ohoh *E*, hoho *F*).] *exprimit affectum mirantis, indignantis* (*cf.* o *geminatum p. 12, 10 sqq.*): TER. Ad. 726 oho, scis et patere? :: quidni patiar? (oho *A et edd. recc.*, eho *cett.*, oh *dubitanter Richter in: Studemund, Stud. I 604*). *W.*

oi *dipthongum (cf. p. 2, 22) tractat etiam* MAR. VICTORIN. gramm. VI 11, 13 sqq. (*exemplum affert* 'populoi Romanoi' *ut*: 17, 18 sqq.). 24, 4 sqq. (*affert*: cameloi, caproi).

oica, (-ae *f.?*). [*peregrinum. Sch.*] *scribitur* olca *praeter* PLIN. *cod. B* (*bis*). *nomen gemmae*: PLIN. nat. 1, 37, 65 -a. 37, 176 -a barbari nominis e nigro et fulvo viridique et candido placet (*inde* ISID. orig. 16, 12, 1 -a barbari nominis ex fulvo et nigro viridique et candido est. GLOSS.^{L} I Ansil. OL 22 -a: gemma).

[Teßmer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

oicetis, -idos *f.*, *οἰκέτις* (*receptum e textu graeco*). *i. q. famula*: HIPPOCR. aer. 21 p. 41, 13 magnum ... exemplum -ides (oi k etia hec *cod.*) faciunt.

oico- *v.* oeco-.

oiei *interiectio dolentis. vocem ut disyllabam adhibet* PLAVT., *ut trisyllabam* TER. PLAVT. Mil. 1406 oiei (*A*, olei *BCD*), satis sum verberatus, obsecro. TER. Phorm. 663 aediculae item sunt ob decem alias *minas*. :: oiei (*A*, oe *DG*, hui *FE* ui *PC*), nimiumst. Eun. 716 i intro nunciam. :: oiei (oiei. oiei *G*, e ... hoho hehi *P*. DON.: 'oici' [oy hey *V*] apte *σχετλιασμόν* rusticum posuit utpote servi ac novicii. SCHOL. Ter. p. 107, 20 'oiei' vox plorantis).

oifies, *nomen dub. herbae q. e. adiantum*: PS. APVL. herb. 47 l. 6 adn. (*inter syn. codd. interpol.*) alii oifies ('= *οἰοφνές*' *edd.*).

oinanthē, oinelēum *v.* oen-.

oinos *v.* unus. **oinvorsei** *v.* universus.

? **oistos,** (-ī) *m.*, *ὄϊστός*. *nomen herbae q. e. sagitta* (*cf. André, Lexique des term. de botan. 225*): PLIN. nat. 21, 111 idem *Mago* -on (*Weise*, pistana *vel* tustana *trad.*, *cf. loc. corrupt.* 1, 21, 68. *quem tractat Mayhoff in appendice p. 532*) adicit a Graecis vocari, quam inter ulvas sagittam appellamus.

oistros *v.* oestrus. **oisus** *v.* usus. **oisya** *v.* ocsya.

oitilis *v.* utilis. **oitisca** *v.* oetisca. *Teßmer.*

1. ōla, -ae *f.* [*dummodo genuinum, ad stirpem vocum lat.* ulna, *gr. ὠλένη etc. referendum. Sch.*] ISID. orig. 11, 1, 62 -a: summi humeri pars posterior (*inde* GLOSS. IV praef. 18 GLOSS.^{L} I Ansil. OL 6 V Abba OL 10). GLOSS.^{L} I Ansil. VL 66^{a} has (*sc. ulnas*) Latini primo -as, post ulnas, Graeci olenas dixerunt. *v. etiam s. v.* olaus.

2. ōla *v.* 1. aula.

olācitās: faetulentia, olor GLOSS. V 606, 6. *ab* olax.

? **olaus** *obscurum* TAB. devot. Audollent 134 A 7 (olas *dubitanter ed.*).

olāx, -ācis *adi.* [*ab* olere *formatione insolita pro* olidus *novatum videtur. Sch.*] GLOSS. V 606, 7 -x: olidus. *i. q. olens*: MART. CAP. 1, 82 -is temeti madoribus. 2, 215 acerram ... -em aromatis.

deriv.: olacitas.

[**olba** *olim falso pro* dolva.]

1. olca, -ae *f.* [*vox gallica. Sch.*] [*francog.* ouche (*dial. pic., norm., occ., pict., biturig., borbon., burg., camp., loth.*); *francoprov.* ūdzə, ūϑə, eütsa *etc.*; *prov.* owtso, *alvern.* oulca, ouche, *lemov.* oucho *etc.*; *port.* olga. *cf. M.-L. 6050. Wartburg VII 339 sq. Machado II 1619. G.*] *i. q. campus culturae aptus*: GREG. TVR. glor. conf. 78 p. 795, 4 campus tellure fecundus — tales enim incolae -as vocant.

2. olca *v.* oica.

3. olca *et* **olcē** *v.* holce, *ubi addas* EXC. metrol. chron. I p. 550 **olchon** (*pondus drachmae instar*).

olcus, (-eris) *n. vox veriloquii causa ficta*: ISID. orig. 4, 8, 19 ulcus, quod olet, quasi -us. *W.*

ᵡolea, -ae *f.* [*v. s.* oleum. *Sch.*] *de scriptura* hol- *v. Vulg. ed. comm. pontif. vol. XIII p. 264. forma dat. vel abl. plur.* -abus GELL. hist. 29. *de usu et differentia inter voces q. s.* -a *et* oliva *intercedente: testimonia*: DIFF. Suet. p. 282, 10 -a fructus est, oliva arbor (*postea tollit differentiam, ut*: CHAR. gramm. p. 125, 23 *B.* ISID. diff. 1, 410. *sim., sed sine exceptione*: DIFF. gramm. suppl. 282, 9). CAPER gramm. VII 99, 8 -a arbor est, oliva fetus (oliva arbor est, -a fetus *M. cf.* SERV. georg. 2, 63 -a est arbor ipsa, ... oliva ... fructus. *sim.*: ISID. orig. 17, 7, 62. DIFF. ed. Beck p. 73, 6 olivas ... bacas. GLOSS. II 293, 64 *ἐλαία τὸ δένδρον*. IV 371, 40 -a arbor oliva). GLOSS. *ἐλαία*. -a *legitur singulis (vel paucis) locis apud* PLAVTVM, LVCIL., GELL. hist. (*v. supra*), NOVIVM Atell. 18, LVCR., *in* AETNA, *apud* HOR. (*quater*), TIB., OV. (5*ies*), *in* NVCE (*bis*), *apud* VITR., VAL. MAX., SEN. *trag. phil.*, SCRIB. LARG., VAL. FL., SIL., STAT. (*ter*), QVINT. (*quater*), TAC. (*bis*), PLIN. epist., SVET. *posterioresque, saepius vel passim apud* CATONEM (*fere 90ies*), CIC. (*13ies*), VARRONEM (*plus 30ies*), VERG. (*8ies*), LIV. (*6ies*), CELS. (*15ies*), COLVM. (*plus 40ies*), PLIN. nat. (*plus 100ies*) *posterioresque. deest apud* MART. *praevalet notio q. e. fructus apud* CATONEM *et* VARRONEM (*non nimis*), *a ceteris (praeter* CELSVM, *ubi numeri paene exaequantur) notio q. e. arbor fere multo praeponitur* (*imprimis a* COLVM. *et* PLIN. nat.). oliva *multitudine locorum apud scriptores melioris aetatis* (*praeter* VERG., COLVM.) *rarior* (*ap. recentiores frequentior, cf. ex. gr.* VVLG. -a *bis*, oliva *40ies et* VITR. 7, 3, 1 -a = *Cet. Fav. 21* oliva), *non invenitur ex. gr. apud* CATONEM (*praeter* capit. 128), VARRONEM, LIV.; *praevalet notio q. e. fructus apud* COLVM., PLIN. nat., MART., *a ceteris* (*praecipue a* VERG., OV., STAT.) *notio q. e. arbor praeponitur. in hexametris adhibetur* -a *saepius ante caesuras q. d. penthemimeres et hephthemimeres, post caesuram q. d. hephthemimeres* VERG. georg. 1, 18, *in versus fine* LVCR. 5, 1373 (olearum), oliva *semper in versus fine* (*praeter* OV. fast. 4, 683, *ubi ante diaeresin bucolicam q. d.*). [*variat in codd. saepius c.* oliva *et* oleum. *dub.*: OV. fast. 4, 741 ure maris rores (-as *var. l.*).]

i. q. ἐλαία (*ubi respondet, non adnotatur; saepe in sing. collectivo; de generibus v. André, Lex. des term. de botan. 225 sq.*; -a terrestris *in explic. nom. chamelaeae* PS. DIOSC. herb. fem. 39 [38]): **I** *de fructu*: **A** *in universum*: PLAVT. Stich. 691 hoc conviviumst pro opibus nostris satis commodule nucibus, fabulis, ficulis, -a, entriptillo (*Hiltbrunner, Lat. Graeca 167 sq.*), lupillo *eqs.* CATO agr. 3, 2 -a ubi lecta siet, oleum fiat continuo (144, 1. 2. 3. 4. 5. *al. cf.* capit. 73 colligenda). *ibid.* tempestates ... -am deicere solere. 3, 4 si in terra ... -a nimium diu erit, putescet (64, 1. *cf.* VARRO rust. 1, 55, 6 -a ... caldore fracescit et oleum foetidum fit). 7, 4 -as orchites, posias: eae optime conduntur ... in muria (58 -ae ... quam plurimum condito. 117 -ae ... q(uem) a(d) m(odum) condiantur. 118 VARRO rust. 1, 66. *al.*). 23, 1 salliantur (*cf.* 65, 2 -am ... salem spargito). 31, 1 ad -am cogendam (64, 1. 65, 2. 144, 2 FEST. p. 202. *al.*). 58 ubi -ae comesae erunt (*cf.* HOR. sat. 2, 2, 57 est *i. edit* [CELS. 4, 16, 2]. LIV. 40, 59, 8 praegustasse). 65, 1 -am ... ex terra tollito. *ibid.* -a ubi nigra erit, stringito (144, 1 ne s. neve verberato. VERG. georg. 1, 306. *al. cf.* NVX 135 destringite [COLVM. 11, 2, 83. 12, 52, 17 destringenda et statim exprimenda]). 67, 1 uti -a bene perficiatur beneque siccetur. *ibid.* salis selibram in modium -arum. 119 ex -is ... nuculeos eicito; ... concidito ipsas. 144, 4 -a legunda et facienda (144, 5. 145, 1. 146, 2. *cf.* COLVM. 11, 2, 95 ut -a legatur et conficiatur). *al.* **B** *accedunt adi.* (*exempla notabiliora*): CATO agr. 7, 4 virides. *ibid.* nigrae (65, 1. 117. 119 VARRO rust. 1, 66 HOR. sat. 2, 2, 46. *al.*). *ibid.* siccae (aridas *Varro rust. 1, 60*). 23, 1 caducae (58. 64, 1. 146, 1). 58 tempestivas. 64, 1 matura (IAVOL. dig. 33, 2, 42. *cf.* CELS. 2, 30, 3 permaturae. IAVOL. dig. 33, 2, 42 immatura [*ibid. iterum.* PAVL. dig. 7, 1, 48, 1]). *ibid.* fracida. 117 albae (118. 119 VARRO rust. 1, 66. *al.*). 144, 5 salsae (*ibid. iterum*). 146, 1 strictivae. VARRO rust. 1, 66 novas.

II *de arbore vel eius partibus* (*cf. p. 537, 55*; -a arbor VARRO rust. 1, 2, 20. 3, 16, 24 PORPH. Hor. epod. 16, 45): **A** *proprie*: **1** *generatim*: **a** *de integra arbore*: CATO agr. 5, 8 circum -as autumnitate ablaqueato et stercus addito (*similiter*: 29. 37, 2. *al.*). 27 scrobis ... -is *facito. ibid.* -as per sementim serito (28, 1. 40, 1. 43, 1. 2. *al.* CIC. rep. 3, 16 VARRO rust. 1, 16, 6. *al. cf.* COLVM. 2, 2, 24 -is consitus ager. PLIN. nat. 17, 133 conserunt ... -am). 28, 1 -as ... cum radicibus eximito ... circumligatoque, uti ferre possis (*fert terra sim.*: CIC. rep. 3, 15 -am ... ferret *terra*. PLIN. nat. 12, 40. *e contrario*: PLIN. epist. 5, 6, 4 -as ... aspernatur ac respuit *caelum. cf.* CIC. leg. 1, 2 sempiternam in arce -am tenere). 40, 1 inseri (*ibid. iterum.* COLVM. 5, 9, 17. 5, 11, 11. 11, 2, 37. *al.*). 41, 1 -ae ... insitio est per ver (*gen. obi. item*: capit. 60 propagatio -ae. VERG. georg. 1, 18 -ae ... Minerva inventrix [*inde, ut vid.*: PS. QVINT. decl. 13, 19 ARNOB. nat. 3, 31 RVT. NAM. 1, 73]. PLIN. nat. 15, 3 satorem. 17, 125 cura). 43, 2 vinea cito crescat et -a (*cf.* VARRO rust. 1, 7, 8 ubi nec vitis nec -a nec poma nascerentur [PLIN. nat. 15, 1. *al.*]. COLVM. 3, 1, 2 [= arb. 1, 2] arbor procedit ut -a *eqs.* PLIN. nat. 15, 3 provenire. 16, 104 germinant, concipiunt). 51 a capite propagari eximique (133, 2 a capitibus. *v. etiam l. 34*). 61, 1 in radices vires -ae abibunt (*gen. poss. vel subi. item*: CIC. Caecin. 22 -arum ordinem. div. 1, 112 ubertatem [*cf., Arist. p. 1259 a 10 ἐλαιῶν φοράν, v. etiam l. 57*]. 2, 16 florem [PLIN. nat. 21, 51. *al.*]. LVCR. 5, 1373 -arum ... plaga. CELS. 5, 7 folia [5, 22, 2^{A}. 5, 28, 3^{E}. *al.*]. COLVM. 2, 2, 24 radices [5, 9, 14. *al.*]. 5, 11, 13 [= arb. 27, 2] rami [*inde* PLIN. nat. 17, 137. *al. v. etiam infra l. 74*]. *sim. saepe*). 93 -a si fructum non feret (EVSTATH. Basil. hex. 5, 6, 8 [*refertur ad misericordiam, v. p. 539, 31*]. *cf.* COLVM. 5, 9, 15 fructum ... inducet. 5, 9, 16 fructum negare. PLIN. nat. 17, 257 fruticescunt). *ibid.* ad -am circumfundito *mixturam aquae et amurcae.* CIC. Caecin. 22 fundi extremam partem -ae ... definiunt. div. 1, 111 omnem -am, ante quam florere coepisset, ... coemisse ([*etiam de proventu, fructu, cf. l. 48 et p. 564, 33*]. OV. fast. 5, 265. 321 PLIN. nat. 16, 104. *al. cf.* 17, 228 deflorescentem). *al.* **b** *de ligno arboris* (*cf.* MACR. Sat. 7, 16, 24 de lignis -ae): CATO agr. 20, 2 modiolos ... oleagineos ex orcite -a facito (CIC. div. 2, 86 ex ... -a arcam esse factam). VITR. 7, 3, 1 catenae ex ea materia comparentur, cui nec caries ... possit nocere, id est e buxo, iunipero, -a (*cf.* PLIN. nat. 16, 212 cariem ... non sentiunt cupressus, ... oleaster, -a ...; rimam fissuramque non capit sponte ... -a. 16, 219 laricem in ... navibus obnoxiam teredini ... omniaque praeterquam ... -am). COLVM. 9, 1, 3 -ae rara est occasio *adhibendae.* PLIN. nat. 16, 206 -a *utilis ad rotas et ad cuneandum.* 16, 222 robur, -a incurvantur ceduntque ponderi. 16, 230 ex -a, durissimo ligno, cardines. 17, 174 pedamenta optuma ... ⟨ex⟩ robore -aque.

2 *speciatim de* -a *ut signo, indicio sim.* (*in rebus plus minusve sacris, cf.* PLIN. nat. 15, 135 in profanis usibus pollui ... -am fas non est; *saepe per synecdochen* -a *i. q. ramus -ae*): **a** *vel pacis vel pietatis: pendet e voce q. e.* ramus *sim.*: VERG. Aen. 11, 101 oratores ... velati ramis -ae veniamque rogantes (LIV. 30, 36, 4 v. infulis r.que -ae ... navis). LIV. 24, 30, 14 ramos -ae ac velamenta alia supplicum porrigentes (29, 16, 6 ut Graecis mos est. *cf.* PETRON. 108, 13 praetendit ramum -ae). 44, 19, 7 cum ramis -ae ingressi ... procubuerunt (*cf.* 45, 25, 1 prociderunt ramosque -ae supplices iactantes ... excesserunt). SEN. Herc. f. 913 te ramus -ae fronde gentili tegat (*i. Theseum fronde Attica*). STAT. Theb. 5, 417 Palladios -ae ... ramos extulit (*cf.* 7, 476 ferens). 12, 468 tradit. AVG. doct. christ. 2, 61 pacem perpetuam significari -ae ramusculo. *sola voce q. e.* -a: TIB. 2, 1, 16 vincta ... -ā candida turba

[Kuhlmann]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

comas (*cf.* Prvd. perist. 4, 55 Caesaraugusta . . . verticem flavis -is revincta, pacis honore [*subest fort. imago arborum oppidum cingentium*]). Ov. met. 6, 101 -is pacalibus. Plin. nat. 15, 134 praeferenda ei *lauro* . . . -a (*sc. quatenus pacifera est*). Tert. bapt. 8 p. 207, 27 columba . . . cum -a reversa, quod signum etiam apud nationes pacis praetenditur (*de gen. 8, 11* ramum olivae). Prob. Verg. georg. 2, 425 (*v. infra l. 34*). Prvd. psych. 687 redimitos -a frondente capillos.

b *honoris, victoriae*: Val. Max. 2, 6, 5 bonos cives corona decorandi . . . consuetudinem introduxit duobus -ae conexis ramulis *urbs Athenarum* (*cf.* Prvd. c. Symm. 2, 663 galeam sub fronde -ae . . . concutio *sc. Roma*). Plin. nat. 15, 19 -ae honorem Romana maiestas magnum perhibuit turmas equitum . . . ex ea coronando (*ibid.* Athenae quoque victores -a coronant. Tert. coron. 12 l. 12. 14 l. 23 laurea et myrto et -a). **c** *in ritu christiano*: Pallad. hist. mon. 1 20 p. 298^{C} cum -arum ramulis palmusculisque . . . transfretantes *virginem mortuam* viri et psalmos canentes (*Dionys. Exig. vita Pachom. 28 p. 249^{B}* cum ramis palmarum et olivarum frondibus).

B *allegorice vel per comparationem de hominibus vel per virtutem vel per gratiam divinam praestantibus*: **1** *de prophetis*: Tert. adv. Marc. 4, 22 p. 495, 14 sq. de quibus *Moyse et Helia* . . . Zacharias vidit in figura duarum -arum et duorum ramulorum -ae (*cf. Zach. 4, 3* duae olivae. *v. s. v.* oliva). **2** *de populo dei*: Itala Rom. 11, 17 (Aug. c. Faust. 9, 2 p. 308, 17) insertus es (*sc. paganus factus Christianus*) in illis *Iudaeis* et socius radicis factus es et pinguedinis -ae (*Vulg.* olivae. *inde*: Hil. in psalm. 51, 22 huic -ae . . . fideles gentes ex ignobili oleastro esse insitas [*explicat psalm. 51, 10* oliva]. Avg. civ. 21, 8 p. 507, 24. 25 D. spir. et litt. 26, 46 ad eandem -am hoc est ad eundem dei populum. *al.*). *transfertur ad ipsos Christianos paganis insertos*: Gavdent. serm. 21, 8 G. -as . . . pacis agrestibus indidit oleastris. **3** *de quolibet homine misericordi* (*per vanam etymologiam e voce q. e. ἔλεος derivatam; cf.* Prob. Verg. georg. 2, 425 ἔλεος dicitur misericordia, quae quia contigit iis, quibus pax datur, -a pacis signum est. *v. etiam p. 538, 53. 566, 14*): Evcher. form. 3 p. 19, 4 -a: sanctus misericordiae abundans fructibus.

deriv.: oleagineus, olearis (*utrumque ambiguum*), oleaster, oletas, 1. oletum, 1. oleus.

[oleāceus *in edd. vet.* Plin. nat. 21, 18. 35, 179. *v. etiam p. 542, 52.*] ἀγριελάϊνον: **oleāginārium** Gloss. II 217, 17. *cf.* oleaginus.

oleāgineus, -a, -um. [*ab* olea *vel* oleum, *cf.* far: farrāgineus. *Sch.*] Gloss. -um: ἐλάϊνον. *inde a* Catone *usque ad* Veg.; *nonnisi in oratione prosa.* [*variat in codd. c.* oleaginus *ap.* Catonem (*praeter* 55), Varronem, Labeonem, Veg.]

1 *fere i. q. pertinens ad oleam*: **a** *de ipsa olea arbore*: *α de materia, ligno*: Cato agr. 20, 2 modiolos . . . -os ex orcite olea facito. 55 codicillos (130). Vitr. 1, 5, 3 talcae -ae ustilatae . . . instruantur. 3, 4, 2 palis alneis aut -is . . . ustilatis (*sim.* 5, 12, 6). Labeo dig. 32, 30 pr. (*bis*) pocula. Colvm. 11, 2, 12 ridicas. Obseq. 43 signa *sculpta*. Lib. col. I p. 211, 16 cyppi. *β de partibus arboris viridis (de seminario l. 52): refertur ad propagandam arborem*: Cato agr. 43, 2 circum . . . capita -a . . . fodere. 45, 1 talcas -as, quas . . . saturus eris *eqs.* 48, 1 seminarium . . . -um facito (*cf.* Varro rust. 1, 40, 4 in -is seminibus). Fest. p. 250 planta -a est virga foliata ex olea deplantata. corona: Pavl. Fest. p. 192 -is coronis ministri triumphantium utebantur, quod Minerva dea belli esse putabatur (*de eisdem ministris* Gell. 5, 6, 4). Apvl. met. 10, 30, 7 -a corona tegebatur . . . galea *puellae, quae Minervam repraesentabat.* rami (*supplicantis*): Apvl. met. 3, 8, 1 ramos -os utraeque *mulieres* quatientes (*postea*: per publicam misericordiam *eqs.*).

b *de rebus, quae oleae (arbori vel fructui) comparantur*: Plin. nat. 12, 127 foliis . . . in cacumine -is *panax est*. 14, 38 quamvis -am *uvam* nuper invenerint a similitudine olivae.

2 *i. q. similis oleo*: Chiron 72 (= Veg. mulom. 2, 17, 1) *ypochima* colore -o mucco similis.

cf. oleaginus, 1. oleago.

oleāginus, -a, -um. [*forma recentior videtur pro* oleagineus (*q. v.*). *Sch.*] *de formatione*: Prisc. gramm. II 70, 20 pauca *adiectiva ad materiam pertinentia ante 'us' inveniuntur* sine 'e' ut . . . -us). *brevi littera* i *sec.* Prisc. gramm. II 75, 24 Gramm. suppl. 182, 22. 229, 1. Not. Tir. 98, 73. Gloss. V 126, 4 (= 229, 1) -a radix: olivae (*ad* Verg.). [oleagineus *v. l. 42.*]

1 *spectat ad oleam arborem*: **a** *pro adi. fere i. q. pertinens ad oleam*: Nep. Thras. 4, 1 facta duabus virgulis -is *corona* (*cf. Aeschin. 3, 187 θαλλοῦ στεφάνῳ et* Pavl. Fest. p. 10 cui *flaminis pilleo* affigebatur apex virga -a). Verg. georg. 2, 31 truditur e sicco radix -a ligno (Serv.: 'r. -a' derivatum ab olea. Prvd. apoth. 339 Ven. Fort. Mart. 4, 62). Marcell. med. 8, 137 folia. *de ligno arboris caesae*: Pallad. 12, 20, 4 incensos -os carbones. **b** *pro subst. i. q. olea*: Ven. Fort. carm. 7, 12, 119 quem *liquorem* fert -a (oleagena *var. l.*) suco.

2 *spectat ad oleum*: **a** *i. q. colore olei* (*v. André, Étude sur les termes de couleur 159, et cf. supra l. 64*): Plin. nat. 37, 77 -i *berulli*, hoc est colore olei. **b** *i. q. ad oleum pertinens*: Schol. Hor. gloss. *Γ* ars 277 '(peruncti) faecibus (ora)': -is. Greg. Tvr. Mart. 1, 2 p. 588, 10 oleum redundavit, ut vestimenta . . . -a unda perfunderet.

cf. oleaginarium.

1. oleāgo, -inis *f.* [*post vocem* oleagin(e)us *formatum videtur. Sch.*] *i. herba oleae vel oleastro similis*: Ps. Diosc. Vind. 4, 171 p. 320, 14 χαμελαία· οἱ δὲ χαμελαία μέλαινα . . . οἱ δὲ ὀλεάγω (ἀλεάγω, ἀλαιαγώ *trad.*), οἱ δὲ ὀλεαστέλλουμ.

2. oleāgo, -inis *f.* *ab* oleum. *i. oleum cum sudore mixtum, quod athletae corpus operit*: Gloss.^{L} II Philox. OL 2 -o: γλοιός. Gloss. II 588, 29 nitor in corpore ex oleo vel sudore.

oleāmen, -inis *n.* [*v.* oleamentum. *Sch.*] *i. q. medicamen ex oleo*: Scrib. Larg. 269 *e mixtura macerata* oleum purum (quasi o. p. *Marcell. med. 35, 7*) excipitur . . .; cuius -is vires . . . tantae sunt, ut sit vix credibile. Diosc. 1, 29 p. 20, 5 M. (tit.) de confectiones -um (*gr. 1, 30 tit. περὶ ἐλαίου* [*ὠμοτριβοῦς add. var. l.*]).

oleāmentum, -ī *n.* [*ab* oleum, *cf.* atramentum salsamentum *sim. Sch.*] *i. q. medicamentum ex oleo*: Scrib. Larg. 222 cum -is ex vino adipem liquefactum (*antea in enumeratione rerum miscendarum* olei acerbi selibra, *cf. Marcell. med. 31, 1* oleum et vinum et a. l.). *cf.* oleamen.

oleāris, -e. [*ab* olea *vel* oleum, *cf.* olearius. *Sch.*] [*var. l. pro* olearius *v. infra l. 44.*] **1** *i. q. pertinens ad oleam*: Colvm. 11, 2, 42 eodem mense in . . . seminario novissima positio est -is taleae. **2** *i. q. pertinens (sim.) ad oleum*: Colvm. 12, 53, 1 vas -e. Cet. Fav. 13 (*Vitr. 6, 6, 3* olearia *cella*) cella (Pallad. 1, 20). Diosc. 5, 175 p. 240, 3 coticula (*sc. oleo adspergenda*). Ven. Fort. carm. 5, 5, 103 unguine. Prisc. Lyd. solut. 1 p. 51, 7 -is spongea repellit puram . . . aquam.

***oleārius,** -a, -um. [*ab* oleum. *Sch.*] *scribitur*: hol- Not. urb. Const. 6, 13 *S.* ul-: Edict. imp. Diocl. III/IV 10, 14 *M.* -li- (*an partim, imprimis in titulis, pro* -livar- [*v.* olivarius]*?, cf.* musiar-, musivar-): Cato agr. 2, 5. 10, 2 (*var. l.; item: ibid. iterum.* 10, 4. 135, 2 Lib. pontif. p. 56, 20). Ennod. carm. 2, 38 tit. p. 570 CIL IX 5307, 6 (*item in titulo*: Inscr. christ. Diehl 687 Inscr. RevA. 1933 p. 428 n. 232). -re-: Cato agr. 10, 2 (*var. l. ut*: 13, 2). CIL I^{2} 705. *notatur*: olear: CIL VI 9719, 10. VIII 9666. oleáriór: CIL XIV 409, 15. Gloss. -us: ἐλαιοπώλης. -um: ἐλαιοπώλιον. ἐλαιοφόρον. III 263, 18 mola -a: μύλος ἔλαιον ('ἐλαίον *?*' *Goetz. an* ἐλαιῶν *?*), ἐλαιοτριβεῖον. *legitur ap.* Plavtvm *et inde a* Catone, Cic., Varrone *nonnisi in oratione prosa; attulimus omnia exempla praeter l. 60 sqq. et l. 62 sqq.* [olearium: *neap.* alare. *cetera, quae ad* -arius, -arium *redire videntur, omisimus, quod ex ipsis ling. rom. emanare potuerunt. cf. M.-L. 6051. Battisti-Alessio IV 2638. Wagner II 200. Wartburg VII 342. G.*] [*variat in codd. c.* olearis Colvm. 12, 53, 1 Plin. nat. 34, 145; *falso pro* holer- *v. vol. VI 3, 2856, 20.*]

fere i. q. pertinens ad oleum (*oleam ?*): **1** *de hominibus, sc. eis qui oleum vendunt vel parant* (*de distinctione v. Blümner, Technol. I^{2} 359, 1*): **a** *pro subst.*: Plavt. Capt. 489 rem agunt quasi . . . -i. CIL I^{2} 705 (*ca. a. 90 a. Chr.*) C. Iulio . . . Caesari . . . -i. Colvm. 12, 52, 13 quidam quamvis diligentes -i baccam integram prelo non subiciunt. *ibid.* peritissimi . . . -i. CIL VI 9716. 9717. 9718 -i de Carinis. 9719, 10 de portic(u) Pallantian(a). 30851^{a}, 3 X 1934 XII 4499, 4. XIV 409, 15 patrono . . . oleáriór(um). Inscr. christ. Diehl 687 Felicissima -a. Inscr. RevA. 1933 p. 428 n. 232 -u arcariu (*v. etiam comm.*). **b** *pro adi.*: Scaev. dig. 50, 4, 5 mercatores -i (CIL VI 1620, 13). CIL II 1481, 2 diffusori -o (VI 29722, 3). III 2936, 5 neg(otiatori) -o (VI 1625^{b}, 11 IX 5307, 6. XIII 1996, 8 [qhari *quadratarius, corr. Mommsen*]).

2 *de rebus*: **a** *pro adi.* (*quaedam olei vice ad oleam referri possunt, ex. gr. l. 68. 70*): Cato agr. 3, 2 cellam -am (13, 2 *bis.* Varro rust. 1, 13, 6. 7 Cic. top. 17 Cato 56. Vitr. 6, 6, 3 [*inde Cet. Fav. 13* olearis]. *al.*). 10, 2 vasa (capit. 77 Varro rust. 1, 13, 1. 1, 22, 3. 1, 24, 3. 1, 55, 5. 1, 58, 1 Colvm. 2, 10, 16. *al. cf.* Isid. orig. 20, 7, 4 vasculum). *ibid.* amphoras (13, 2). 10, 4 dolia (13, 2. 69, 1 Varro rust. 1, 13, 7 Plin. nat. 15, 33). 13, 2 labra. 13, 3 sextarium (*item de mensura*: 144, 4 modio [146, 1]. CIL V 4468, 4 mensur(am) [VIII 9666]). 18, 9 orbem (*i. partem molae ut vid.*). 135, 2 urnae. 153 fiscinas. Varro ling. 5, 138 trapetes molae -ae *vocantur* (rust. 1, 15, 5. Epiphan. de mensur. 3 [*gr. 6^{b} p. 260, 27 τῷ ἐλαιοτριβείῳ*]. *cf. p. 566, 41*). rust. 1, 55, 7 torculis. 3, 2, 8 serias. Vitr. 6, 6, 2 fructus (*cf.* Vlp. dig. 14, 3, 13 pr. merci). Fest. p. 242 de fundo -o (*cf.* Lib. pontif. p. 56, 20 massa). Plin. nat. 18, 307 cadis. 34, 145 cotes (*sc. quae oleo adsperguntur ut*: Plin. Val. 1, 20 Pap. Tjäder 8 II 12). Apvl. flor. p. 34 ampullam. Edict. imp. Diocl. III/IV 10, 14 ⟨u⟩trem (*gr.* ἐλάιον [*?*]). Not. urb. Const. 6, 13 horrea (*cf.* Tab. Peut. 2, 4 stabulum). Cod. Theod. 14, 24 tit. mensis (14, 24, 1 *ter.* Reg. urb. [= Cvrios. urb.] p. 106, 9. *v. vol. VIII 744, 43 sqq.*). Pap. Tjäder 8 II 9 orcas. *de rebus incorporeis*: Cato agr. 2, 5 rationem vinariam, -am *putare*, quid venierit, quid exactum siet *eqs.* Plin. nat. 32, 147 in -o usu cocleae (*sc. ad hauriendum oleum adhibitae*). Cod. Theod. 12, 11, 2 arcae. Inscr. Année épigr. 1958 p. 8 n. 9 rescriptum . . . de re -a. **b** *n. sing. pro subst.*: Scrib. Larg. 161 in -o fictili. Ambr. vid. 5, 28 cum viduae pauxillulum -um redundarit (*antea*: plena olei testa. *spectat ad III reg. 17, 15, cf. Ambr. vid.*

[Kühlmann]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

3, 17 = Itala III reg. 17, 14 vas olei). Qvodv. (?) prom. 2, 29, 63 p. 803A (*III reg. 17, 12* paululum olei in lecytho) parum olei in -o. Ennod. carm. 2, 38 tit. p. 570 ante -um (*de cella -a ut vid.*).

oleastellus (-um), -ī *m. (vel n.). deminutive ab* oleaster (*cf.* olivastellus). *per litteras graecas* Ps. Diosc. *-us vocatur per similitudinem*: **1** olea Calabrica: Colvm. 12, 51, 3 habetur praecipua in hos usus (*sc. ad condendum*) olea Calabrica, quam quidam propter similitudinem -um vocant. **2** chamelaea: Ps. Diosc. Vind. 4, 171 p. 320, 14 *χαμελαία· . . . ὀλεαστέλλουμ* (*ὁλο-Mpv, ὁλοαστέλουμ H; cf. [Diosc.] gr. 4, 171 χαμελαία· . . . φύλλα ἐλαίᾳ παραπλήσια eqs.*).

